THESAURUS CHRONOLOGIÆ

In quo

Univerſa temporum & hiſtoriarum ſeries in omni vitæ genere ponitur ob oculos.

Authore

JOHANNE-HENRICO ALSTEDIO.




Herbornæ Naſſoviorum, 1624.

LATERCULUM

Exhibens ſynchroniſmos variarum epocharum, quotidiano uſui inſerviens.

Anni Chriſti.	Anni mundi.	Indictio.	Cyclus ſolis.	Cyclus lunæ.	Periodus Juliana.	Periodus Judaica.	Anni Olympiadici.	Ab Urbe conditâ.	Anni Juliani.
1623	5572	6	8	9	6336	5383	3.600	2375	1668
1624	5573	7	9	10	6337	5384	4.	2376	1669
1625	5574	8	10	11	6338	5385	1.601	2377	1670
1626	5575	9	11	12	6339	5386	2.	2378	1671
1627	5576	10	12	13	6340	5387	3.	2379	1672
1628	5577	11	13	14	6341	5388	4.	2380	1673
1629	5578	12	14	15	6342	5389	1.602	2381	1674
1630	5579	13	15	16	6343	5390	2.	2382	1675
1631	5580	14	16	17	6344	5391	3.	2383	1676
1632	5581	15	17	18	6345	5392	4.	2384	1677
1633	5582	1	18	19	6346	5393	1 603	2385	1678
1634	5583	2	19	1	6347	5394	2.	2386	1679
1635	5584	3	20	2	6348	5395	3.	2387	1680
1636	5585	4	21	3	6349	5396	4.	2388	1681
1637	5586	5	22	4	6350	5397	1.604	2389	1682
1638	5587	6	23	5	6351	5398	2.	2390	1683
1639	[illegible]	7	24	6	6352	5399	3.	2391	1684
1640	5589	8	25	7	6353	5400	4.	2392	1685
1641	5590	9	26	8	6354	5401	1.605	2393	1686
1642	5591	10	27	9	6355	5402	2.	2394	1687
1643	5592	11	28	10	6356	5403	3.	2395	1688
1644	5593	12	1	11	6357	5404	4.	2396	1689
1645	5594	13	2	12	6358	5405	1.606	2397	1690
1646	5595	14	3	13	6359	5406	2.	2398	1691
1647	5596	15	4	14	6360	5407	3.	2399	1692
1648	5597	1	5	15	6361	5408	4.	2400	1693
1649	5598	2	6	16	6362	5409	1.607	2401	1694
1650	5599	3	7	17	6363	5410	2.	2402	1695



PRÆFATIO.

INCREDIBILIS est utilitas juxta & jucunditas historiæ in omni vitæ & artium genere. Nam quòd cursum providentiæ Dei sibi semper similem, ecclesiæ statum inter calamitates nunquam non florentem, pietatis præmia certissima, impietatis pœnas ineluctabiles, hæreticorum dolos irritos, tyrannorum technas evanescentes, imperiorum & conservationes & mutationes & eversiones mirabiles, familiarum florem subitò enascentem vel cadentem, heroum facinora eximia, denique exempla singularum artium innumerabilia: quod, inquam hæc omnia uno velut intuitu perlustrare possumus, id historiæ acceptum est ferendum. Historiæ dico; cujus anima est veritas, lux & oculus, Chronologia. Intelligo autem hoc loco ejusmodi Chronologiam, quæ omnium ætatum & seculorum continuam seriem ita exhibet, ut qui illam legit, statim ideam ipsius mente complecti, & istius ideæ beneficio universam & vastam illam omnium rerum à primâ mundi

origine ad ſuam uſque ætatem geſtarum & paſſim adnotatarum farraginem aptè diſcernere, initia, progreſſus & fines ipſarum ad certa tempora referre, & ſingulas inter ſeſe conferre poſſit. Hanc ad rem conducit hic theſaurus chronologicus, in quo eruendo Herculeum laborem exantlaſſe mihi videor, adeò quidem, ut reliquæ lucubrationes ſint veluti ludus, ſi ad hanc referantur. Accipe itaque hunc laborem eo animo, quo ego exantlavi; & ſequentes obſervationes non oſcitanter meditare. *Principiò*, apud hiſtoricos & chronologos magna eſt nominum propriorum confuſio. Sunt enim multi Saturni, Joves, Mercurii, Hercules, Ulyſſes, Apollines, Joves, Ogyges, Atlantes, Darii, Xerxes, Oſirides, Artaxerxes, Pharaones, Antiochi, Ptolemæi, Cæſares, Herodes, &c. Oportet itaque animadvertere ex circumſtantiis, qualis ſit ille, de quo eſt ſermo. e. g. num ſit Hercules Libycus vel Alemannicus, Mercurius Ægyptius vel Germanicus, &c. *Deinde*, ſcriptura nominum propriorum ſæpe variat apud varias nationes, imò etiam apud easdem. Hinc legimus, Ehud & Ajoth, Salomon & Solomon, Pekaia & Phaceia, Peka & Phacea, Joachin & Jechonias, Nebucadnezar & Nabuchodonoſor, Hircanus & Hyrcanus &c. *Tertiò*, ſæpe accidit ut aliquis ſit binomius, ut Salomon & Jedidjah, Hermes & Mercurius, Memphis & Cairum ſive Alcairum, Byzantium & Conſtantino-

polis

polis &c. Sæpe quoque evenit, ut aliquis regno pulſus poſtea fuerit reſtitutus: unde bis venit in calculum. *Quartò*, numerus rotundus interdum ponitur pro minori vel majori, ut 500 pro 490, LXX pro 71 vel 72 &c. *Quintò*, intervalla numerantur incluſivè vel excluſivè. *Sextò*, interdum non exprimitur character temporis, ſed ἐν πλάτει ſive ὡς ἔγγιστα tempus recitatur: ſæpe etiam aliquid dicitur κατὰ πρόληψιν. *Septimò*, varietas in chronologiâ etiam hinc exiſtit, quòd alii adnotant principium, alii medium, alii finem regni, concilii, perſonæ, familiæ &c. *Octavò*, æra Chriſti vulgaris diſcrepat à verâ & exactâ. *Nonò*, diverſa poſſunt eſſe initia imperii: ut Cyrus fuit rex antequam eſſet monarcha. Sic filii ſæpe regnarunt unà cum patribus, & poſtea ſoli: unde duplex initium regni adnotari ſolet. *Decimò*, Anticæſares, Antipapæ, vel Antireges à quibusdam adnumerantur catalogo legitimorum, ab aliis omittuntur. *Undecimò*, anni incompleti à quibusdam negliguntur, ab aliis adduntur, & vel pro completis habentur, vel duobus aut pluribus tribuuntur. *Duodecimò*, accidit ut duo, vel tres uno ſibi anno ſucceſſerint. *Decimotertiò*, ſæpe ducimur conjecturis in adnotatione temporis. Quæ omnia ſi quis non obſervet, parum feliciter in chronologiis legendis, texendis, vel retexendis verſabitur.



TABELLA
Inserviens computo quotidiano.

Annus Christi Dionysianus 1623 concurrit cum
Anno M. 5572.
Anno periodi Constantinopolitanæ 7131.
Anno periodi Julianæ sive Scaligeranæ 6336.
Anno periodi Judaicæ seu computi Hillelis 5383.
Cyclo solis 8, lunæ 9, Indictionis 6.
Anno diluvii universalis 3916.
Anno pacti cum Abrahamo initi 3549.
Anno exitus ex AEgypto 3120.
Anno excidii Trojæ 2805.
Anno templi Salomonis 2640.
Anno Iphiti Olympiadico 3. 600.
Anno Romæ conditæ 2375.
Anno Nabonassari 2372.
Anno Philippéo à morte Alexandri M. 1935.
Anno æræ Sel. Alexandr. Judaicæ 1935.
Anno ultimo desolationis Jerusalem 1554.
Anno Hispanico 1661.
Anno Juliano à correctione Kalendarii 1668.
Anno Martyrum seu Elkupti 1340.
Anno Dhilkalde Hegiræ Mahummedanæ 1032.

INDEX

INDEX HUJUS OPERIS.



I. CHRONOLOGIA EPOCHARUM.

EPOCHA *temporis* est illustre temporis initium, unde annos, menses & dies in antecedentia & consequentia numeramus. Aliâs appellatur *radix, æra & hera temporis.* Estque universalis vel particularis, sacra vel profana, primaria vel secundaria, historica vel proleptica sive technica, denique historica, astronomica, prophetica, idque hoc modo.

An. M.

1. *Epocha mundi conditi* incidit æquinoctio verno, XXV. Martii.

1. Primo anno mundi concipere oportet annum 765 *periodi Julianæ* Scaligeri, quæ est systema annorum 7980, & nascitur ex continuâ multiplicatione trium cyclorum, videlicet solis, lunæ & indictionum, sive 28.19.15. Tanto enim intervallo in orbem redeunt feriæ, novilunia & quorundam tributorum rationes.

1. Primo anno mundi concipere oportet annum 1551 *periodi Constantinopolitanæ sive Græcæ*, quæ ab Adamo ad Christum numerat annos 5500, vel 5508. Dicitur *æra mundi Græcorum.*

1. Primo anno mundi concipere oportet annum 3036 *æræ Adami*, quæ ab Adamo ad Christum numerat annos 6984. dies 231.

190. *Periodus Judaica* incipit hoc anno. Perperam itaque hanc periodum Judæi deducunt à conditu mundi, cùm sit minór annis 189. Dicitur *æra mundi Judaica.*

1656. *Epocha diluvii* incidit in hunc annum currentem.

1717. *Æra Chaldæorum seu Babylonis* incipit. Alii arcessunt ab anno Semiramidis 18, qui est mundi 1774.

2023. *Epocha promissionis Abrahamo factæ* incipit.

2189. *Epocha diluvii Ogygiani* incipit.

2437. *Epocha diluvii Deucalionis* incipit.

2453. *Epocha exitus Israëlitarum* incipit mense Aprili. Hæc etiam solet appellari *epocha promulgationis legis*, quia promulgatio legis subsecuta est exitum 50 diebus.

2548. *Epocha annorum sabbaticorum & jubilæorum* incipit. Complectitur autem Jubilæus annos 49, non 50.

2767. *Epocha excidii Trojani* incipit 16 Junii.

2932. *Epocha templi Salomonis* incipit, anno 4 Salomonis, mense Majo.

3174. *Epocha Olympiadum* incipit mense Julio circa solstitium æstivum.

3197. *Epocha urbis Romæ conditæ* incipit 21 Aprilis. Quidam multis seculis ante ætatem Romuli constituunt hanc æram: sed minùs rectè. Tametsi enim certum sit Romam à Româ Itali filiâ & nomen & fundamenta prima accepisse: tamen à Romulo & Remo redacta est in formam urbis, cùm antea nonnisi pagus esset.

3203. *Epocha Nabonassari* incipit 26 Februarii. Non rectè appellatur *æra Nabuchodonosoris*.

3222. *Epocha regis Ezechiæ* incipit.

3227. *Epocha deportationis X tribuum* incipit. Appellatur etiam *æra casus Hoseæ*.

3320. *Epocha prædicationis Jeremiæ* incipit, anno 13 Josiæ. Est annorum 40.

3342. *Epocha Danielis* incipit. Estque annorum 79.

3350. *Epocha captivitatis Babylonicæ* incipit.

3354. *Epocha Ezechielis* incipit, estque annorum 24.

3360. *Epocha excidii Hierosolymitani* incipit. Appellatur etiam *epocha casus Sedekiæ*.

3419. *Epocha laxatæ captivitatis Babylonicæ* incipit. Hæc ipsa quoque est *epocha secundæ monarchiæ*.

3527. *Epocha LXX septimanarum Danielis* incipit, anno 2 Darii Nothi, ita ut hæc æra terminetur anno M. 3527. Scaligero incipit ab autumno, Funccio à vere.

3532. *Epocha instaurationis templi* incipit.

3620. *Epocha monarchiæ tertiæ* incipit, quæ ipsa est æra periodi Calippi, & incidit 28 Junii.

3625. *Epocha annorum Philippeorum*, & *epocha mortis Alexandri M.* incipit 12 Novembris. Congruit enim æra Philippi cum ærâ ab obitu Alexandri.

000. *Æra Seleuci* est triplex. Prima est *Alexandréa & Dhilkarnáim*, quia post mortem Alexandri M. cœpit eo tempore, quo duo cornua, i. e. imperia nobiliora ex regno Alexandri enata sunt, videlicet regnum Syriæ & Ægypti. Incipit anno 3638, 13 Martii: & appellatur æra Seleuci Judaica. Secunda est *Antiochena*, quæ incipit anno M. 3639 ab autumno.

An. M.

Tertia est *Chaldaica* seu *Macedonica*. quæ incipit an M. 3634 à vere. Cæterùm dicitur *æra Seleuci*, quia n meratur à regno Seleuci Nicanoris, qui fuit potentissimus inter successores Alexandri M Appellatur etiam æra *Græcorum*, *contractuum*, *authoris librorum Maccabæorum*, *item Syrorum*, *& Syro-Græcorum*.

3666. *Æra Dionysii Ægyptiaca* incipit, anno 1 Philadelphi, 25 Martii.

3785. *Æra Maccabæorum* incipit, non ab initio sed à sacerdotio Judæ & repurgatione templi. Dicitur etiam *epocha encaniorum Judæ Maccabæi*, & init 24 Novembr.

3807. *Æra Hasmonæorum incipit*, à primo anno Simonis.

3823. *Æra Tyriorum* incipit. Hâc utitur concilium Chalcedonense.

3902. *Epocha Antiochena* incipit à libertate urbis recuperatâ. Hæc æra est usitata in quorundam conciliorum inscriptionibus.

3905. *Epocha anni Juliani* incipit à correctione Kalendarii operâ Julii Cæsaris. Init Kalendis Januarii.

3907. *Epocha à cæde Cæsaris* incipit Idibus Martii.

3908. *Epocha annorum à primo consulatu Augusti* init 22 Septembris.

3912. *Æra Hispanica* incipit sub Augusto, 1 Januarii. Hæc crebrò occurrit in tomis conciliorum, & aliâs appellatur *æra æris*, item æra Cæsaris.

3919. *Æra victoriæ Actiacæ* incipit 2 Septembris.

3920. *Epocha Augustorum* incipit, à captâ Alexandriâ. Hæc sic appellatur, quòd Ægyptii eam necesse habuerint recipere edicto Augusti. Incidit 29 Augusti.

3923. *Epocha Augustana* incipit, ab appellatione Senatus Octavio tributâ.

3950. *Epocha nativitatis Christi* incipit 1 Januarii hujus anni: quia Christus natus putatur 25 Decembris an. M. 3949. Hæc est epocha vulgaris & Dionysiana. Vera incidit in annum M. 3948. Cæterùm prior æra dicitur Dionysiana, quia Dionysius Exiguus, abbas Romanus, illam anno 532 introduxit. Etsi enim Eusebius, Hieronymus & Prosper Aquitanicus etiam annos à Christo nato descripserunt in suis Chronicis: hæc tamen numerandi ratio non fuit publicè usitata.

An. Chr.

35. *Æra passionis Christi* incipit 25 Martii: æra *assumtionis Domini* sive ascensionis incipit 6 Maji.

69. *Epocha excidii Hierosolymorum* per Titum incipit: anno M 4018.

86. *Epocha agonum Capitolinorum* incipit sub Domitiano, 1 Januarii.

An. Chr.

284. *Æra Diocletiani* incipit 29 Augusti. Nam Diocletianus sublatâ priore observatione, quâ in orbe Romano de Consulum & Impp. nominibus tempora signabantur, edicto cavit, ut anni in posterum à primo principatus sui anno numerarentur. Quæ quidem æra scriptoribus etiam ecclesiasticis, Epiphanio, Ambrosio, & aliis usitata, duravit annos 248, usque ad an. Chr. 532, quo Dionysius Exiguus noluit annos numerare ab imperio persecutoris, introductâ epochâ ab incarnatione Christi. Cæterùm æra Diocletiani appellatur etiam *æra Gratiæ*, *æra Martyrum*, & æra *Coptitarum*, quæ apud Africanos & Æthiopas Christianos etiamnum hodiè in usu est, unde etiam appellatur æra *Æthiopum & Abyssinorum*.

312. *Æra indictionum* incipit sub Constantino M. à 24 Septembris.

330. *Æra ab encæniis urbis Constantinopolitanæ* incipit. Alii conferunt in an. 331 vel 332.

622. *Hegira seu æra Arabum, sive Turcica*, incipit.

632. *Æra* Je*zdagird sive Persica*, incipit 16 Julii.

1079. *Æra Gelalæa*, incipit, quâ reformata est æra Jezdagirdica.

1252. *Æra Alphonsi*, regis Castiliæ & Legionis, incipit.

1582. *Æra Gregoriana*, incipit. Dicitur etiam *æra Liliana*, *Claviana*, *Calendarii reformati*, *& correctionis novæ*.

Atque hæ sunt præcipuæ epochæ, præter quas etiam illæ occurrunt, sed rarò: putà *æra Laodicensium*, *Edessenorum*, *Ascalonitarum*, *Philadelphensium*, *Damascenorum*, *Gazensium &c.* Porrò epochæ habent certa *intervalla*, quæ apud alios sunt alia, hoc ferè modo.

Varro constituit tria temporis intervalla. Primum est ἄδηλον, *incertum*, ethnicis videlicet: inde à creatione M. ad diluvium, annorum 1656. Secundum est μυθικὸν, *fabulosum*, ethnicis nempe, quod etiam dicitur ἡρωικὸν, à diluvio usque ad initium Olympiadum, hoc est, annum M. 3174. Tertium est ἱστορικὸν, inde à primâ Olympiade, sive anno M. 3174.

Poëtæ constituunt quatuor ætates: è quibus prima est *aurea*, ab exordio mundi usque ad Jovem: secunda *argentea*, à Jovis regno ad heroum, id est, virorum præstantissimorum, exortum: tertia *ænea*, ab heroibus usque ad constitutionem monarchiarum: quarta *ferrea*, usque ad finem mundi.

Augustinus constituit sex hujus mundi velut unius hominis ætates, quibus hoc seculum sit duraturum, quemadmodum sex diebus est conditum. *Prima* est ab Adamo usque ad Noë, tempore diluvii, anno M. 1656. *Secunda* est à

diluvio

diluvio usque ad Abrahamum, anno M.1948. *Tertia* est ab Abrahamo ad Davidem, anno M.2889. *Quarta* est à Davide usq; ad captivitatem Babylonicam, anno M.3350. *Quinta* est à captivitate Babylonicâ usque ad Christum natum anno M.3949. *Sexta* est à nativitate Christi usque ad hunc annum 1623.

Multi historici constitnunt tria intervalla juxta traditionem domus Eliæ, quæ sic habet: *Sex millia annorum durabit mundus: duo millia inane, duo millia lex, duo millia Christus.* Hinc itaque sex millenarii ab historicis quibusdam constituuntur, & quidem hoc modo.

Dies.	*Millenarius.*	*Annus mundi.*	*Heroës sive Gubernatores Millenariorum.*
1. Lunæ.	I.	1000.	Adam: moritur an. 930.
2. Martis.	II.	2000.	Noë: moritur an. 2005.
3. Mercurii.	III.	3000.	David: moritur an. 2929.
4. Jovis.	IV.	4000.	Christus: nascitur an. 3949.
5. Veneris.	V.	5000.	Papa.
6. Saturni.	VI.	6000.	Martyres.
7. Solis.	Æternitas.		

Ego constituo sex intervalla à creatione mundi usq; ad hunc annum labentem: hoc modo.

I. A creatione mundi usq; ad diluvium sunt anni 1656.

II. A diluvio ad primam monarchiam anno M. 1717 sunt anni 61.

III. A monarchiâ primâ ad secundam anno M. 3419 sunt anni 1702.

IV. A monarchiâ secundâ ad tertiam anno M.3620 sunt anni 201.

V. A monarchiâ tertiâ ad quartam anno M. 3900 sunt anni 280.

VI. A monarchiâ quartâ usque ad hunc annum Christi 1623 sunt anni 1672, ita ut hic annus Christi concurrat cum anno M.5572. Nam ab initio quartæ monarchiæ usque ad 1 annum Christi sunt anni 49.

Rursus à creatione mundi usque ad illius recreationem per Christum constituo octo intervalla sive catenas chronologicas hoc modo.

I. Epocha *diluvii* incidit in an.M.1656. Vide *Gen* 7.

II. Epocha *promissionis Abrahamo factæ* incidit in an.M.

Anni Chr.

2023. ita ut à diluvio ad promissionem sint anni 367. Vide *Genes.12.*

III. Epocha *exitus Israëlitarum ex Ægypto* incidit in an.M.2453. ita ut à promissione ad exitum sint anni 430. Vide *Exod.12.*


IV. Epocha *fundationis templi Salomonis* incidit in an M. 2932. ita ut ab exitu ad fundamenta templi sint anni 479. Vide *1.Reg 6.*

V. Epocha *captivitatis Babylonicæ* incidit an.M.3350 ita ut à fundatione templi ad captivitatem Babylonicam sint anni 418.

VI. Epocha *captivitatis solutæ* incidit an. M.3419. ita ut captivitatis anni sint 70.

VII. Epocha *instaurationis templi* incidit an M.3532. ita ut inter solutionem captivitatis & instaurationem templi sint anni 113.

VIII. Epocha *nativitatis Christi* incipit an.M.3949 desinente,& 3950 ineunte, ita ut inter instaurationem templi & nativitatem Christi sint anni 416. Intellige hîc epocham nativitatis Christi Dionysianam. Epocha Scaligerana incipit anno M 3948. Quâ de re paucis ita accipe. Christus est natus anno 42 Augusti, consensu omnium. Jam verò anni Augusti numerantur vel a cæde Cæsaris, anno M.3907, vel a consulatu, anno M. 3908. Hinc annus 42 à cæde Cæsaris concurrit cum anno M.3948: sed 42 a consulatu concurrit cum anno M 3949. Cur verò assumitur annus 3950? Resp. Anni mundi a vere, Christi a Januario ineunt. Etsi enim Christus natus est anno M. 3949 mense Septembri exeunte: tamen ex traditione Dionysii collocatur ejus nativitas in 25 Decembris anni 3949, adeoque æra incipit anno 3950 Kalendis Januarii Idem de ærâ Scaligeranâ judicium est. Nam Christi nativitas confertur in annum M.3947 exeuntem, mense Decembri, & æra incipit anno M.3948 Kalendis Januarii.



II. Chronologia Patriarcharum, sumta ex Genes.5 9.11.21.25 29. & Exod.6.

An. Mundi. Nascitur | Num Patriarch.

1. **A**Dam vixit an.930. Hebræi putant Cainum esse natum anno M.15. Abelem 30. & Cainum interfecisse Abelem an.M.100. Adam est Saturnus ille, qui filios suos devoravit, h.e. in mortem præcipitavit. 1.

130. *Seth* vixit annos 912. Hic duas statuit columnas, unam lapideam, alteram lateritiam, ut illa aquis, hæc igni superesset. Prævidit enim una cum parente Adamo mundum peri- 2.

turum

turum aquâ & igni. Columnis istis inscripsit artes à se inventas. *Joseph.1.antiq.c.4.* ubi refert, alteram suo ævo in Syriâ adhuc extitisse.

235. *Enos* vixit annos 905. 3.

325. *Cainan* vixit an.910. 4.

395. *Malaleel* vixit an.895. 5.

460. *Jared* vixit an.962. 6.

622. *Enoch* vixit an. 365. postea vivus in cœlum translatus est. Ex hâc historiâ originem sumsit ἀποθέωσις ethnicorum. 7.

687. *Mathusalah* vixit an.969. Non attigit millenarium annorum numerum: quia millenarius est figura æternitatis. 8.

874. *Lamech* vixit an.777. 9.

1056. *Noah* vixit an. 950. Hic est Janus & Bacchus ethnicorum. 10.

1556. *Sem* vixit an.600. Hic est primogenitus filius Noë, non verò Japheth. Quod patet non solùm ex eo, quòd Sem primo loco recitatur à Mose historicum agente, sed etiam, quia ipsius eximia prærogativa postulat ut sit primogenitus, utpote ex cujus lineâ oriundus erat Messias, & qui erat sacerdos & rex altissimi. Neque enim Sem est alius quàm Melchisedec, ἀπάτωρ καὶ ἀμήτωρ ratione genealogiæ. 11.

1658. *Arphaxad* vixit an.338. 12.

1693. *Salah* vixit ann. 433. Inter Arphaxad & Salah LXX interpretes & Lucas c.3. ponunt Cainan, qui fuerit filius Arphaxadi & genuerit Salah. Quæ res turbat calculum chronologicum. Ita enim *Cainan* statuitur natus anno M.1693. *Salah* 1723. *Heber* 1753 &c. 13.

1723. *Heber* vixit ann.464. Ab hoc dicti sunt Hebræi. 14.

1757. *Peleg* vixit an.239. Hoc tempore accidit confusio Babylonica. 15.

1787. *Regu* vixit an.239. 16.

1819. *Serug* vixit an.230. 17.

1849. *Nahor* vixit an.148. 18.

1878. *Tharah* vixit an.205. 19.

1948. *Abraham* vixit an.175. Abraham est decimus à Noë, ut Noë ab Adam. 20.

2048. *Isaac* vixit an 180. 21.


2108. *Jacob* vixit an.147. Ab hoc inclusivè numerat Bellarminus judices Hebræorum. 22.

2195. *Levi* vixit an.137. 23.

2199. *Joseph* vixit an.110. 24.

2228. *Kaath* filius Levi vixit an.133. 25.

2302. *Amram* pater Mosis vixit an.137. 26.



III. *Chronologia Ducum & Judicum Hebræorum.*

An. Mundi. — *Num. Duc. & Jud.*

2374. MOſes naſcitur; vixit an.120. *Exod.7. Deut.34.* Moſis mentionem faciunt Beroſus, Diodorus Siculus, Trogus Pompejus, Juſtinus, Plinius, Strabo, Juvenalis. 1.

2413. *Joſua* naſcitur; primò dictus Hoſea *Num.13.* Vulgo appellatur Jeſus. Vixit an.104. *Joſ.14.* præfuit ſummæ rerum ann.25. incompletos inde ab anno 2493. 2.

2517. *Othoniel* ſive *Athniel* ſolus præeſt ſummæ rerum an.16. 3.

2532. *Ehud* vel *Ajoth* præeſt an.80. *Jud.3.* 4.

2612. *Debora* cum *Barach* præeſt an.40. *Jud.5.* 5.

2652. *Gideon* præeſt an.40. *Jud.8.* 6.

2692. *Abimelech* Gideonis F. degener præeſt an.3. *Jud.9.* 7.

2695. *Thola* præeſt annos 23. *Jud.10.* 8.

2718. *Jair* præeſt an.22. *Jud 10.* 9.

2740. *Interregnum* Philiſtæorum & Ammonitarum an.18.

2758. *Jephthe* præeſt annis 6. *Jud.10.* 10.

2764. *Ebzan* ſive *Abeſan* præeſt an.7. *Jud.12.* Hebræi putant hunc eſſe Boas. 11.

2771. *Elon* ſeu *Ajalon* præeſt an.10. *Jud.12.* Hunc Ajalon non habent LXX. 12.

2781. *Abdon* præeſt an.8. *Jud.12.* 13.

2789. *Samſon* præeſt an.20. *Jud.16.* 14.

2809. *Eli* ſacerdos præeſt an.40. *1.Sam.4.* 15.

2849. *Samuel* propheta præeſt an.40. computatis annis regni Saulis *Actor.13.* quibus demtis, præeſt an 30 & aliquot menſ. 16.

Atque hi ſunt judices Hebræorum, quos Aventinus eleganter appellat prætores.

III. *Chronologia Regum Hebræorum.*

An. M. — *Num. reg.*

2879. *Saul* regnat an.10. *Act.13.* ubi anni Samuelis & Saulis dicuntur fuiſſe 40. 1.

2889. *David* regnat an.40. m.6. *2.Sam.5.* 2.


2929. *Salomon* regnat an.40. *1.Reg.11.* 3.

Diviſio regni.

An. M.	Reges Juda.	Reges Iſraëlis.	*An. M.*
2969.	1 *Roboam* an.17.	1 *Jeroboam* an.22.	2969.
2986.	2 *Abia* an.2.	2 *Nadab* ann.2. qui includuntur annis Jeroboam.	2988.
2988.	3. *Aſa* an.41. Mediū mundi incidit in an.13. Aſæ.	3 *Baaſa* an.24.	2990.

Tum

An.M.			An.M.
	Tum enim complentur 3000 anni à condito mundo.		
3029.	4 *Josaphat* an.25.	4 *Ela* an.2.	3014.
3054.	5 *Joram* an.8.	5 *Zamri* dies 7.cum Ellâ.	3015.
3062.	6 *Ochozias* an.1.	6 *Amri* an.12. è quibus duo includuntur annis Elæ.	3014.
		7 *Achab* an.22.	3026.
3063.	7 *Athalia fœmina* an.7.	8 *Ochozias* an.2. cum parente Achab.	3045.
3069.	8 *Joas* an.40.		
3019.	9 *Amasia* an.29.	9 *Joram* an.12.	3048.
3138.	10 *Azaria*, qui & *Ozia* sive *Usias* an.52.	10 *Jehu* an.28.	3063.
3190.	11 *Jotham* an.16.	11 *Joachas* an.17.	3091.
3206.	12 *Achaz* an.16.	12 *Joas* an.16.	3118.
3222.	13 *Ezechias* an.29.	13 *Jeroboam II.* an.41.	3123.
3251.	14 *Manasses* an.55.	14 *Zacharias* mens.6.	3175.
3306.	15 *Amcn* an.2.	15 *Sellum* mens.1.	3175.
3308.	16 *Josias* an.31.	16 *Menahem* an.10. Interregnum 2. an.	3176.
3338.	17 *Joachas* mens.3.	17 *Phaceja* an.2.	3188.
3339.	18 *Eliakim*, qui & *Jojakim* an.11.	18 *Phacéa* an.20.	3190.
3350.	19 *Joachin* sive *Jechonias* mens.3. Deportatur Babylonem, & anno 37 captivitatis è carcere liberatur, & honorificè tractatur ab Evilmerodacho.	19 *Hosea* an.18, è quibus novem posteriores dicuntur anni tributarii.	3210.
3350.	20 *Sedekias* an.11. Hic anno 3360 abducitur Babylonem.		



IV. *Chronologia Ducum Judæorum post captivitatem Babylonicam.*

An.M.		Num.duc.
3419.	Z*Orobabel* an.32. solutâ captivitate.	1.
3451.	*Resa Mesullam* an.46.	2.
3497.	*Johannes* F.Resæ an.40.	3.
3537.	*Judas*, cognomento Hyrcanus, an.14.	4.
3551.	*Joseph* an.7.	5.
3558.	*Semei* an.11.	6.
3569.	*Matathias*, cognomento Eli, an 12.	7.
3581.	*Maath*, sive Asarmath, an.9.	8.

Anno M.		*Num. duc.*
3590.	*Nagge,* sive Nanges, an.10.	*9.*
3600.	*Helli,* aliis Eli, an.8.	*10.*
3608.	*Nahum* an.7.	*11.*
3615.	*Amos,* cognomento Sirach, an.14.	*12.*
3629.	*Mathatias,* cognomento Siloah, an.10.	*13.*
3639.	*Joseph* junior, an.60.	*14.*
3699.	*Johannes Hircanus* an.17. Hic est triravus Christi, postremus Judæorum dux è posteris Davidis.	*15.*
3779.	*Interregnum* an.80.	*16.*
3780.	*Mathathias Macabæus* sive Assamonæus an.3.	*17.*
3783.	*Judas* Macabæus Mathatiæ filius an.6.	*18.*
3789.	*Jonathan* frater Judæ an.18.	*19.*
3807.	*Simon* frater Jonathæ an.8.	*20.*
3815.	*Johannes Hircanus* frater Simonis an.31.	*21.*
3845.	*Aristobulus,* primus rex post regem Sedechiam, an.1. vivente patre Hircano, ita ut hic annus concurrat cum 31 patris.	*22.*
3846.	*Alexander Jannæus,* secundus rex, an.27.	*23.*
3873.	*Alexandra* regina, quæ & Salome & Solina, an.9.	*24.*
3882.	*Hircanus* mens.3.	*25.*
3882.	*Aristobulus II.* Hircani frater, an.5.	*26.*
3887.	*Hircanus* iterum an.23.	*27.*
3910.	*Antigonus* fit rex, Hierosolymâ à Parthis captâ. Regnat an.1.	*28.*
3911.	*Herodes Ascalonita,* cognomento Magnus, annos 38. Hic anno 3911 Hierosolymam expugnat, & sceptrum à Judæis aufert, Antigono securi percusso, & postea sublato Sanhedrin occisis judicibus de domo Davidis ordinariis, & substitutis proselytis in lege peritis. Anno 3931 instaurat templum.	*29.*
3949.	*Archelaus,* Herodis Magni filius, an.9.	*30.*
3958.	*Herodes Antipas,* qui Christum in passione irridet, an.24.	*31.*
3982.	*Herodes Agrippa,* an.7.	*32.*
3989.	*Agrippa junior* sive secundus, Agrippæ superioris filius, ultimus ex lineâ Herodis. Regnat annis 26.	*33.*

Hic deficit regnum Judæorum.

Observationes.

1 Res *Judæorum* inde ab Adamo usque ad excidium templi per Titum anno M. 4017 in *quatuor ætates* dividi possunt. *Prima* est potestatis patriæ, & est velut infantia innocens: *secunda* est potestatis judiciariæ, & est velut adolescentia vegeta: *tertia* est potestatis regiæ, & est veluti ætas virilis consistens: *quarta* est potestatis pontificalis, & est veluti senectus ad interitum vergens.

2 In *Chronologiâ patriarcharum antediluvianorum* tenenda est regula Josephi lib.1. antiq.c.5: Non spectandum est,

quot

quot annos quisque patriarcha vixerit, ſed quando liberos genuerit: & anni generationis pro completis ſunt habendi. Id enim evincit chronologia Adami, qui fuit annorum 130, cùm genuit Sethum. *In patriarchis post diluvium* aliter res habet. Sic *Abraham* natus eſt anno Tharæ 70 currente. Quòd autem chronologi quidam ex *Act.7.v.4.* elicere conantur, Abrahamum natum eſſe anno 130 Tharæ, id frivolum eſt. Nam Thara annos 60 manſit in Charan, ibique mortuus eſt. Abraham verò ad annos 60 unà cum parente manſit ibidem, verùm ita ut non continuam ibi moram traxerit, ſed anno ætatis 75 Charane ſit profectus ad luſtrandum terram Canaan, & inde redierit ad parentem. Eo autem defuncto profectus eſt in terram Canaan ad habitandum. Atq; hoc ſibi vult vox μετοίκησις, quæ occurrit *Act.7.*


3 Lxx interpretes à creatione ad diluvium habent annos 2362: qui calculus eſt mendoſus.

4 *In chronologiâ Judicum* duplex eſt ſupputatio, hoc modo.

Anno M.	Prima ſupputatio: ubi annis Judicum annumeratur interregnum.		Secunda ſupputatio: ubi anni Judicum numerantur absque interregno.
2493.	*Joſua* præeſt an. 24. & aliquot menſ.	2493	*Joſua* præeſt annis 18 incõpletis, ſive an. 17 & aliquot menſ.
2517.	*Othniel* ſolus præeſt an. 16. quib. ſi addantur anni 24, quibus præfuit unà cum Joſuâ, prodeunt anni 40, de quibus *Judic.3.v.11.*	2511.	*Othniel* an. 40.
2532.	*Ehud* an. 80.	2551.	*Ehud* an. 80.
2612.	*Debora* an. 40.	2631.	*Debora* an. 40.
2652.	*Gideon* an. 40.	2671.	*Gideon* an. 40.
2692.	*Abimelech* an. 3.	2711.	*Abimelech* an. 3.
2695.	*Tholah* an. 23.	2714.	*Tholah* an. 23.
2740.	*Interregnum* an. 18.		
2718.	*Jair* an. 22.	2737.	*Jair* an. 22.
2758.	*Jephtha* an. 6.	2759.	*Jephtha* an. 6.
2764.	*Ebzan* an. 7.	2765.	*Ebzan* an. 7.
2771.	*Elon* an. 10.	2772.	*Elon* an. 10.
2781.	*Abdon* an. 8.	2782.	*Abdon* an. 8.
2789.	*Samſon* an. 20.	2790.	*Samſon* an. 20.
2809.	*Eli* an. 40.	2810.	*Eli* an. 40.
2849.	*Samuel* an. 40.	2850.	*Samuel* an. 40. computatis annis regni Saulis *Act.13.v.21.*

5 *In chronologiâ regum* duplex quoque eſt ſupputatio. Nam alii initium regni Saulis figunt an. M.2879. alii an. 2881. Et rurſus alii continuâ ſerie numerant reges Juda & Iſraël, ſine interregno: alii inter Amaziam & Uſiam ſive Azariam conſtituunt interregnum Sanhedrin XI annorum, inde ab anno M.3129 ad an.3140, quo dicunt Azariam cœpiſſe regnare: & ſimiliter inter Jeroboam II & Zachariam collocant interregnum 22 annorum, ab an M.3155 ad an. 3177. Porrò in comparatione regum Juda & Iſraël obſerva, non tam fines quàm principia annorum regni ſpectanda eſſe: & annos nunc plenos, nunc incompletos eſſe intelligendos: denique conregnum, ut ita dicam, & interregnum ſæpe adnumerari regno.

6 *In chronologiâ ducum Judæorum* conſtitui poſſunt tria intervalla. Primum complectitur XVI duces è poſteris Davidis, à Zorobabele uſque ad Aſſamonæos ſive Macabæos: ſecundum, Aſſamonæos V: tertium reges XII, inde ab Ariſtobulo.



V. *Chronologia ſcriptionis librorum Canonicorum Vet. Teſtamenti.*

Anno M. | *Num. libr.*

2450. GEneſin videtur Moſes ſcripſiſſe paulò ante exitum Iſraëlitarum ex Ægypto. Complectitur hic liber hiſtoriam annorum 2368, ſive numero rotundo 2370. 1.

2450. *Liber Job* eodem tempore à Moſe exiſtimatur ſcriptus: quanquam alii ab ipſo Job, alii à Salomone ſcriptum eſſe putant. Cæterùm Job vixit, quo tempore Iſraëlitæ in Ægypto degebant. Sunt, qui putant ipſum eſſe pronepotem Eſavi, qui *Geneſ.36.* dicitur Jobab: quæ ſententia eſt LXX. Interpretum in appendice ad librum Job. Rurſus ſunt, qui eum non ab Eſau, ſed à Nachor, fratre Abrahæ, deſcendere contendunt, ita ut ſit tertius à Nachor: quæ ſententia eſt probabilior. Nam איוב & יובב in linguâ ſanctâ non habent tantam affinitatem, ut pro uno ſumi queant. 2.

2454. *Exodus* videtur compoſita anno 2 poſt exitum. Capite primo uſque ad 12. continetur breviculum hiſtoriæ 140 annorum, à morte Joſephi uſque ad exitum ex Ægypto. Sequentibus capitibus ſunt geſta duorum annorum, videl. anni 2453, quo Iſraëlitæ exiverunt ex Ægypto, & ſequentis. 3.

2454. *Leviticus* eodem anno videtur ſcriptus. Continet res geſtas uno menſe, ab initio anni ſecundi poſt exitum. 4.

2492. *Numeris* continetur hiſtoria 38 annorum, ab initio menſis ſecundi, anni poſt exitum ſecundi, uſque ad initium men- 5.

ſis un-

Anno M. sis undecimi an. post exitum 40. adeoque ab anno M. 2454 ad 2491, quo anno hic liber videtur concinnatus à Mose. *Num. libr.*

2492. *Deuteronomium* continet historiam sesquimensis, ab initio 11 mensis usque ad 7 diem mensis 12, anni 40 ad exitum. Scriptus est à Mose, si excipias ultimum caput de morte Mosis: quod procul dubio à Josuâ est additum. De quinque libris Mosis Bullingerus accipit locum *Deut.31.* quòd fuerint repositi in arcâ fœderis. 6.

2517. *Liber* Josua continet historiam 18 annorum, inde à morte Mosis ad mortem usque Josuæ; qui illum videtur scripsisse paulò ante mortem, quæ incidit in annum M. 2517. Quæ in fine libri scribuntur de morte ipsius, putantur addita a Samuele. 7.

2840. *Liber Judicum* est historia à morte Josuæ usque ad judicem Eli, annorum 292. Scriptus putatur à Samuele, anno M. 2840. 8.

2880. *Liber Ruthæ* continet historiam 10 annorum: è quibus primum, videl. 2650 & ultimum, putà 2660, ennarrat, intermedios prætermittit. Scriptus putatur à Samuele anno 2880. Observa historiam Ruth ab aliis referri ad ultima tempora Deboræ, adeoque an. M. 2650; ab aliis ad tempora media Gideonis, adeoque an. M. 2670. 9.

2889. *Liber primus Samuelis* putatur scriptus ab ipso Samuele, argumento loci *1. Paral ult. v. 29.* Alii arbitrantur ab uno ex discipulis Samuelis, vel à summo sacerdote exaratum esse: quæ sententia est probabilior: nisi malis dicere esse opus 10.

2929. contextum à variis authoribus. *De libro secundo Samuelis* idem est judicium. Cæterùm *liber primus Samuelis* describit res gestas sub Eli, Samuele & Saule; estque historia an. 80, ab anno M. 2809 ad an. 2889, quo anno videtur esse scriptus: *secundus* continet historiam 40 annorum, à morte Saulis, usque ad finem regni Davidis, h.e. ab anno M. 2889. usque ad an. 2929. quo anno videtur esse scriptus, idque vel à summo sacerdote, vel à pluribus authoribus. Josephus author est, apud Hebræos in more fuisse positum, ut res publicè gestæ, scribendæ committerentur summis sacerdotibus. Cæterùm libri Samuelis ab aliis dicuntur libri Regum, & ita quatuor libri Regum numerantur. 11.

2940. *Proverbia Salomonis* sunt partim Salomonis à c. 1. ad 10. partim virorum piorum *ἀδήλων*, à cap. 10 ad 25. partim ministrorum regis Ezechiæ à c. 25. ad 30. partim Aguris c. 30. partim denique matris Salomonis c. 31. 12.

2968. *Ecclesiastes & Canticum* profecta sunt à Salomone pœnitentiam agente. 13. 14.

3124. *Jonas* vaticinatur sub Joas, tempore Sardanapali. 15.

Anno M. — *Num. libr.*

3130. *Hoseas* 16.
3140. *Joël* 17.
3150. *Amos* 18.
Vaticinantur eodem ferè tempore. Vide Chronologiam prophetarum.

3180. *Esaias* 19.
3188. *Micha* 20.
3220. *Habacuc* 21.
3238. *Nahum* 22.
3316. *Sophonias* 23.
Vaticinantur. Vide Chronologiam prophetarum.

3320. *Jeremias* vaticinatur. Ejus est *prophetia*; item 24.
3340. *Threni*, quibus deplorat miserabilem statum Judæorum, 25.
inde à morte Josiæ regis. Adscribuntur eidem ab Hebræis
duo libri Regum; quanquam alii hos libros tribuunt prophe- 26.27.
tæ Gad & Nathan, decepti loco *1. Paral ult. vers. 29*: alii verò diversis temporibus eos compilatos esse volunt. Cæterùm *primus liber Regum* continet res gestas Salomonis, & quatuor sequentium regum Juda, & octo regum Israël; estque historia an. 125, ab an. M. 2929, ad an. 3054: *secundus* continet res gestas sedecim regum Juda, & duodecim regum Israëlis; estque historia an. 306, ab an. M. 3054. ad 3360.

3354. *Ezechiel* 28.
3356. *Daniel* 29.
3358. *Obadias* seu *Abdias* 30.
3527. *Haggæus* 31.
3527. *Zacharias* 32.
3537. *Malachias* 33.
Vaticinantur. Vide Chronologiam prophetarum.

3540. *Duo libri Chronicorum, sive Paralipomenon*, putantur scri- 34.35.
pti ab Esdrâ, vel à summo aliquo sacerdote, vel à diversis authoribus. *Primus* est Chronicon Pentateuchi, Josuæ, Judicum, & utriusque libri Samuelis: *secundus* est historia an. 490, inde à Salomone usque ad reditum ex captivitate Babylonicâ, h.e. ab anno M. 2929 ad an. 3419.

3563. *Liber Esdræ*, ab ipso scriptus, continuat historiam Chroni- 36.
corum, ab edicto Cyri de solutione captivitatis Babylonicæ, usque ad an. 19. Artaxerxis Mnemonis, ita ut complectatur res gestas an. 144.

3568. *Liber Psalmorum* putatur collectus ab Esdrâ, si excipias 37.
ultimum volumen, quod tempore Maccabæorum concinnatum fuisse credibile est. Cæterùm inter præcipuos Esdræ labores commemoratur librorum sacrorum collectio in unum volumen.

3570. *Liber Nehemiæ*, ab ipso scriptus, est historia annorum 56, 38.
inde ab anno 19 Artaxerxis Mnemonis, quo Nehemias venit Hierosolymam permissu regis usque ad annum 6 Darii Codomanni, quem superavit Alexander M. *Nehem. 12. v. 21.*

3572. *Liber Esthera* videtur scriptus à Nehemiâ. R. Moses ipsum 39.

tribuit

Anno M. | *Num. libr.*

tribuit viris synagogæ magnæ; Philo, sacerdoti Joachim; R. Abraham, Mardochæo; alii, Esdræ.

V. Chronologia scriptionis librorum Apocryphorum.

3228. L*iber Tobiæ* continet historiam, quæ pertinet ad tempora Salmanassaris, à quo Tobias fuit deportatus. Fuit ergò æqualis Nahumi & Habacuci. Scriptus videtur à pio quodam viro paulò post illud tempus. 1.

3239. *Liber Judith* videtur scriptus ab Eliachim seu Joachim sacerdote magno tum temporis. Referimus autem hanc historiam ad tempus *Mardokempadi* seu *Merodachi*, ita ut ille sit Nabuchodonosor, cujus fit mentio in hoc libro. Alii referunt ad res Cambysis vel Darii Hystaspis. 2.

3260. *Oratio Manassis* ab ipso est recitata in captivitate. *2. Chron.* 33. v 12. 3.

3370. *Liber Baruchi* scriptus est ab ipso, tempore captivitatis. 4.

3370. *Epistola Jeremiæ* scripta fuit ad deportandos Babylonem. Illam posuit Baruch, minister & amanuensis Jeremiæ, in extremo suo libro. 5

3590. *Additiones ad Danielem & Estheram:* item, *Liber tertius & quartus Esdræ*, compilati sunt à Judæis sub finem monarchiæ Persicæ. 6. 7. 8. 9.

3700. *Liber Sirachi*, qui dicitur ecclesiasticus, ab ipso videtur scriptus. Vixit tempore Ptolomæi Euergetis, ut ipse testatur in præfatione ad librum suum. Appellatur Josua Sirach, sive Jesus Sirachi F. 10.

3810. *Liber tertius Maccabæorum* est ordine historiæ primus. Habet enim gesta sub annum quartum Antiochi Magni, qui est annus M. 3729. Scriptus putatur à Simone summo sacerdote. Alii hunc librum, ut & duos sequentes tribuunt Josepho, sacerdoti Hierosolymitano, qui à Vespasiano captus, cum Tito filio ejus relictus est Hierosolymis, & postea venit Romam. 11.

3820. *Liber secundus Maccabæorum* recitat res gestas à fine Seleuci Philopatoris ad tempora usque Antiochi Eupatoris, ita ut sit historia ferè 18 annorum, ab anno M. 3770 ad an. 3788. Author putatur Jason Cyrenæus. 12.

3825. *Liber primus Maccabæorum* recitat res gestas sub Antiocho Epiphane, Eupatore, Demetrio Sotere, Alexandro Balâ, Demetrio Nicanore, Antiocho Entheo & Sideté, per annos ferè 41, inde ab an. M. 3775. ad an. 3814. Credibile est, authorem hujus libri esse Johannem Hircanum, filium Simonis, qui rebus omnibus interfuit, & fuit summus sacerdos post patrem. 13.

3989. *Sapientia Salomonis* scripta putatur à Philone Judæo, qui claruit anno Chr. 40. sub Caligulâ. 14.

V. *Chronologia scriptionis librorum Canonicorum N. T.*

An. Chr. — Num. libr.

41. 43. MAtthæus octavo post assumtionem Domini anno scripsit evangelium. 1.

52. Paulus scribit *utramq; epistolam ad Thessalonicenses*, Athenis, 2. 3.

54. *Lucas* scripsit evangelium ex ore Pauli. 4.

54. Paulus scripsit *priorem ad Corinthios* Philippis. 5.

55. *Epistola* { *ad Romanos*, Corintho 6. / *2. ad Corinth.* Philippis 7. / *1. ad Timoth.* Laodiceâ 8. / *ad Titum* Nicopoli 9. } Est missa.

56. { —*Petrus priorem epistolam* scribit Babylone, 10. / —*Judas* scribit *epistolam*. 11. }

58. 59. { Paulus Româ scribit *epist. ad* { *Galatas*, 12. / *Ephesios* 13. / *Philippenses* 14. / *Colossenses* 15. / *Timoth. 2.* 16. / *Philemonem* 17. / *Hebræos* 18. } }

60. { —Lucas scribit *Acta apostolorum*. 19. / —*Jacobus* scribit suam epistolam Hierosolymis. 20. / —*Petrus* scribit *posteriorem epistolam* Româ. 21. }

67. { —*Marcus* ex ore Petri scribit evangelium Romæ: ubi unà cum Petro & Paulo, non anno 8, sed 14 Neronis, martyrio est coronatus. 22. }

87. { —*Johannes* Ephesi scribit *tres epistolas*, antequam in Pathmon relegatur. } { 23. 24. 25. }

94. *Johannes* scribit *Apocalypsin* in Pathmo. 26.

100. *Johannes* scribit *evangelium* Ephesi contra Cerinthum. 27

Hoc loco non ab re fuerit in compendium redigere, quæ in antiquissimo scripto Arabico de vitis quatuor evangelistarum continentur. Etsi enim chronologia discrepat a nostrâ: occurrunt tamen quædam ἀξιομνημόνευτα.

I. Apostoli in hoc scripto peculiari nomine appellantur *Albi*: sive quòd albis uterentur vestibus, sive propter doctrinæ candorem, sive propter vitæ puritatem, sive denique quòd Christus *Luc. 22. v. 31.* apostolos comparaverit tritico.

II. *Matthæus* fuit διώνυμος. Appellatus enim fuit alio nomine *Levi. Marc. 2. v. 14. Luc. 5. v. 27. 29.* In Arabico ipsi tri-

buitur epitheton *Electus*, sive *Clarus*. Patria ejus fuit Nazareth. Parentes ex tribu Isaschar fuerunt, Alphæus, pater, aliâs Ducu, & Karutjas, mater. Ante vocationem ad apostolatum fuit publicanus. *Marc.2. Luc.5.* Scripsit evangelium suum anno primo imperii Claudii, incipiendo in Palæstinâ, anno octavo post ascensionem Christi, & illud absolvendo anno sequenti nono in Indiâ sive Æthiopiâ. Scripsit autem Hebraicè. Martyrium subiit in civitate Beschberi sive Naddaver: ubi lapidibus fertur obrutus; etsi alii scribant capite truncatum, & alii clavis in terram defixum esse tradant.

III. *Marcus* etiam fuit διώνυμος. Appellatus enim fuit alio nomine Johannes *Act.12.v.12.25.c.15.v.37.* Fuit unus è LXX discipulis, de quibus *Luc.10:* & quidem fuit inter illos primarius. Patria ejus fuit Qabursha civitas: etsi alii Hierosolymitanum fuisse docent. Matrem habuit Mariam, consobrinum Barnabam. *Act 12.v.12 Coloss.4.v.10.* Post ascensionem Domini fuit socius peregrinationum Pauli & Barnabæ. A Petro factus fuit patriarcha Alexandriæ Ægypti & Pentapolis sive Quinque civitatum. Petrus fuit ipsi præceptor, & primus prædicavit evangelium Marci Romæ. Marcus scripsit evangelium suum anno 4. Claudii, anno 12 post ascensionem Christi, non in Ægypto, sed Romæ, & quidem linguâ Latinâ. Coronatus est martyrio Alexandriæ, postquam vixisset annos 60, & septem annos gessisset dignitatem patriarchatus Alexandrini. Tractus fuit fune, injecto cervici ejus, per urbem Alexandriam, & altero die mortuus est anno 14 Claudii, Christi 54.

IV. *Lucas* fuit è numero LXX discipulorum Christi, & quidem unus è duobus euntibus in Emaus. Patria ejus fuit πετράπολις Syriæ Antiochia, ubi etiam medicinam fecit. Confer *Coloss.4.v.14.* Vocatus fuit à Christo *Luc.10.* Magistros habuit Petrum & Paulum. Ab ecclesiis fuit ordinatus comes peregrinationum & carceris Pauli. *Act.16.usque ad finem. 2.Tim.4.v 11. 2.Cor.8.vers.9.* Scripsit suum evangelium & acta apostolorum Græcè, Alexandriæ, anno 14 Claudii, anno 22 post ascensionem Christi, sive 54 post Christum natum. Romæ affectus fuit martyrio.

V. *Johannes* vocatur Arabibus Christianis *Consummator evangelii*, item *gloriosus & magnus discipulus*, *Domino nostro Jesu Christo dilectus.* Patria ejus fuit urbs Beitsaida: ex quâ urbe etiam oriundi fuerunt Philippus, Andreas, & Petrus. Pater ipsi fuit Zebedæus, mater Maria Salome, frater germanus Jacobus major apostolus. Ante vocationem fuit piscator: quod vitæ genus sectatus fuit pater Zebedæus, item Simon Petrus, Andreas, & alii. Postquam evangelium Matthæi diversis in locis prædicasset, & videret detestandas hæ-

reses oriri de personâ Christi, scripsit ipse evangelium, quod prædicavit primùm in Asiæ diversis regionibus, deinde in Epheso, ubi habitavit 27 annis, imperante videlicet Nerone sex annos, Vespasiano 10, Tito 2, Domitiano 9, quo anno missus est ab eo in exilium ad insulam Pathmum: ubi mansit 7 annos, indeque post mortem Domitiani rediit Ephesum, ubi scripsit tres epistolas. Evangelium suum Græcè scripsit ibidem, anno 8 Neronis, Christi 61. Tres reliquit discipulos, Ignatium patriarcham Antiochiæ, Phelipharium episcopum Sumariæ, & Phusgire sive Byrrum (quem alii Abdiam vocant) successorem in episcopatu Ephesino. Vixit annos 101, videlicet 30 ante ascensionem Christi, & 71 post ascensionem: obiit anno Christi 104, Ephesi, anno 6 (vel potius 7) imperii Trajani, post ascensionem Christi 71, præsente discipulo Phusgire, cui præcepit, ne aliquem doceret locum sepulchri sui.

Atque hæc occurrunt de vitis evangelistarum in codice Arabico, ubi & hoc adnotatur: *Nero occidit Petrum & Paulum in Româ, in anno 13 de regno suo, qui erat post ascensionem 35.*

V. Chronologia versionum Bibliorum V. & N. T.

An. Mundi. 3560. HOc tempore videntur Biblia Hebraica primò in linguâ Græcam versa. Nam Plato & alii philosophi Græci legerunt Biblia in linguâ Græcâ.

3630. Judæi, qui Alexandro M. in occupandâ Ægypto fuerant authores, Biblia Hebraica transtulerunt in linguam Græcam tempore Ptolemæi Lagi.

3699. Lxx Interpretes, tempore Ptolemæi Philadelphi adornarunt versionem publicâ authoritate. Nam duæ priores versiones erant privati consilii & authoritatis.

3912. Hoc tempore videtur quarta versio, quæ dicta fuit κοινὴ, *communis*, ad postulatum Ptolemæi Dionysii, fratris Cleopatræ, ab Herode procurata & confirmata esse. Hanc Lucianus martyr an. Chr. 312 restituit emendatam, ex quo λουκιανὸς dicta est. Atque hæ quatuor versiones promiscuè appellantur Lxx Interpretum sive Seniorum.

3929. Jonathan BenUziel, condiscipulus Simeonis I, qui Christum infantulum ulnis excepit, composuit *Targum Babylonicum*, id est, paraphrasin Chaldaicam, annis circiter 30 ante Christum.

An. Chr. 90. *Onkelos*, filius sororis Titi Imp. vel, ut alii tradunt, Adriani, composuit *Targum Chaldaicum*, quod quàm proximè ad literam Hebraicam accedit. Hæc paraphrasis, ut & prior il-

la, ma-

Anno Chr.

la, magnæ apud Judæos est authoritatis. Tertium *Targum* vocatur *Hierosolymitanum*, quod exaratum est sermone Hebraico corrupto.

90. *Aquila* proselytus, quem Judæi dicunt fuisse affinem Adriani Imp. adornat primam versionem Græcam post Christum natum. Alii collocant sub an. 130, quo defecit ad Judæos.

102. *Christiani Antiocheni* procurant versionem Syriacam N.T. quam vulgo tribuunt Marco.

180. *Theodotion*, discipulus Tatiani, sub Commodo adornat secundam versionem Græcam. Hic etiam fuit proselytus, sed postea defecit ad Marcionitas, & tandem ad Judæos.

200. *Symmachus* sub Severo adornat tertiam versionem Græcam. Hic etiam fuit proselytus.

226. *Origenes* quartam & quintam versionem Græcam ex situ eruit, & ipse sextam adornavit. Idem Origenes edidit τετραπλᾶ, ἑξαπλᾶ καὶ ὀκταπλᾶ, h.e. plures versiones vel inter sese, vel cum textu authentico conjunxit.

312. *Lucianus*, martyr Antiochenus, est author septimæ, & *Hesychius* octavæ versionis Græcæ post Christum. Octo istis versionibus additur nona *Sophronii* an. 400. Hæ versiones omnes perierunt, si excipias quædã fragmenta Theodotionis.

385. *Hieronymus* Vetus testamentum vertit primò secundùm Hebraicam veritatem, deinde ex Græcâ editione LXX Interpretum: novum autem testamentum non vertit, sed versionem veterem Latinam emendavit.

420. Tempore Augustini variæ versiones Latinæ fuerunt in usu, è quibus hæ commemorantur præcipuæ. Prima fuit *Itala*, quam Augustinus reliquis omnibus anteponit, utpote verbis astrictiorem, & sententiis magis perspicuam. *Secunda* fuit *communis & vulgata*, quæ sic fuit appellata, quòd ex plurimis esset receptior. *Tertia* fuit duplex illa Hieronymi, de quâ paulò ante. Cæterùm verisimile est statim post an. Chr. 100. versiones illas Latinas adornatas esse.


1160. *Versio Arabica* hoc tempore videtur adornata: quia Arabes circa hæc tempora cœperunt excolere artes linguamque suam.

1515. *Franciscus Ximenius* archiepiscopus Toletanus & Cardinalis, fundator academiæ Complutensis, impensis ducatorum sexcenties millenis millibus, conjunctim edidit V.T. Hebraicè & Chaldaicè cum duabus versionibus Latinis, & N.T. Græcè cum versione Latinâ.

1520. Ab hoc anno & deinceps adornatæ sunt variæ versiones, Germanica à Luthero, Gallica à Genevensibus, Hispanica, Bohemica, Polonica, Italica, Ungarica, Dalmatica &c.

1570. *Benedictus Arias Montanus* sumtibus & auspiciis Philip-

pi II. Hispaniarum regis edidit *Opus regium*, ut appellant, h.e. Biblia V.T. Hebraicè, Chaldaicè, Græcè & Latinè: N.T. Græcè, Syriacè & Latinè.



VI. Chronologia contextus Biblici.

COnfer hanc chronologiam cum Antiquitatibus Jo- Genesis
An. M. sephi. cap.
000. Mundus *creatur:* & die sexto *Adam*, qui collocatur in pa- *1.*
radiso, ubi & statim *peccat*, die 13, & post lapsum *erigitur* dul- *2.*
cissimâ voce evangelii die 14. Vide Josephum 1 antiq. c. 1. 2. *3.*
Adam est gubernator primi millenarii.
15. *Cain* putatur natus } Hoc tamen alii referunt *4.*
30. *Abel* putatur natus } ad an. M. 2.
100. *Cain & Abel* hoc anno putãtur obtulisse sacrificium. *Epi-*
phanius. Eodem tempore Cain fratrem suum Abelem inter-
ficit.
130. *Seth* nascitur. Vide Chronologiam patriarcharum. *5.*
930. *Adam* moritur, annorum 930. *Eva* an. M. 940, decennio
post Adamum. *Marianus Scotus.*
987. *Enoch* vivus in cœlum transfertur.
1042. *Seth* moritur, annorum 912.
1056. *Noah*, decimus ab Adam, nascitur. Appellatur gubernator
secundi millenarii.
1140. *Enos* moritur, annorum 905.
1235. *Kenan* moritur, natus annos 910.
1290. *Mahalaleel* moritur, annos natus 895.
1422. *Jared* moritur, annorum 962.
1536. Noah *prædicat* pœnitentiam, 120 annis ante diluvium: & *6.*
parat arcam.
1556. *Sem* nascitur. Est primogenitus Noachi filius. *5.*
1651. *Lamech* moritur.
1656. *Mathusalah* moritur paulò ante diluvium.
1656. *Diluvium* catholicum sive universale incipit, & durat an- *7.*
num & 10 dies. *8.*
1658. Hic est *primus annus* novi mundi, quo Deus peculiare fœ- *9.*
dus pangit cum Noacho, qui hoc tempore plantat vineam.
Arphaxad etiam hoc anno nascitur Semo. *10. & 11.*
1693. *Salah* nascitur.
1717. *Nimrod* ædificat Babylonem & Niniven.
1723. *Heber* nascitur.
1757. *Peleg* nascitur. Hoc tempore accidit confusio Babyloni-
ca, & divisio filiorum Noë *Gen. 10.*
1787. *Regu nascitur.*
1819. *Serug* nascitur.

Nahor

An. M.		Genesis cap.
1849.	*Nahor* naſcitur.	
1878.	*Tharah* naſcitur.	
1948.	*Abraham* naſcitur anno 70 Tharæ. Hic vulgo ſtatuitur gubernator tertii millenarii, quod rectiùs tribuitur Davidi.	
1996.	*Peleg* moritur.	
1997.	*Nahor* moritur.	
2005.	*Noë* moritur anno æt. 950. Vixit itaque Noë cum XVI patriarchis, è quibus primus eſt Enos, ultimus Abraham.	
2019.	Tharah unà cum filio Abraham ex Ur Chaldæorum proficiſcitur Haranem in terram Canaan. Atque hæc eſt prima vocatio Abrahami.	
2023.	Abraham natus annos 75 *migrat ex Haran*, & accipit divinam promiſſionem: unde 430 anni peregrinationis & ſervitutis numerandi ſunt *Exod. 12. v. 41. Gal. 3. v. 17.* Atque hæc eſt ſecunda vocatio Abrahami.	
2026.	*Regu* moritur.	
2029.	*Loth* diſcedit ab Abrahamo Sodomam.	13.
2030.	*Abraham* vincit reges Cananæos. *Melchiſedec* offert Abrahamo feſſo panem & vinum.	14.
2033.	Deus & Abraham colloquuntur.	15.
2034.	*Iſmaël* naſcitur.	16.
2047.	*Circumciſio* inſtituitur.	17.
2047.	*Sodoma & Gomorrha* delentur. *Loth* committit inceſtum. *Abraham* venit ad Abimelechum.	18. 19. 20.
2048.	*Iſaac* naſcitur anno 100 Abrahæ, & *Hagar* è domo Abrahami pellitur.	21.
2062.	*Iſaac* divino juſſu ab Abrahamo *immolandus, vivus ſervatur*. Rabbi Aben Ezra & R. Salomon collocant in an. 13 ætatis Iſaaci, Joſephus in an. 25.	22.
2085.	*Sara* moritur.	23.
2088.	*Iſaac* natus annos 40 ducit Rebeccam.	24.
2108.	*Eſau & Jacob* naſcuntur anno 60 Iſaaci.	25.
2123.	*Abraham* moritur.	
2129.	*Iſaac* fame compulſus in Palæſtinam, habitat in Gerar.	26.
2148.	*Eſau* quadragenarius ducit uxores gentiles.	27.
2185.	*Jacob* proficiſcitur ad Laban, & videt ſcalam in ſomniis.	28.
2192.	Jacob accipit Leam uxorem, & exacto ſeptennio Rahelem.	29.
2193.	Hoc anno & ſeqq. naſcuntur *Ruben, Simeon, Levi, Juda & Dan.*	30.
2199.	*Joſeph* naſcitur anno 14 ſervitutis Jacobi.	
2205.	*Jacob* anno 20 ſervitutis clam proficiſcitur à Laban, & redit è Meſopotamiâ in Canaan. In itinere luctatur cum filio Dei, & reconciliatur Eſavo.	31. 32. 33.
2214.	*Dina* ſtupratur.	34.
2216.	*Rahel* obit.	35.

An. M. | Genesis cap.

2217. *Joseph* à fratribus venditur in Ægyptum. 37.

2223. *Judæ* & Thamaris historia huc collocatur. 38.

2226. *Joseph* in carcerem conjicitur: sequenti anno exponit somnia, & an. 2229 exaltatur à Pharaone. 39. 40. 41.

2230. *Septem anni fertilitatis* à Josepho prædictæ incipiunt: & an. 2237 *septem anni sterilitatis.*

2234. *Manasse & Ephraim* nascuntur Josepho.

2237. *Jacob* mittit filios suos in Ægyptum, ut coemant annonam. 42. 43. 44. 45.

2238. *Jacob* cum universâ familiâ descendit in Ægyptum. Atq; hîc incipiunt anni 215, media pars annorum 430. 46. 47.

2255. *Jacob moribundus* prædicit fata filiis suis, & moritur annorum 147. 48. 49.

2309. *Joseph* moritur. 50.

Exodus cap.

2370. CIrca hæc tempora *immane decretum de interficiendis Hebræorum infantibus masculis* in Ægypto promulgatur. 1.

2374. *Moses* nascitur, *Aharone*, fratre ipsius, jam nato an. 2371, triennio ante ipsum. 2.

2410. Hoc anno nascitur *Josua*. Vide *Jos. 14. v. 7. 10 11.* Alii collocant in annum 2401. *Caleb* eodem tempore nascitur.

2413. *Moses quadragenarius* occidit Ægyptium, & ex Ægypto fugit in terram Midian, ubi ducit Zipporam, ibique commoratur an. 40.

2452. *Moses vocatur* à Deo. Hoc anno & sequenti decem plagæ immittuntur Pharaoni. *1. 4. & seqq. ad 12.*

2453. *Israëlitæ* exeunt ex Ægypto 15 Aprilis. Post 40 dies lex promulgatur in monte Sinai, & alia fiunt, quæ describuntur in Exodo à c. 12. ad 36. *12. 13. & seqq. ad 36.*

2454. *Bezaleel & Ahaliab* incipiunt ædificare tabernaculum. *36. & seqq.*

Leviticus.

2454. L*Eviticus* continet res gestas uno mense, ab initio anni secundi post exitum.

Numeri cap.

2454. PRimo die secundi mensis an. secundo post exitum contigerunt ea, quæ describuntur Num. 1. ad c. 9. ubi recitantur ea, quæ gesta sunt anno præcedente 2454. Idem judicium est de iis, quæ describuntur c. 10. 11. 12. 13. 14. *1. 2. 3. & seqq. ad 15.*

2460. Hoc anno & seqq. usque ad an. 2492 gesta sunt, quæ recitantur c. 16. 17. 18. 19. *16. 17. & seqq. ad 20.*

2492. Hoc anno gesta sunt, quæ recitantur à c. 20. ad finem libri. Ex his patet, librum Numerorum continere res gestas in populo Dei ab initio mensis secundi an. 2454 usque ad initium mensis undecimi an. 40. *20. 21. usq; ad finem.*

Moses

Anno M.		Deuteronomium cap.
2492.	Moses prælegit Deuteronomium à c.1. ad 31. postea præparat se ad mortem c.31.32.33.	1. & seqq. ad c.34.
2493.	Moses moritur annorum 120.	34.
		Liber Josuæ cap. 1.2.3.
2493.	*Josua* sive Jesus fit dux populi Dei, & ingressus terram Canaan primis sex annis debellat Cananæos.	4.5.
2494. & seqq.	*Jericho* expugnatur, & reliqua à c. 6. ad 14 hoc anno & seqq. fiunt.	6. & seqq.
2500.	Terra Canaan dividitur per sortem c.14. & seqq.	14. & seqq.
2510.	Ad hunc annum & sequentes pertinent quæ narrantur à c.18 ad finem libri. Josua moritur an. 2517 postquam summæ rerum præfuisset an. 25 incompletos inde ab anno 2493. Alii tribuunt ipsius regimini duntaxat annos 18, ita ut sit mortuus an. 2511.	18. & seqq.
		Liber Judicum cap.
2517.	Israëlitæ feliciter pugnant in hostem.	1.
2520.	Israëlitę à Deo deficientes puniuntur octennali servitute sub Mesopotamiæ rege.	2.
2528.	*Othniel* liberat populum à primâ servitute.	3.
2532.	*Ehud* judicat populum.	
2550.	*Ehud* liberat populum à secundâ servitute 18 annorum.	
2611.	*Samgar* asserit populum in libertatem.	
2632.	*Debora & Barak* liberant populum à tertiâ servitute 20 annorum sub Jabine Cananæo.	4.5.
2659.	*Gideon* liberat populum à quartâ servitute septennali.	6.7.8.
2692.	*Abimelech* interficit fratres suos 69, relicto uno ex LXX in vivis.	9.
2695.	*Thola* præest summæ rerum.	10.
2718.	*Jair* judicat populum.	
2740.	Hic incipit interregnum Philistæorum & Ammonitarum, annorum 18, quintâ servitute.	
2758.	*Jephthe* agit judicem, & an. 2762 liberat populum à quintâ servitute.	11.12.
2764.	*Ebzan* judicat populum.	
2771.	*Elon* præest populo.	
2781.	*Abdon* præest.	
2770.	*Samson* nascitur tempore sextæ servitutis quadragenariæ sub Philistæis, & postea populum liberat ab isto jugo, partim cædendo Philistæos, partim dejiciendo ædes, in quibus erant illi congregati.	13. 14. 15. 16.
2517.	Quæ scribuntur à c.17 ad finem libri, ad ea pertinent quæ recitantur c.2. ut quæ non multò post mortem Josuæ gesta fuisse apparet.	17. & seqq.
		Liber Ruth. Cap.
2650.	*Elimelech* fame pulsus ad Moabitas se confert, ibique commoratur decennium.	1.

Mortuo

Anno M.

2660. Mortuo Elimelech, uxor ipſius Naemi unà cum Ruth revertitur in patriam, & Ruth deſpondetur Boazo, quem Hebræi putant eſſe Ebzanem judicem. 2.3.4.

Lib. Sam. I. Cap.

2815. SAmuel naſcitur. 1.
2820. *Filii Eli* planè degenerant. 2.
2826. *Samuel* 12 annorum accipit vocationem divinam. 3.
2848. *Iſraëlitis victis* à Philiſtæis, & arcâ Domini captâ, audiens illud Eli cervicem frangit. 4.
2849. *Samuel* præeſt populo. 5.6.
2860. *David* naſcitur.
2868. *Samuel* vincit Philiſtæos. 7.
2878. *Iſraëlitæ* petunt regem. 8.
2879. *Saul* ungitur in regem Iſraël. 9.10.
2880. *Saul* vincit Ammonitas. Huc refer geſta cap. 11.12.13.14.15. *11. & ſeqq.*
2881. *David* ungitur à Samuele in Hebron, & Saul malo Spiritu agitatur. 16.
2885. *David* proſternit Goliathum. 17.
2887. *Saul* Davidem perſequitur. Hinc David ſibi conſulit fugâ, & multa fortiter agit atque patitur. *18. & ſeqq. ad 31.*
2888. *Saul* in prælio cadit. 31.

Lib. II. Samuel. cap.

2889. DAvid deplorat mortem Saulis & ſecundò ungitur in Hebron. Contra ipſum fit rex Isboſeth, quo occiſo an. 2896, David à toto Iſraële rex confirmatus occupat Sionem ſive Hieroſolymam, ibique regnat an. 33, poſtquam regnaſſet in Hebron an. 7. m. 6. 1. 2. 3. 4. 5.
2900. *David* Philiſtæos vincit, & arcam Domini reducit, quæ ad 50 annos fuerat in domo Aminadab. 6.
2902. *Nathan* promittit Davidi Meſſiam. 7.
2903. *David* eſt clarus togâ & ſago. 8.9.10.
2906. *David* ſe polluit homicidio & adulterio, quam ob cauſam reprehenditur à Nathane. 11.12.
2911. *Salomon* naſcitur ex Bathſebâ.
2912. *Thamar* ſtupratur vi à fratre Amnone. 13.
2914. *Amnon* interficitur ab Abſolomo, biennio poſt inceſtum. Abſolom fugit.
2916. *Abſolom* tertio anno à cæde revocatur operâ Ioabi. 14.
2919. *Abſolom* molitur & emolitur rebellionem: ejicit patrem regno: ſed vincitur & occiditur. 15.16. 17.18.
2920. *Mephiboſeth* reſtituitur. 19.
2920. *Seba* ſeditioſus plectitur. 20.
2921. *Fames* triennis premit Iſraëlem. 21.
2922. *David* canit Deo carmen, & ante mortem cantionem cygneam recitat. 22.23.

David

Anno M.

2922. *David* ex merâ πολυπραγμοσύνῃ numerat populum. 24.

2929. DAvid constituit Salomonem regem. Lib.I.Reg. cap 1.
2930. *Salomon* animadvertit in scelerosos. Petit & impetrat à DEO sapientiam. Ordinat insuper regnum. 2. 3.4.
2932. Templum Salomonis fundatur, & septennii spatio absolvitur. 5. 6.
2939. *Encænia templi* celebrantur.
2940. *Salomon* ædificat regiam spatio 13 annorum. 7.
2951. *Salomon* constituit politiam sacram & civilem. 8.9.
2952. *Regina Sabæ* venit Hierosolymam. 10.
2960. *Salomon* corrumpitur à mulieribus, & fit idololatra. 11.
2968. *Salomon* moritur.

Res gestæ sub regibus

Anno M.	Juda		Israël
2969.	*Roboam* c.12.	2969.	*Jeroboam* c.13.14.
2986.	*Abia* c.15.	2988.	*Nadab* c.15.
2988.	*Asa* c.15.	2990.	*Baasa* c.16.
3029.		3014.	*Ela* c.16.
	Josaphat c.22.	3015.	*Zamri* c.16.
		3014.	*Amri* c.16.
3035.	*Elias* claudit & aperit cœlum. c.17.	3026.	*Achab.* c.16.17.18.19. 20.21.22.

Liber. II. Reg.

Anno M.	Juda		Israël
3054.	*Joram* c.8.	3045.	*Ochozias* c.1.
3062.	*Ochozias* c.8.	3048.	*Joram* c.1. *Elias* transfertur in cœlum. c.2.
3063.	*Athalia fœmina* c.11.		*Elisæus* claret miraculis. c.3.4.5.6.7.8.
3069.	*Joas* c.11.12. Hoc tempore floret *Jojada* sacerdos.	3063.	*Jehu* c.9.10.
3119.	*Amasia* c.14.	3091.	*Joachas* c.13.
3138.	*Azaria* sive *Usias* c.15.	3118.	*Joas* c.13.
3190.	*Jotham* c.15.	3123.	*Jeroboam* c.14.
3206.	*Achaz* c.16.	3175.	*Zacharias* c.14.
3222.	*Ezechias* c.16.18.19.20.	3175.	*Sellum* c.15.
3251.	*Manasse* c.21.	3176.	*Menahem* c.15.
3306.	*Amon* c.21.	3188.	*Phaceja* c.15.
3308.	*Josias* c.21.22.23.	3190.	*Phacéa* c.15.
3338.	*Joachas* c.23.	3210.	*Hosea* c.15.17.
3339.	*Eliakim* seu Jojakim c.23.24.		
3350.	*Jechonias* c.24.		
3350.	*Sedekias* c.24.25.		

Anno M.		Liber I. Chron cap.
1. ad an. 2374.	CHr nicum *Genesis* recitatur ab Adamo usque ad Mosen.	1.
2193 ad 2860.	*Genealogia Judæ* quantum ad Hezronem filium recitatur usque ad Davidem.	2.
2881 ad 3500.	*Genealogia posterorum Davidis* recitatur usque ad posteros Zorobabel.	3.
2193 ad 2900.	*Genealogia Judæ* quantum ad reliquos filios recitatur usque ad Davidem, sub quo contigerunt ea, quæ commemorantur c.4.v.ult.	4.
2193 ad 3219.	*Genealogia Rubenis, Gad & dimidiæ tribus Manasse* recitatur usque ad deportationem factam per Phul & Tiglath-Pilassar.	5.
2193 ad 3360.	*Genealogia Levi* recitatur usque ad Serajam, parentem Esdræ.	6.
2193 ad 2888.	*Genealogia Isaschari, Benjaminis, Naphthali, Manassis, Ephraimi & Aseris* recitatur usque ad mortem Saulis.	7. 8. 9. 10.
2889 ad 2929.	*Vita sive Chronicum Davidis* describitur à c.11. ad finem libri.	cap. 11. & seqq.
		Lib. II. Chr.
2929 ad 2969	VIta sive *Chronicum Salomonis* describitur à c.1. ad 10.	ca.1.& seqq.
2969 ad 2988	*Roboami & Abiæ Chronicon* describitur.	10.11.12.13.
2988 ad 3029	*Chronicon & vita Asæ* describitur.	14.15.16.
3029 ad 3054	*Chronicon* Josaphati texitur.	17.18.19.
3054.	*Joram*; c.21.	20.
3052.	*Achaziæ* c.22.	21. & seqq.
3063.	*Athaliæ* c.22.23.	ad finem.
3060.	*Joasi* c.23.24.	
3019.	*Amasiæ* c.25.	
3138.	*Usiæ* c.26.	
3190.	*Jothami* c.27.	
3206.	*Achazi* c.28.	
3222.	*Ezechiæ* c.29.30.31.32.	
3251.	*Manassis* c.33.	
3306.	*Amonis* c.33.	
3308.	*Josiæ* c.34.35.	
3338 ad 3360.	*Joachasi, Jojakim, Jechoniæ & Zidkiæ* c.36.	
	} Chronicon sive vita describitur	
		Lib. Esdræ. cap.
3420.	ANno primo Cyri contigit *solutio captivitatis Babylonicæ*, quæ cœperat anno M.3350, à deportatione Jechoniæ, non verò Zedekiæ, qui deportatus est anno 3360. Confer *Jer.29 v.10. Ezech.1.v.2.*	1.
3420.	*Catalogus* texitur eorum, qui duce Zorobabele redierunt Babylone in Judæam. Fuerunt circiter 42360 exceptis servis & ancillis.	2.

Anno M.

3420. *Judæi reduces* operantur ſacris extructo altari. 3.

3421. *Ædificium templi & urbis inſtauratio impeditur* adhuc vivente Cyro: item ſub Cambyſe an.3422: item ſub Dario Hyſtaſpis an.3429 & ſeqq. uſq; ad Darium Nothum. 4.

3526. *Haggæus & Zacharias prophetæ* hortantur populum, ut opus diu intermiſſum reſumant: id quod faciunt auſpiciis Darii Nothi. 5.6.

3531. Anno ſexto Darii Nothi *templum abſolvitur.*

3550. Anno ſeptimo Artaxerxis Mnemonis *Esdra* proficiſcitur Hieroſolymam, magno inſtructus comitatu: & poſtquam eò pervénit, aggreſſus eſt reformationem utriusq; politiæ, civilis & eccleſiaſticæ. 7.8. 9.10.

Liber Nehemiæ. cap

3563. Nehemias, accepto nuntio de adverſis rebus in Judæâ, *jejunat & orat.* 1.

3564. Anno 20 Artaxerxis Mnemonis *Nehemias venit Hieroſolymam*, permiſſu regis, & muros civitatis per annos 12 inſtaurat. 2. *& ſeqq. ad* 13.

3576. Anno 32 Artaxerxis Mnemonis *Nehemias redit in Perſiam.* 13.

3577. *Nehemias reverſus Hieroſolymam*, & ſecundò conſecutus præfecturam, inſtituit reformationem.

Lib. Estheræ. cap.

3467. A*ſſuerus*, id eſt Xerxes, anno regni ſui 3 inſtituit convivium. 1.

3471. Aſſuerus anno 7 ducit *Eſtheram*, quam Herodotus vocat Ameſtrin, q.d. Ham Eſther. 2.

3476. Anno 12 Aſſveri *Haman* conſpirat in Judæos, & tandem ſuspenditur. 3. *& ſeqq.*

3477. Aſſverus anno regni 13 *Mordecajum* ornat honoribus: unde Judæorum res bene ſe habent. 8.9.10.

Lib. Jobi. cap.

2330. J*ob* opibus & dignitate floret eo tempore, quo Iſraëlitæ in Ægypto degunt: & variis exercetur calamitatibus. 1.2.

2331. *Amici Jobi* varia cum ipſo inſtituunt colloquia: quibus Deus imponit finem. c.3. *& ſeqq. ad* 42.

2332. *Job* variis benedictionibus à Deo perfunditur. 42.

Lib Pſalm. claſſis

2454. P*ſalmus 90* à Moſe eſt compoſitus: forſan eo tempore, quo reverſis exploratoribus *Num.13.v.14.* populus obmurmuraſſet Deo, & Deus ſententiam mortis dixiſſet majoribus viginti annis. I.

2887 *ad an.*2930. *Pſalmi Davidis* compoſiti ſunt ab ipſo cùm fugeret à Saule & Abſolomo, atque indigna pateretur ab aulicis & aſſeclis utriusque: item poſtquam liberatus eſſet ab utriusque inſidiis. II.

2914. *Psalmi Asaphi* sunt ab ipso decantati. III.
3776 & *Psalmi* ecclesiæ sunt scripti tempore Antiochi Epipha- IV.
seqq. nis.

Prov. Salomon. Clas.
2937. P*Roverbia Salomonis* ab ipso sunt composita eo tempore, I. *à c. 1. ad*
quo sapientia & majestas ipsius longè lateq; percrebuit. *10.*
Tum enim composuit cantica 1005.
2970. *Pii viri videntur* collegisse proverbia à c. 10. ad 25. pau- II.
lò pòst mortem Salomonis.
3240. *Ministri regis Ezechiæ* collegerunt proverbia à c. 25. ad 30. III.
3229. *Agur & mater Salomonis* collegerunt proverbia c. 30. & 31. IV.

2968. H*Unc librum* scripsit *Salomon* paulò ante mortem, ut & Ecclesiastes
Canticum canticorum, ut hoc utroq; scripto testatam fa & Canticū
ceret suam pœnitentiam.

Esaias. cap
3180. H*Æc capita videntur pertinere ad conciones, quas ha- *1. 2. 3. 4. 5.*
buit Esaias sub *Usiâ & Jotham.* *6.*
3211. Huc refer caput 7 usque ad 18: ita ut prophetia de Imma *7 & seqq.*
nuele cap. 7. incidat in annum Achaz sextum, onerosa pro *ad 18.*
phetia cap. 15. 16. & 17. in an. ejusdem 16, i.e. an. M. 3221
3222. Huc refer caput 18. usque ad 36. ita ut omnia ista capita *18. & seqq.*
sint conciones habitæ à primo anno Ezechiæ ad an. ejus 14 *ad 36.*
h.e. ab anno M. 3222 ad 3235.
3235. Huc refer cap. 36. 37. 38. ita ut Sennacherib fugatus sit an- *36. 37.*
no 14 Ezechiæ, h.e. mundi 3235. *Eodem anno* Ezechias le- *38.*
thaliter ægrotat, & ob ardentes ejus preces ipsi 15 anni vitæ
adjiciuntur. *Eodem anno* legati Merodachi filii Bal-Adan ad- *39.*
veniunt, sciscitatum de prodigio retrogradi solis.
3226. & Conciones de Christo, Cyro, Ecclesiâ, & similibus à c. 40 *40 & seqq.*
seqq. ad finem, sunt habitæ post annum Ezechiæ 14. *ad finem.*

Jeremias c.
3320. J*Eremias* anno Josiæ 13, h.e. Mundi 3320 incipit vaticina- *1. & seqq.*
ri usque ad an. 3361, ita ut functus sit officio annos 40. Cæ- *ad 13.*
terùm conciones à c. 1. ad 13. videntur omnes habitæ sub
Josiâ.
3340. Conciones c. 13. ad 19. refero ad an. 1. 2. & 3. Jojakim re- *13. 14. 15.*
gis impii. *16. 17. 18.*
3360. Conciones c. 19 ad 25 pertinent ad an. Zedechiæ 11. quo *19. & seqq*
Hierosolyma fuit obsessa & expugnata. *ad 25.*
3342. Anno 4 Jojakim habita est concio hujus capitis. *25.*
3340 Anno 1 Jojakim habita fuit concio cap. 26. & 27. *26. 27.*
3355 Anno 4 Zedekiæ habita fuit concio hujus capitis. *28.*
3350. Jeremias scribit epistolam ad deportatos Judæos, in qui- *29. 30. 31.*
r.t Jechonias. c. 29. Huic epistolæ cohærere videtur
[illegible] c. 30. 31.

Anno

An. M.		
3350.	Anno 10 Zedekiæ promulgata fuit concio cap.32.33.34.	32.33.34.
3342.	Jeremias invitat Judæos ad obedientiam DEO præstandam exemplo Rechabitarum, tempore Jojakim.	35.
3342.	Anno 4 Jojakimi Jeremias dictat scribæ suo Barucho volumen comminationum c.36.	36.
3350.	In hunc annum collocanda sunt quæ recitantur cap.37. & 38.	37.38.
3360.	Occupatis Hierosolymis Jeremias liberatur à Babyloniis, & manet cum Gedaliâ in Judæâ.	39.40.
3360.	Jeremias à Johannâ filio Careæ cum reliquiis populi Judaici, inter quas etiam fuit Baruch, invitus in Ægyptum abducitur, ubi à rege Aprye est interfectus.	42.43.44.
3342.	Jeremias dictat Barucho volumen comminationum anno 4 Jojakimi.	45.46.
3330.	Prophetia capitis 47 videtur prophetata tempore Josiæ: quia tum temporis Pharao Necho expugnavit Hatzam.	47.
3603.	Hæ prophetiæ videntur referendæ ad tempus deportationis modò factæ.	48.49. 50.51.
3386.	Historia hujus capitis videtur addita à Barucho, nisi malis dicere Jeremiam tum temporis adhuc vixisse.	52.
3339.	Jeremias orditur threnos suos paulò pòst mortem Josiæ.	
		Ezechiel c.
3354.	Anno quinto Zedekiæ, sive captivitatis Jechoniæ (concurrunt enim) Ezechiel incipit vaticinari.	*1.& seqq. ad 8.*
3355.	Anno sexto Zedekiæ, sive captivitatis Jechoniæ contigit visio c.8.9 10.11. item concio à c.12. ad 20.	8. ad 20.
3356.	Anno septimo habita fuit concio cap.20.21.22.23.	20. ad 24
3358.	Anno nono habita fuit concio c.24.25.	24.25.
3360.	Anno undecimo habita fuit concio c.26.27.28.	26.27.28.
3359.	Anno decimo habita fuit concio c.29.	29.
3376.	Anno vigesimo septimo à deportatione Jechoniæ (hâc enim ærâ utitur Ezechiel) habita fuit concio c.30.	30.
3360.	Anno undecimo habita fuit concio c.31.	31.
3361.	Anno duodecimo habitæ fuerunt conciones cap.32.33. 34.35.36.37.38.39.	32. ad 40.
3354.	Anno vigesimo quinto contigit visio à c.40. ad finem.	*40.& seqq. ad finem.*
		Daniel cap.
3342.	Anno Jojakimi tertio desinente, & quarto incipiente contigit historia cap.1.	1.
3355.	Anno secundo Nebucadnezaris, à morte nempe patris, somniat de quatuor monarchiis in formâ statuæ.	2.
3356.	Nebucadnezar erigit statuam idololatricam.	3.
3357.	Nebucadnezar somniat de arbore exscindendâ.	4.
3392.	Balthasar, nepos Nebucadnezaris magni, filius Evilmerodachi, interficitur.	5.

An. Mundi.

3393. Darius Medus evehit Danielem ad summam dignitatem, quâ ille fruitur etiam Cyri tempore. 6.

3388. Anno primo Balthasaris offertur Danieli visio quatuor bestiarum. 7.

3390. Anno tertio Balthasaris offertur Danieli visio arietis & hirci, pingens regnum Persicum & Alexandri M. atque successorum 8.

3393. Anno primo Darii Medi Daniel à Gabriele accipit vaticinium LXX septimanarum, quæ ineunt à secundo anno Darii Nothi, id est, an. M. 3527, & terminantur an. M. 4017. Anno sequenti urbs per Titum est excisa, sunt itaque 490 anni ab anno 2 Darii ad excidium urbis exclusivè. 9.

3421. Anno tertio Cyri contigit visio c. 10. 10.

3393. Anno primo Darii Medi Daniel divinitùs eruditur. 11. 12.

Duodecim prophetæ minores.

3130. Hoseas incipit vaticinari sub Jeroboam II.

3140. *Joel* est σύγχρονος Hoseæ.

3150. *Amos* incipit sub Jeroboam II.

3358. *Obadias* videtur prophetasse tempore Ezechielis.

3124. *Jonas* collocatur sub Jeroboam II.

3188. *Micha* prophetat sub Jotham, Achas & Ezechiâ.

3238. *Nahum* prophetat sub Ezechiâ.

3220. *Habacuc* prophetat sub Achaz & Ezechiâ.

3316. *Sophonias* prophetat sub Josiâ.

3527. *Haggæus* incipit anno 2 Darii Nothi.

3527. *Zacharias* incipit altero pòst mense quàm prophetare cœperat Haggæus.

3537. *Malachias* prophetat.

Vide Chronologiam prophetarum.

Libri Apocryphi.

Vide Chronologiam librorum apocryphorum, & hoc loco accipe particularem Chronologiam librorum Maccabæorum.

3729. *Liber tertius Maccabæorum* recitat pressuras Judæorum sub Ptolemæo Philopatore, & liberationem ipsorum à c. 1. ad finem. Est historia unius anni. Lib. 3. Macc.

Lib. 2. Maccab. cap.

3770. Judæi scribunt ad Aristobulum magistrum Ptolemæi Philopatoris: & recognoscunt annales suos. 1. 2.

3774. Hoc tempore contigit historia Heliodori. 3.

3781. Onias sacerdos interficitur. 4.

3781. Antiochus Epiphanes Hierosolymam capit, & templum spoliat. 5.

3782. Antiocho sæviente in Judæâ Eleazarus manet constans. 6.
Idem facit mater cum septem filiis. 7.

Judas

An. Mundi.		
3783.	Judas Maccabæus fortiter rem gerit contra Philippum & Nicanorem.	8.
3786.	Antiochus Epiphanes occiditur.	9.
3786.	Judas recuperat civitatem sanctam.	10.
3787.	Lysias cum Judæis tractat conditiones pacis.	11.
3787.	Judas pugnat in Timotheum & Apollonium.	12.
3787.	Judas confligit cum Antiocho & Lysiâ.	13.
3788.	Demetrius præter pactum infestat Judæos per Nicanorem.	14.
3789.	Nicanor oppetit mortem se dignam.	15.
3775.	Deus affligit Judæos per Antiochum Epiphanem propter fœdera cum gentibus inita.	Lib. 1. Maccab. cap. 1.
3780.	Matathias rem gerit fortiter.	2.
3783.	Judas Maccabæus fortiter pugnat contra Antiochum Epiphanem.	3.
3786.	Judas recuperat civitatem, & instituit Encænia.	4.
3786.	Judas cum fratribus pugnat adversus gentes.	5.
3786.	Antiochus Epiphanes moritur.	6.
3788.	Demetrius molestat Judæos contra fidem datam.	7.
3788.	Judas init fœdus cum Romanis.	8.
3788.	Judas perit in conflictu.	9.
3789.	Jonathan substituitur fratri Judæ.	
3800.	Alexander Bala ambit & impetrat amicitiam Judæorum.	10.
3805.	Demetrius Nicanor violat amicitiam Jonathæ, & regno pellitur, Antiocho Entheo, Alexandri F. restituto in paternum imperium.	11.
3806.	Jonathas in bello contra Demetrium capitur à Tryphone.	12.
3806.	Jonathas interficitur à Tryphone. Similiter Antiochus Entheus.	13.
3807.	Jonathæ succedit frater Simon.	
3809.	Demetrius opprimere conatus Tryphonem, capitur. Sub Simone quietè agit Judæa.	14.
3811.	Antiochus Tryphonem regno expellit.	15.
3814.	Simon interficitur dolo.	16.
3815.	Johannes Hircanus succedit fratri Simoni.	

HARMONIA EVANGELISTARUM.

		Matth.	Marc.	Luc.	Johan.
000. *Anno M.*	CHristus ab æterno est λόγος Patris.				1. ℣. 1. ad 14.
3949 / 3947	— Præcursor Christi, *Johannes Baptista*, nascitur mense Martio exeunte.			5. ℣. 1. ad 26. & à 57 ad fin.	
3949 / 3947	— *Christus nascitur* Bethlehemi mense Septembri exeunte, sexto pòst Johannem mense, 42 anno Augusti, ex Mariâ virgine & semine Davidis. Genealogia ipsius naturalis describitur à Matthæo, legalis à Lucâ.	1.		1. ℣. 26 ad 39. 2. ℣. 1. ad 21. 3. ℣. 23, ad fin.	1. ℣. 14
3949 / 3947	— Christus octavo die *circumciditur*, & quadragesimo die in templo *dedicatur* Deo tanquam primogenitus, ibiq; à Simeone cum gaudio *excipitur*.			2. ℣. 21 ad 41.	
3949 / 3947	— Christus *revelatur* magis, & *fugit* in Ægyptum, unde post mortem Herodis Ascalonitæ reversus *educatur* Nazarethæ.	2.			
An. Christi. 12.	Christus prophetiæ suæ tyrocinium *exhibet* Hierosolymis finito Paschate, mense Aprili.			2. ℣. 41 ad fin.	
30.	*Johannes* parat Christo viã, mense Septembri.	3. ℣. 1. ad 13.	1. ℣. 1. ad 9.	3. ℣. 1. ad 21.	1. ℣. 15. ad 19.
30.	*Christus baptizatur* à Johanne, anno 15 Tiberii, anno ætatis XXX completo, mense Septembri exeunte.	3. ℣. 13. ad fin.	1. ℣. 9. ad 12.	3. ℣. 21.	1. ℣. 29 ad 35.
31.	Christus baptizatus *tentatur*, à diabolo sub finem Septembris & sequentibus diebus 39. Hîc incipiunt anni πολιτείας Christi.	4.	3.		

Johan-

An. Christi.		Matth.	Marc.	Luc.	Johan.
31.	Johannes *testatur* de Christo, mense Martio.				1. ℣. 19 ad 38.
31.	Christus *vocat* quinq; discipulos, videl. Andream, Petrum, Philippum, Nathanaëlem, & quendam *ἀνώνυμον*.				1. ℣. 38 ad fin.
31.	Christus è Judæâ *proficiscitur in Galilæam*, ubi docet in synagogis, primumque facit miraculum in Canâ.			4. ℣. 14. 15.	2. ℣. 1. ad 12.
31. *Primum Pascha.* Joh. 2. v. 13.	Christus *descendit Capernaum*, indeque *Hierosolymam ad pascha ascendit*, ibique reformat templum.				2. ℣. 12 ad fin.
31.	Christus *cum Nicodemo colloquitur*, mense Aprili.				3. ℣. 1. ad 22.
31.	Christus *commoratur in Judæâ* circiter octo menses, ibique per discipulos baptizat, & ornatur testimonio Johannis.				3. ℣. 22 ad fin.
32.	Cùm Christus audiret Johannem ab Herode Antipâ esse incarceratum, ex Judæâ *proficiscitur Capernaumum*, & primò transit Samariam, atque in eâ Sichemam, ubi cum muliere colloquitur.		1. ℣. 14. 15.	3. ℣. 19. 20.	4. ℣. 1. ad 43.
32.	Christus ex Samariâ *venit in Galilæam*, ibique docet in urbe Nazareth, mense Januario.			4. ℣. 16. ad 31.	
32.	Christus relictâ Nazarethâ *venit rursus in Canam*, ibique edit secundum miraculum. Postea pro ingratâ Nazarethâ deligit Capernaumum in medio 12 tribuum, ubi habitet: unde hæc dicitur ipsius civitas.	4. ℣. 13. ad 18.	1. ℣. 14 15.	4. ℣. 14.	4. ℣. 44. ad fin.
32.	Christus ambulans ad lacum Genesareth *vocat quatuor discipulos*, Petrum & Andream, Johannem & Jacobum, mense Januario.	4. ℣. 18. ad 23.	1. ℣. 16 ad 21.	5. ℣. 1. ad 11.	

An. Chriſti.		Matth.	Marc.	Luc.	Johan.
32	Chriſtus ſtipatus quatuor iſtis diſcipulis *ingreditur Capernaumum*, ibique ſanat dæmoniacum & ſocrum Petri.	8. ℣. 14.15.	1.℣.20 ad 35.	5.℣.31. ad 42.	
32.	Chriſtus egreſſus Capernaumo *venit in deſertum*: deinde docet atque ſanat in oppidis Galilææ.	8.℣.2. 3.4.	1.℣.35. ad fin.	4. ℣. 42. 43. 44. & 5.℣.12. 13. 14 15.	
32.	Chriſtus *redit Capernaumum*, ibique docet ac ſanat.	9.℣.2.	2.℣.1. ad 15.	5.℣.17 &ſeqq.	
32. *Paſcha ſecundum. Johan. 4. v.35. 45.*	Chriſtus Capernaumo revertitur Hieroſolymam ad *Paſcha ſecundum*: indeque regreſſus Canam, edit miraculum, quod ſolus Johannes deſcribit, neque aliquid aliud geſtum legitur à Chriſto hoc intervallo temporis à paſchate ſecundo ad tertium.				5. ℣. 45. ad finem cap.
33. *Paſcha tertium. Johan. 6.v.4.*	Chriſtus *defendit diſcipulos*, cùm ſabbato vellerent ſpicas, menſe Aprili.	12.	2.	6.	
33.	*Curat* ſabbato manu aridam.		3.	6.	
33.	*Deſcendit ad mare* cum ingenti comitatu.	12.	3.		
33.	*Ordinat 12 apoſtolos.*	10.	3.	6.	
33.	*Docet* de verâ beatitudine & ſanctimoniâ.	5. 6. & 7.		6.	
33.	*Venit Capernaumum:* ubi in ingreſſu ſanat famulum centurionis, & domi ſuæ dæmoniacum.	8. 12.	3.	7. 11.	
33.	Chriſtus egreſſus Capernaumo in comitatu ſuo *habet* quaſdam mulieres: tum *docet* ad mare de quadruplici ſemine, lucernâ, zizaniis, ſemine ſponte ſuâ germinante, ſinapi arboreſcente & fermento, menſe Julio.	13.	4.	8. 13.	
33.	Chriſtus *trajicit lacum Geneſareth*, petitque Gedaram.	8.	4. 5.	9. & 8.	

Redit

An. Christi.		Matth.	Marc.	Luc.	Johan.
34.	*Redit Capernaumum* : ubi Pharisæi & discipuli Johannis fuerunt offensi, quòd uteretur consortio publicanorum, & liberaliùs epularetur.	9.	2.	5.	
34.	*Sanat* hæmorrhoussam, & filiam Jairi excitat è morte. Sanat item duos cæcos ac mutum dæmoniacum, mense Augusto.	9.	5.	8.	
34.	Christus *explicat* parabolas nuper propositas, & novas addit.	13. ℣. 36.			
34.	Christus Capernaumo *discedit Nazaretham*, & instruit apostolos suos solenniter. Tum excitat mortuũ Naine.	13. ℣. 53. 9. 10.11.	6.	9. 7.	
34.	*Johannes* ex carcere legat discipulos suos ad Christum, mense Septembri.	11.		7.	
34.	Christus *vocat* ad se omnes laborantes.	11.			
34.	Christus *ungitur* à Mariâ Magdalenâ.			7.	
34.	*Johannes* occidit ab Herode Antipâ, mense Decembri, anno ætatis suæ 34 currente.	14.	6.	9.	
34.	Christus pascit 5000 quinque panibus, & postridie habet egregiam concionem de pane vitæ.	14.	6.	9.	6.
34. *Quartum Pascha. Joh. 7. v. 2.*	Christus passim *obit Galilæam*, ibiq; varias habet conciones, mense Aprili.		7.	15.	
34.	*Venit in confinia Tyri & Sidonis*, ubi sanat filiam Syrophœnissæ, mense Majo.	15.	7.	9.	
34.	*Venit ad mare Galilææ*, ibiq; docet ac facit miracula, mense Junio.	15.	7. 8.	9.	
34.	*Trajicit in fines Dalmanuthæ*, indeque navigat versus Bethsaidam.	16.	8.	9.	
34.	*Venit Bethsaidam*, indeque in vicos Cæsareæ Philippi.	16.	8.	9.	

[C]hristi.		Matth	Marc.	Luc.	Johan.
34.	*Conscendit montem Thabor*, indeque descendens sanat lunaticum, & perambulat Galilæam.	17.	9.	9.	
34.	*Venit Capernaumum*, ibiq; habet concionem.	17. & 18.	9.	9.	
35.	*Proficiscitur in Judæam* ad festum scenopegię, ubi in itinere rejicitur à Samaritanis, mense Septembri.		9.		7.
35.	*Designat LXX discipulos*, & illos instruit.		10.		7.
35.	*Venit Hierosolymam ad festum scenopegiæ* sive tabernaculorum, ibiq; docet, sub finem Septembris.				
35.	Festo tabernaculorum exacto proficiscitur in montem olearum, & inde *revertitur diluculo in templum*, ubi absolvit adulteram, habetque concionem, & sanato cæco rursus concionatur, mense Octobri.				
35.	*Fiunt encænia*, & Christus docet in porticu Salomonis, mense Decembri.				8.9. & 10.
35.	Exactis encæniis *abit Hierosolymis Bethabaram*, ibique erudit suos discipulos de variis doctrinæ capitibus.			10. 11. 12.13.	
35.	*Pergit Hierosolymam*, & in itinere commoratur in Galilææ & Samariâ, ubi sanat hydropicum, & concionatur de variis capitibus, mense Januario.			13. 14. 15.16. 17.18.	
35.	Ex Galilæâ *revertitur in Judæam*, ibique sanat & docet; primò in finibus, deinde Hierichunte, tum Bethaniæ, denique Ephraimi.	19.20	10.	18. 19.	11.
35.	*Sexto die ante Pascha* venit Bethaniam, ibique ungitur.	26.	11.		12.

Quinto

An. Christi.		Matth.	Marc.	Luc.	Joan.
35.	*Quinto die ante Pascha* vectus asino ingreditur Hierosolymam, & inde exit Bethaniam.	21.	11.	19.	12.
35.	*Quarto die ante Pascha* redit in urbem, maledicit ficui, numularios ejicit ex templo, & redit Bethaniam.	21.	11.	19.	12.
35.	*Die tertio ante Pascha* redit in urbē, ubi disputat in templo cum Pharisæis, & plebem instruit: in monte olivarum docet de adventu suo, ruinâ templi, & consummatione seculi.	21. 22. 23. 24. 25.	11. 12. 13.	20. 21.	
35.	*Die secundo ante Pascha* Judæi cōventus agunt de Christo interficiendo, & paciscuntur cum Judâ. Christus concludit munus propheticum.	26.	14.	22.	12. ℣. 20. & seqq.
35. Pascha quintum. Matth. 26.	*Die primo ante Pascha* Christus comedit agnum, lavat pedes discipulorum, prædicit sui proditionem, habet λόγον παραγώνιον *Johan. 14. 15. 16. 17.* instituit cœnam, & ex urbe se recipit in montem olearum, ubi per noctem proditus à Judâ capitur, in urbem abducitur, & coram Concilio ecclesiastico sistitur.	26.	14.	22.	13. 14. 15. 16. 17.
35.	*Ipso die Pascha* (qui erat 25 Martii, & tunc quidem dies Veneris, ut hodiè appellamus) Christus à Concilio ecclesiastico pertrahitur ad politicum, ubi condemnatur ad mortem crucis, quam pro nobis oppetiit. Postea sepultus est eodem die sub vesperam.	27.	15.	23.	18. 19.
35.	Christus *vigesimo sexto die Martii*, qui erat sabbatum, quiescit in sepulchro.				

An. Christi.		Matth.	Marc.	Luc.	Johan.
35.	*Vigesimoseptimo die Martii* resurgit, & conversatur cum discipulis. Colliguntur decem apparitiones Christi ex evangelistis & 1.Cor.15.	28.	16.	24.	20. 21.
35.	*Quadragesimo die post resurrectionem* ascendit in cœlum: & *decimo pòst die* mittit Spiritum S. ipso festo Pentecostes. *Act.*2. Ascensio Christi contigit anno M. 3982. Galbâ & Sullâ consulibus.	28.	16.		

Acta Apostol. Cap.

35. CHristo in cœlum sublato undecim apostoli soliciti sunt de complendo numero sui collegii, & eligunt Matthiam. *1.*

35. Spiritus S. mittitur: & Petrus concionatur. *2.*

35. Conciones apostolorum & constitutionem politiæ ecclesiasticæ exceperunt variæ persecutiones, nominatim Stephani. *3.4.5.6. 7.*

36.37. In hos duos annos & seqq. collocanda sunt gesta c.8.9, ita ut eunuchus itemque Paulus conversi sint an. 36: reliquis seqq. usque ad 40. ecclesiæ in Judæâ, Galilæâ & Samariâ plantatæ. *8. 9.*

40. Cornelius convertitur. *10.*

41. Ecclesia Antiochena plantatur. *11.*

43. Herodes Petrum incarcerat, Jacobum gladio occidit. *12.*

45. Paulus & Barnabas peragrant varias provincias, ibique ecclesias fundant. Postea redeunt Antiochiam. *13.14.*

50. Apostoli concilium habent Hierosolymis. *15.*

51. Paulus convertit Lydiam. *16.*

52. Paulus se confert in Macedoniam, & docet Athenis. *17.*

53. Paulus Corintho profectus venit Ephesum, indeque Hierosolymam, Antiochiam &c. *18.*

54. Paulus biennium docet Ephesi & ampliùs. *19.*

56. Paulus per Macedoniam & alia loca redit Hierosolymam, ubi capitur. *20.21.22.*

56. Paulus Hierosolymâ captivus ducitur Cæsaream, ubi biennium fere docet in vinculis. *23.24.25. 26.*

57. Paulus mittitur Romam ad Cæsarem. *27.28.*

Epistolæ Apostol.

57. E*Pistola ad Romanos* scripta est Corintho.
54. *Prior ad Corinthios* Philippis.
55. *Posterior ad Corinthios* itidem Philippis.
59. Epist. *ad Galatas* Româ.

Epist

Anno Chr.		
58.	Epist. *ad Ephesios* itidem Româ.	Fuit missa.
59.	Epist. *ad Philippenses* similiter Româ.	
59.	Epist. *ad Colossenses* etiam Româ.	
52.	*Utraq; ad Thessalonicenses* Athenis.	
55.	*Prior ad Timotheum* Laodiceâ.	
59.	*Posterior ad Timotheum* Româ.	
55.	Epist. *ad Titum* Nicopoli.	
59.	Epist. *ad Philemonem* Româ.	
59.	Epist. *ad Hebraos* Româ.	

60. *Jacobus* scribit suam epistolam sine dubio Hierosolymis.
56. *Petrus* priorem suam epistolam scribit Babylone:
67. Posteriorem *Româ*, ut probabiliter colligitur.
87. *Johannes* scribit tres suas epistolas Ephesi.
56. *Judas* hoc tempore videtur scripsisse suam epistolam.

---

94. HOc tempore Johannes scribit apocalypsin, quæ complectitur septem visiones. Apocalypsis Johannis.

Prima visio est historica, quâ septem ecclesiæ figurantur per septem candelabra, & ecclesiarum istarum pastores per septem stellas. *c.1.2.3.*

Secunda visio est septem sigillorum: ubi *cap.4. & 5.* præmittitur descriptio majestatis Dei & agni. Ipsa sigilla c.6. & 7. insinuant statum ecclesiæ N.T. inde à Christo in cœlos evecto usque ad an.606, tempore Bonifacii III.

Tertia visio est septem tubarum c.8.9.10.11. Sex tubæ figurant statum ecclesiæ inde ab anno 606 ad an.1517. septima describit statum ecclesiæ ab antichristo liberatæ: & periodus mensium 42 incipit anno Chr.362.

Quarta visio certaminis inter mulierem & draconem, itemque inter bestiam & agnum c 12.13.14. est explicatio sigillorum & tubarum, adeoque complectitur statum ecclesiæ ab an.Chr.1.ad 1517.

Quinta visio septem phialarum c.6. insinuat statum ecclesiæ inde ab anno 1517 ad hunc currentem & seqq. aliquot annos.

Sexta visio pœnarum meretricis c.17.18.19. & felicitatis ecclesiæ in his terris c.20. figurat statum ecclesiæ, fortè ab anno 1625 ad finem usque seculi.

Septima visio cœlestis Hierosolymæ c.21.22. ponit ob oculos statum ecclesiæ triumphantis post hanc vitam.

Hoc loco teneatur connexio mensium Julianorum & Hebræorum: quia plurimùm facit ad intelligendum historias sacras.

I. *Nisan sive Abib.* Dies hujus mensis XIV respondet 25 Martii. Confer *Exod.12.v.6.* Itaque primus dies Nisan re-

ſpondet 12 Martii, & vigeſimus 31 Martii, vigeſimus primus primo Aprilis, & trigeſimus ſive ultimus decimo Aprilis.

Hoc fundamento jacto, talis fuerit connexio in menſibus ſequentibus.

		Dies.	*Dies.*	
II.	*Ijar*	1	12	Aprilis.
		20	30	
		21	1	Maji.
		29, iſque ultimus	9	
III.	*Sivan*	1	10	Maji.
		22	31	
		23	1	Junij.
		30, iſque ultimus	8	
IV.	*Tamuz*	1	9	Junii.
		22	30	
		23	1	Julij.
		29, iſque ultimus	7	
V.	*Ab*	1	8	Julij.
		24	31	
		25	1	Auguſti.
		30, iſque ultimus	6	
VI.	*Elul*	1	7	Auguſti.
		25	31	
		26	1	Septembris.
		29, iſque ultimus	4	
VII.	*Tisri*	1	5	Septembris.
		26	30	
		27	1	Octobris.
		30, iſque ultimus	4	
ooo.	Epactæ	1	5	Octobris.
		11	15	
VIII.	*Marchesvan*	1	16	Octobris.
		15	30	
		17	1	Novembris.
		29, iſque ultimus	13	
IX.	*Cisleu*	1	14	Novembris.
		17	30	
		18	1	Decembris.
		30, iſque ultimus	13	

SPECULUM MUNDI.

Tria mundi tempora	Quatuor monarchiæ secundùm Historicos.	Astronomos & 4 cardines.	Septem revolutiones planetarum.	Anni mundi.	Trigoni signorum cœlestium.	RES MEMORABILES.	Anni ante Christum.	Decem ætates mundi.	Congubernatores: Mitregenten.	Gubernatores millenariorum: Regenten.	Sex millenarii.
INANE			PRIMA. An M.795	1.	♈ ♐ ♌ Igneus.	*Mundus* creatur. *Superiores planetæ* conveniunt in trigono igneo.	3947.	Prima: Patriarcharum ante diluvium.	VIII Patriarchæ ab Adamo usque ad Noë: putà Seth, Enos &c. usq; ad Lamech.	1. Adam. Moritur anno M. 930.	I. Igneus.
				200.	♉ ♑ ♍ Terreus.	*Enos* nascitur sub initium trigoni terrei: & *nomen Dei incipit invocari* sub trigono terreo & aëreo.	3748.				
				400.	♊ ♒ ♎ Aëreus.		3548.				
				600.	♋ ♓ ♏ Aqueus.	*Enoch* nascitur sub initium trigoni aquei: rectè docet & sanctè vivit tempore ejusdem trigoni & sequentis.	3348.				
				1000.	♈ ♐ ♌ Igneus.	*Adam* & *Enoch* moriuntur tempore trigoni ignei.	2947.				
	I. ASSYRIORUM.	I. ORIENTALIS.	SECUNDA. An.M.1590.	1200.	♉ ♑ ♍ Terreus.	*Noah* nascitur sub finem primi & initium secundi millenarii.	2748.	Secunda: Patriarcharum post diluvium.	X Patriarchæ à Noë usque ad Abrahā: putà Sem, Arphaxad &c. usque ad Thara.	2. Noah. Moritur anno M. 2005.	II. Terreus.
				1400.	♊ ♒ ♎ Aëreus.	*Mundus degenerat* sub trigono aëreo.	2548.				
				1600.	♋ ♓ ♏ Aqueus.	*Diluvium* immittitur tempore aquei trigoni.	2348.				
				1800.	♈ ♐ ♌ Igneus.	*Monarchia Babylonica* incidit in trigonum igneum.	2148.				
				2000.	♉ ♑ ♍ Terreus.	*Sem* succedit Noacho tempore trigoni terrei: & *Abraham* nascitur.	1948.				
LEX			TERTIA. An.M.2385	2200.	♊ ♒ ♎ Aëreus.	*Abraham accipit promissionem* sub initium trigoni aërei: *circumcisio* instituitur: *tempus peregrinationis*, annorum 430, incipit.	1748.	Tertia: Peregrinationis Israël.	Patriarchæ post Abrahamum, putà Isaac, Jacob, Levi, Kaath, Amram: & XVI Judices.	3. Abraham. Moritur anno M. 2123. Ejus posteritas floret usque ad Davidem.	III. Aëreus.
				2400.	♋ ♓ ♏ Aqueus.	*Moses* tempore aquei trigoni vocatur divinitùs, & educit populum ex Ægypto. *Lex promulgatur* in deserto: *terra Canaan* occupatur.	1548.				
				2600.	♈ ♐ ♌ Igneus.	Tempore ignei trigoni *Debora* & *Gibeon* excitantur: *Jephthe* item & *Simson*: *Troja* exciditur.	1348.	Quarta: Judicum in Israël.			
				2800.	♉ ♑ ♍ Terreus.	*Potestas judiciaria* commutatur in regiam.	1148.				
			QUARTA.	3000.	♊ ♒ ♎ Aëreus.	*David* prosperè agit. *Salomon* ædificat templum. *Regnum populi Dei* scinditur. *Variæ dynastiæ* florent: putà Atheniensium, Latinorum, Lacedæmoniorum &c.	948.				
	II PERSARUM. III. GRÆCORUM	II. MERIDIONALIS.	3180.	3200.	♋ ♓ ♏ Aqueus.	*Seculum prophetarum & poëtarum* incipit. *Decem tribus* in perpetuam captivitatem abducuntur. *Roma* condita sumit incrementum.	748.	Quinta: Regum populi DEI.	XX Reges Juda, & XXVII duces post captivitatem usq; ad Herodem.	4. David. Nascitur anno M. 2860. Ejus posteritas floret usq; ad Christum.	IV. Aqueus.
				3400.	♈ ♐ ♌ Igneus.	*Hierosolyma & templum* excinduntur. *Captivitas Babylonica* incipit, & solvitur per Cyrum. *LXX. Septimanæ Danielis* incipiunt. *Monarchia Persarum* constituitur, & floret.	548.				
				3600.	♉ ♑ ♍ Terreus.	Tempore terrei trigoni *Alexander M.* condit monarchiam Græcorum: & Romani variis bellis implicantur.	348.	Sexta: Ducum populi DEI.			
			QUINTA. An.M. 3975. Chr. 26.	3800.	♊ ♒ ♎ Aëreus.	*Maccabæi* prosperè agunt. *Romani* variè belligerant. *Julius Cæsar* constituit quartam monarchiam. *Christus* nascitur.	148.				
				4000.	♋ ♓ ♏ Aqueus.	*Evangelium* longè latèque propagatur inter varias persecutiones.	An. Chr. 51.				
CHRISTUS.	IV. ROMANORUM.	III. OCCIDENTALIS.		4023.	♈ ♐ ♌ Igneus.	*Evangelium* propagatur. *Hæretici & tyranni* incipiunt, adeoque *septem sigilla* in apocalypsi. Post excidium Hierosolymæ incipiunt dies 1290 *Dan.12.*	74.	Septima: Cæsarum Italicorum.	XIX Cæsares Latini: LXXVIII Græci: XXVII Germani.	5. Augustus.	V. Igneus.
				4223.	♉ ♑ ♍ Terreus.	*Romani* variè belligerant. Anno Christi 362 incipit periodus mensium XLII. in apocalypsi. *Constantinus M.* ἀξίωμα imperii Româ transfert Byzantium: quâ occasione Papa imperium politicum incipit usurpare.	174.				
			SEXTA. An.M. 4775. Chr. 826.	4623.	♊ ♒ ♎ Aëreus.	*Septem tubæ*, de quibus in Apocalypsi, effunduntur. *Gregorius VII.* excommunicat Imperatorem, & Papismus invalescit. Privilegium Phocæ de *primatu Romanæ ecclesiæ* promulgatur: & *Mahomed* oritur.	574.	Octava: Cæsarum Græcorum & Germanorum.			
				4823.	♋ ♓ ♏ Aqueus.	*Carolus M.* floret. *Religio Christiana* propagatur. Imperium Romanum dividitur in orientale & occidentale.	874.				
				5023.	♈ ♐ ♌ Igneus.	*Mahomedismus* corripit universum orientem.	1074.				
			SEPTIMA. An.M. 5552. Chr. 1603.	5223.	♉ ♑ ♍ Terreus.	*Papismus* magis invalescit. *Familia Austriaca* incipit florere. *Imperium Ottomannicum* oritur. *Huss* contradicit Papæ. Dies 1335. *Dan.12.* incipiunt anno Christi 1359.	1274.	Nona: Cæsarum Austriacorum.	XIX Cæsares Austriaci.	6. Papa.	VI. Terreus
				5423.	♊ ♒ ♎ Aëreus.	*Captâ Constantinopoli* bonæ literæ ex Græciâ migrant in occidentem. *Reformatio* incipit per Lutherum. *Septem phialæ*, de quibus in apocalypsi, effunduntur.	1474.				
		IV. BOREALIS.		5552.	♋ ♓ ♏ Aqueus.	Tempore trigoni aquei *Liga & Unio* incipiunt. *Bellum* corripit Bohemiam & Germaniam.	1603.				
				5591.	♈ ♐ ♌ Igneus.	Ab anno 1603. ad an. 1642. maximam universus orbis experietur mutationem. Nam istorum annorum XL spatio ad finem decurrit septima revolutio planetarum: & numeri in Daniele & Apocalypsi idem confirmant. Vide paulò ante axiomata & suprà Chronologiam numerorum propheticorum.	1642.	Decima: Melioris seculi.			
				6000.	o o o	o o o o o o o o o o o o	o o o				



X.	*Tebeth*	1	14	Decembris.
		18	31	
		19	1	Januarii.
		29, isque ultimus	11	
XI.	*Sebat*	1	12	Januarij.
		20	31	
		21	1	Februarij.
		30, isque ultimus	10	
XII.	*Adar*	1	11	Februarij.
		18	28	
		19	1	Martij.
		29	11	

Præcipui tituli ad hos menses.

1. *Pascha*, 14 Nisan, 25 Martij.
2. *Δευτεροπρώτη*, 16 Nisan, 27 Martij.
3. *Pentecoste*, 6 Sivan 15, Maij.
4. *Festum sive clangor tubarum*, 1. Tisri, 5 Sept.
5. *Jejunium sive dies expiationis*, 10 Tisri, 14 Sept.
6. *Scenopegia sive festum tabernaculorum*, 15 Tisri, 19 Sept.
7. *Encania*, 25 Cisleu, 8 Decembr.

VI. Chronologia numerorum Propheticorum.

I. JErem. 29. ℣. 10. *Sic enim ait Jehova: Nam ubi implebuntur Babyloniæ LXX. anni, visitabo vos; & præstabo erga vos verbum illud meum optimum, reducendo vos in locum hunc.* Hi anni incipiunt anno 1 mense 3 Jechoniæ, qui currit cum anno M. 3350, & desinunt anno M. 3419, qui est primus monarchiæ Cyri *Esdr 2. v. 1.*

II. Ezech. 4. ℣. 5. 6. *Ego verò do tibi annos iniquitatis illorum pro numero annorum, trecentos nonaginta dies; quibus feres iniquitatem domus Israëlis. Cumque eris absoluturus eos, incumbes lateri tuo dextro secundò, ut feras iniquitatem domus Judæ quadraginta dies: diem unumquemque do tibi pro unoquoque anno.* Hi anni non sunt arcessendi ab apostasiâ sub judicibus, ut quidam faciunt: sed à diviso regno, quia hîc fit mentio regni Israël, & regni Juda: è quibus illud etiam appellatur regnum decem tribuum, Samariæ (à metropoli) & Ephraim, à primo rege, qui ex tribu Ephraim oriundus fuit; hoc, regnum duarum tribuum & Hierusalem. Horum duorum regnorum peccata portare jubetur Ezechiel: ita nempe ut 390 quidem anni peccati domus Israël incipiant ab anno M.

3969, & desinant anno M.3358, anno 9 Zedekiæ, quo cœpit obsidio Hierosolymæ: XL verò anni peccati domus Juda incipiant ab anno 13 Josiæ, sive anno M 3320, & desinant anno M.3358, quo urbs fuit obsessa. Ratio prioris calculi hæc est. Sæpe repetitur in historiâ sacrâ, quòd Jeroboam peccare fecerit populum. Ex idololatriâ deinde alia peccata sunt orta, quæ tandem regno toti ruinam attulerunt, anno 9 Hoseæ, quo Salmanassar, rex Assyriorum, regnum Israël ferro & flammâ vastavit, & Samariam tribus annis obsessam cepit, & populum in Assyriam abduxit. Si verò tunc abducti pœnas scelerum suorum dederunt, dicat aliquis, quomodo hi anni peccati ulteriùs extenduntur? Respondeo: Aliquos ex Israële effugisse & inter Judæos habitasse. Hæ verò Israëlitarum reliquiæ unà cum Judæis deportatæ fuerunt Babylonem, ita ut nemo relinqueretur *Jerem 25.* Atque hæc est ratio prioris calculi. Posterioris ratio sic habet. Etsi Judæi ante annum XIII Josiæ etiam peccarunt: crevit tamen illorum peccatum ab illo tempore Habebant siquidem optimum principem Josiam: accedebat egregius propheta Jeremias, qui eos in viam revocabat. Sed nihil proficiebat reformatio Josiæ aut prædicatio Jeremiæ. Graviùs itaque peccarunt, quàm si carentes bono principe, & bonis prophetis, communes errores fuissent secuti. Currunt autem à decimotertio anno Josiæ ad obsidionem urbis anni XL; quot etiam annis prædicavit Jeremias, ita ut XL anni prædicationis Jeremiæ, & hi XL anni Ezechielis habeant commune principium & finem.

III. Dan. 9. ℣. 24. *Septuaginta septimanæ decisæ sunt super populum tuum & super civitatem sanctam tuam &c.* Finem harum septimanarum, id est, annorum 490, Christus *Matth. 24. v. 15. Marc. 13. v. 14. & Luc. 21. v. 20.* figit in excidio Hierosolymæ, quod incidit in an. Christi 69. Oportet itaque arcessere initium ipsarum ab anno M. 3527, ita ut elapsis annis 490 urbs sit excisa.

IV. Dan. 12. ℣. 7. *Post constitutum tempus, constituta tempora, & dimidium temporis, & cùm absolvet dissipare vires populi sancti, fiet ut absolvantur omnia ista.* Per *tempus* significat diuturnam moram: per *tempora*, quasi duplicem: per *dimidium temporis*, exitum. Hîc itaque docemur, ecclesiam inde ab illo tempore quo finientur LXX septimanæ dispersum iri, sed finem fore beatum.

V. Dan. 12. ℣. 11. 12. *A tempore autem, quo ablatus fuerit jugis cultus, & posita abominatio desolans, dies erunt mille ducenti nonaginta. Beatus, qui præstolabitur & perveniet ad dies mille trecentos triginta quinque.* Hoc tempus incipit ab ultimâ templi vastatione, quæ contigit anno Christi 69. Ab hoc ita-

que an-

quo anno oportet computare dies 1290, qui totidem annos constituunt. Sunt enim dies prophetici, quemadmodum cap. 9 fuerunt septimanæ propheticæ. Perveniemus igitur hoc modo ad annum Christi 1359: si nempe 69 anni, qui à nativitate Christi effluxerunt ad excidium urbis, addantur annis 1290. Rursus annus Christi 1359 adde annos 1335 apud Danielem, & pervenies ad annum Christi 2694. Hic itaque est sensus. Ecclesiæ N. T. duæ erunt periodi. Et prima quidem erit ab excidio Hierosolymitano usque ad annum Christi 1359: quo toto tempore ecclesia multiplicem experietur mutationem, ita ut sit purganda, dealbanda & excoquenda persecutionibus antichristi, usque adeò, ut pauci sint permansuri in veritate & prudentiâ. Confer cum versu 10 hujus capitis. Secunda periodus erit ab anno Christi 1359: quo tempore incipient pii contradicere impietati antichristianæ, quæ tamen ad tempus aliquod perdurabit, verùm ita, ut semper sint futuri pii, qui se opponant voce, scriptis, martyriis. Et sanè inde ab anno Christi 1359 usque ad hanc ætatem id egregiè atque masculè factum est. Nam circa annum 1359 *Petrarcha* (qui obiit an. 1374) *Taulerus* (qui obiit an. 1379) & *Wiclefus* (qui obiit an. 1387) cœperunt in os contradicere antichristo Romano. Inde usque ad hunc annum 1623 quid sit præstitum, nemo non videt. Deinceps, usque ad annum Christi 2694 (qui est terminus à Daniele prædictus) sine dubio fient ea, quæ in Scripturis sunt promissa: cujusmodi sunt πανολεθρία hostium Christi, conversio Judæorum, & alia, de quibus paulò post in explanatione numerorum Apocalypticorum. Hîc observa, Danielem tribus in locis nos ducere ad finem mundi. Primus est *cap. 2.* de quatuor monarchiis: secundus est *cap. 7.* de iisdem: tertius est *cap. 12.* quod eleganter cohæret cum cap. 9.

VI. Apocal. 9. ℣. 5. *Datum autem est eis* (locustis, quæ prodierunt ex fumo abyssi, clangente quinto angelo) *non ut occidant eos, sed ut crucientur mensibus quinque.* Hi menses efficiunt dies 150, hoc est, totidem annos, singulis mensibus τριακονθημέροις, id est, tricenariis, ut constat ex cap. 11. ubi XLII menses redduntur per dies 1260. Cæterùm anni 150 quintæ tubæ incipiunt anno Christi 1073, quo tempore Gregorius VII, qui prius dicebatur Hildebrandus Senensis, omnipotentiam Pontificiam stabilivit, & Axan sive Asan, filius Tangrolipigis, imperium Turcicum à patre sibi relictum, valde amplificavit. Definunt itaque hi anni anno Christi 1222.

VII. Apoc. 11. ℣. 2. 3. *Datum est* (atrium) *gentibus: & urbem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus. Sed dabo illam duobus illis testibus meis, qui prophetabunt diebus mille ducentis*

sexaginta, amicti saccis. Menses XLII efficiunt dies 1260, qui sunt totidem anni, quibus gentes calcabunt ecclesiam, & duo testes, id est, scripturæ V. & N. T. prophetabunt. *Vers. 9. & 11. Et videbunt homines ex tribubus, & populis, & linguis, & gentibus cadavera eorum* (duorum prophetarum, postquam finierint testimonium suum) *per tres dies & dimidium, & cadavera eorum non sinent poni in monumentis. Sed post dies tres & dimidium, spiritus vitæ à Deo prodiens ingredietur in illos, stabuntq; erecti in pedes suos, & timor magnus cadet in eos, qui ipsos spectarint.* His verbis agitur de testibus occisis & redivivis, ita ut tres dies & dimidius prophetice sint tres anni cum dimidio. Res tota sic habet. *Gentes*, hoc est, Christiani qui deficient, fientq; persecutores impii, hi, inquam, calcabunt ecclesiam annis 1260, inde ab anno Christi 362 usque ad annum 1622: & toto hoc tempore in sacco prophetabunt *duo testes*, i. e. Scripturæ V. & N. T. Sed anno 1622 bestia vincet duos istos testes, qui annos $3\frac{1}{2}$ jacebunt spreti, usque ad annum 1625: quo tempore illi recuperabunt vires suas. Cur verò anni persecutionis & prædicationis incipiunt anno 362? Resp. Quia tum cœpit persecutio Juliani apostatæ, & Pontificum Romanorum altercatio schismatica. Alii arcessunt annos istos 1260 ab anno Christi 376 vel 382, ita ut finis incidat in annum Christi 1636 vel 1642: alii finem statuunt in anno 1693, ita ut principium incidat in an. 433.


VIII. Apoc. 12. ℣. 6. *Mulier* (ecclesia) *fugit in solitudinem ubi habet locum paratum à Deo: ut illic alerent* (duo illi testes, de quibus paulò ante) *eam diebus mille ducentis sexaginta.* Hi dies sunt totidem anni, qui incipiunt ab assumtione Domini in cœlum, & proinde terminantur anno Christi 1295, quo tempore Bonifacius VIII instituit Romæ primum jubilæum, & ita ansam dedit ecclesiæ, ut inciperet ex solitudine se recipere in publicum, paulatim contradicendo idolomaniæ tam putidæ. Nam paulò pòst exorti sunt Petrarcha, Taulerus, Wiclefus, & alii. Cur verò non eadem statuitur epocha prophetiæ testium & fugæ ecclesiæ in solitudinem? Resp. Quia duo illi testes ab anno Christi 35 ad an. 362 prophetarunt apertè: sed ab anno 362 prophetarunt amicti saccis. *Ibid. vers. 14. Sed data sunt mulieri duæ alæ* (fides & spes) *aquilæ magnæ, ut volaret à conspectu serpentis in desertum, in locum suum, ubi aleretur per tempus, & tempora, & dimidium temporis.* Hi sunt illi ipsi anni 1260, de quibus paulò ante. Vide etiam num. 4.

IX. Apoc. 13. ℣. 5. *Datumq; est ei* (primæ bestiæ) *os loquens magna & blasphemias: & data est ei potestas agendi menses quadraginta duos.* Per bestiam intelligitur Romanum imperium:

menses XLII sunt anni 1260, qui incipiunt anno Christi 65. quo bestia illa Nero instituit primam persecutionem. Terminantur itaque hi anni anno Christi 1325, quo tempore expiravit ἀξίωμα Romani imperii, frustrà renitente Ludovico Imp. frustrà item Marsilio Paravino & Occamo stantibus à partibus Ludovici. *Ibid. vers.18. Hic sapientia est: Qui intelligentiâ præditus est, computet numerum bestiæ* (secundæ) *numerus enim hominis est: & numerus ejus sexcenta sexaginta sex.* Per bestiam secundam intelligitur Papa Romanus, qui sanavit plagam primæ bestiæ, instituendo Romæ καισαροπαπατείαν, id est Cæsaro-Papatum anno Christi 606. Atque hæc potestas significatur numero 666: videlicet potestas tergemina numero tergemino. Quæ verò est tergemina illa potestas Papæ? Respon. Papa sibi vendicat potestatem in cælo, quod claudit & aperit pro suo lubitu: in terrâ, quam donat pro suo lubitu: in inferno, in quem detrudit, quos suæ tyrannidi videt adversari. Cæterùm idem numerus 666 etiam significat tempus, quo potestas illa tergemina fuit confirmata. Nam circa annum Christi 666 Constans Imp. confirmavit privilegia ecclesiæ Romanæ: nisi malis ita computare. Si ab anno Christi 94, quo scripta est apocalypsis, numerentur anni 666, perveniemus ad annum Christi 760; quo tempore Pipinus stabilivit omnipotentiam Papæ.

X. Apoc.20.℣.1. *Qui* (angelus è cœlo descendens) *apprehendit draconem, serpentem illum antiquum, qui est diabolus & Satanas, & vinxit eum ad annos mille.* Ibid. ℣. 7.8. *Cùm verò expleti fuerint anni mille, solvetur Satanas è carcere suo: Et exibit, ut seducat gentes, quæ sunt in quatuor angulis terræ, Gogum & Magogum, ut congreget eos in prælium.* Mille isti anni incipient circiter an. 1694, & desinent anno 2694, qui est annus prædictus à Daniele. Hoc ita probatur. Daniel cap.12. prædicit finem suæ prophetiæ, dum exprimit annos 2694. Ab his subduc annos 1000: relinquuntur anni 1694. Vide paulò ante num. V. Duo autem hìc prædicuntur. Primò Satanas vincietur ad annos mille. Deinde expletis annis mille solvetur ad exiguum tempus, & excitabit Gog & Magog, id est professos ecclesiæ hostes ad prælium contra sanctos. Sed isti subitò vincentur in isto prælio, & Christus veniet ad συντέλειαν τοῦ αἰῶνος. Vincentur autem duobus modis. Primò *septem mensibus* occidentur à filiis Dei, ut est Ezech.39. versu 12: deinde superveniet Jesus Christus, & finem imponet rebus hujus seculi. Hæc autem ita velim accipi, ut serviant illustrandæ prophetiæ Danielis & Apocalypseos, non autem fovendæ curiositati. Neque enim finem mundi hoc

vel illo anno definio, sed ex Daniele pronuntio, omnia ista, quæ ab ipso prædicta sunt, absolvenda esse spatio annorum 2693, incipiendo ab excidio Hierosolymæ per Titum.



VII. *Chronologia Prophetarum.*

An.M.		*Num. Proph.*
1.	A*Dam* } Vide Chronologiam patriarcharum.	1.
130.	*Seth*	2.
235.	*Enos* Gen.4.℣.26.	3.
622.	*Enoch*, cujus meminit *Judas v.14.*	4.
1056.	*Noë*, præco justitiæ & pœnitentiæ, qui 120 annis antè prædixit diluvium *Gen.6.v.13.* & post diluvium vaticinatus est de fatis suorum filiorum *Gen.9.v.25.& seqq.*	5.
1556.	*Sem* fuit Melchisedec. Vide Chronol.patriarch.	6.
2255.	*Jacob* moribundus vaticinatus est de fatis filiorum *Gen.49.*	7.
2230.	*Joseph* vaticinatur de septem annis fertilitatis & sterilitatis.*Gen.41.*	8.
2452.	*Moses* insignis fuit propheta *Deut.18.v.15.*	9.
2453.	*Maria* soror Mosis fuit prophetissa. *Exod.15.v.20.*	10.
2490.	*Bileam* fuit propheta. *Num.22.*	
2612.	*Debora* fuit prophetico spiritu prædita. *Judic.4.v.4.*	11.
2849.	*Samuel* fuit propheta & judex.	12.
2890.	*David* fuit propheta & rex. Vide psalmos ejus propheticos de Christo.	13.
2900.	*Gad & Nathan* florent tempore Davidis. *1.Reg.22. 2.Reg.7.*	14.15.
2914.	*Asaph* author 12 psalmorum à 73 usque ad 84 & psal.50. Fuit σύγχρονος Davidi.	16.
2970.	*Abias Silonites, Iddo sive Addo, & Semeja*, florent sub Roboam & Jeroboam. *2.Par.9.v.29. 1.Reg.12.v.24.*	17.18.19.
2970.	*Propheta ἀνώνυμος* contra altare Bethel clamat, & exprimit nomen eversoris Josiæ, annis 350 antequam fieret. *1.Reg.13.v.32.*	20.
2990.	*Azarias, Jehu, & Hanani* florent tempore Asæ regis Juda, & Baësæ regis Israel. *2.Paral.15.16.& 19.*	21.22.23.
3030.	—*Elias* claret tempore Achabi. *1.Reg.17*, & anno 3050 assumitur in cœlum.	24.
	—*Elisæus* est contemporaneus Eliæ, & attingit tempora Amasiæ regis Judæ. *2.Reg.2.*	25.
3040.	*Micha*, alius ab eo, cujus prophetia extat. Is enim vixit post 100 annos.*Mich.1.v.1.* Hic sub Achabo. *2.Reg.22.*	26.
3041.	*Jehasiel*, sive *Jaziel*, prædicit regi Josaphat victoriam contra Ammonitas.*2.Paral.20.v.14.*	27.

Anno M.		*Num. Proph.*
3050.	*Eliezer* propheta claret. 2.*Paral.* 20.*v.*37.	28.
3124.	*Jonas* claret sub Jeroboamo II. post Sardanapali & ante Tiglat-Phileseris tempora. Alii sub Joas, & tempore Sardanapali collocant. Sed pro sententiâ priori facit textus 2.*Reg.* 14.*v.*23.25 Prophetavit in Assyriâ.	29.
3130.	*Hoseas* prophetat sub Jeroboam II. Usiâ, Jotham, Achas & Ezechiâ ad annos 70. *Hos.*1.*v.*1.	30.
3140.	*Joël* præcessisse videtur Amosum. Prædicit enim siccitatem *cap.*1.*v.*15. quam sine fructu pœnitentiæ evenisse queritur Amos *c.*4.*v.*8.*& seqq.* Fuit σύγχρονος Hoseæ.	31.
3150.	*Amos*, æqualis Hoseæ & Joëli, prophetat sub Jeroboamo II. & Usiâ. *Amos* 1.*v.*1.	32.
3170.	*Zacharias*, alius ab eo cujus prophetia extat. Hic enim vixit sub Usiâ 2.*Paral.*26.*v.*5. alter tempore monarchiæ Persicæ. *Zach.*1.*v.*1.	33.
3180.	*Esaias*, oriundus è genere regio, concionari cœpit, atque ita gubernare ecclesiam sub Usiâ, & continuavit sub Jotham, Achas & Ezechiâ usque ad Manassen, à quo serrâ dissectus esse scribitur. Docuit annos circiter 80 aut 90.	34.
3188.	*Micha* sive *Micheas* prophetat sub Jotham, Achas & Ezechiâ. Est itaque contemporaneus Esaiæ. Ejus auditores adhuc sunt in vivis tempore Jojakim *Jer.*26.*v.*18. ideoque diutissimè docuit. *Mich.*1.*v.*1.	35.
3209.	*Obed* prophetat in regno Israël 2.*Paral.*28.*v.*9.	36.
3220.	*Habacuc* videtur hoc tempore vixisse sub Achaz & Ezechiâ. Alii collocant sub Josiâ. Seder olam (Chronologia est apud Hebræos) collocat in tempora Manassis tres prophetas, Habacuc, Joël, & Nahum.	37.
3238.	*Nahum* circa hæc tempora floret sub Ezechiâ. Consolatur enim Judæos ne sibi iterum ab Assyriis metuant: cùm Esaias jam ferè 70 annos in ministerio versatus esset. Alii in tempora Sardanapali Assyriorum regis conjiciunt, quia contra Assyrios vaticinatur.	38.
3316.	*Sophonias*, sive *Zephanja*, sub Josiâ, paulò ante reformationem ecclesiæ, prophetat: quamvis alii putent ipsum paulò post reformatam ecclesiam docuisse.	39.
3319.	*Hulda* prophetissa floret. 2.*Paral.*34 *v.*22.	40.
3320.	*Jeremias*, oriundus è genere sacerdotali, incipit anno 13 Josiæ. *Jer.*1.*v.*2. quo anno Josias reformationem instituit. Prophetavit annos 40 sub Josiâ, Joachimo & Zedekiâ. Tandem in Ægyptum fuit adductus cum reliquiis populi Judaici *Jer.*42 *v.*43.44. ubi ab Aprye, qui & Vaphres & Hophrea dicitur, interfectus esse putatur. Jeremiæ scriba fuit *Baruch*, qui à nonnullis etiam numeratur inter prophetas, ut & *Esdra*, & *Nehemias*.	41. 42. 43. 44.
3340.	*Urias* propheta occiditur à Joachim *Jer.*26.	45.

3354. *Ezechiel*, oriundus è genere sacerdotali, incipit vaticinari in Chaldæâ seu Mesopotamiâ. 46.

3356. *Daniel* anno 7 exilii Babylonici putatur interpretatus esse somnium Nebucadnezaris *Dan.2.*& an.9 vel 12 somnium de arbore *Dan 3.* Vixit in captivitate Babylonicâ sub Nebucadnezare, & ejus successoribus (vide Chronol. monarchiæ Chald.) item sub Dario Medo & Cyro. 47.

3358. *Obadias* putatur vixisse tempestate Ezechielis. 48.

3527. *Haggæus* anno 2 Darii Nothi docere cœpit: altero pòst 49.
mense *Zacharias*. 50.

3537. *Malachias*, templo restructo & cultu restituto, profanationes ejus nefarias redarguit. Hebræi putant Malachiam & Esdram esse eundem. 51.

3948. *Hanna* prophetissa floret. *Luc.2.v.37.* anno Christi 1. æra exactâ; Dionysianâ, biennio ante Christum. 52.

Anno Chr.

41. & 56 *Agabus* anno Christi 41 prædicit famem *Act.11.v.28.* & anno 56 captivitatem Pauli *Act.21.v.11.* 53.

94 *Johannes* evangelista & apostolus scribit apocalypsin. 54.

OBSER-

OBSERVATIO.

Prophetæ variè distribui possunt, ut patet ex hoc typo.



Prophetæ alii sunt

- *Falsi:* quales fuerunt prophetæ Ahabi & Jesabelis, nominatim Sedechias *1. Reg. 22.*
- *Veri*
  - *Impii:* ut Bileam *Num. 23. & 24.* & Caiphas *Johan. 11. v. 51.*
  - *Pii*
    - *Quorum nomina solùm extant in Scripturis:* ut Gad, Nathan &c.
    - *Quorum scripta extant.* Et hi post *Mosen* sunt
      - *Priores:* ut Josua, Samuel.
      - *Posteriores:* ut Esaias, Jeremias &c. Et hi dividuntur
        - I. A quantitate librorum in
          - *Majores:* ut sunt Esaias, Jeremias, Ezechiel, & Daniel.
          - *Minores:* ut sunt reliqui XII.
        - II. A loco: quòd prophetaverint
          - In terrâ sanctâ: idq; *in regno*
            - *Judâ:* ut X isti, Esaias, Jeremias, Joël, Abdias, Micheas, Habacuc, Sophonias, Haggeus, Zacharias, Sophonias.
            - *Israel:* ut III isti, Hoseas, Amos & Nahum.
          - *Extra terram sanctam:* ut III isti, Ezechiel, Daniel, & Jonas.
        - III. A tempore: quòd prophetaverint
          - *Ante deportationem Babylonicam:* ut X isti, Jonas, Hoseas, Joël, Amos, Esaias, Micheas, Habacuc, Nahum, Sophonias, Jeremias.
          - *In deportatione:* ut III isti, Ezechiel, Daniel & Abdias.
          - *Post deportationem:* ut III isti, Haggæus, Zacharias, Malachias.

Hic quoq; illud non est prætereundum, prophetas multos fuisse συγχρόνους, hoc modo.

I. *Sub Jeroboamo II.* vixerunt Jonas, Hoseas, Joël, & Amos.

II. *Sub Usiâ, Jotham, Achas & Ezechiâ* prophetavit Esaias; sub Jotham, Achas & Ezechiâ Micheas; sub Achas & Ezechiâ Habacuc; sub Ezechiâ Nahum.

III. *Sub Josiâ* prophetarunt Sophonias & Jeremias.

IV. *In deportatione* prophetarunt Ezechiel, Daniel & Abdias.

V. *Post deportationem* prophetarunt Haggæus & Zacharias, templo nondum reædificato: Malachias, templo reædificato.

Anno M. | ## *VIII. Chronologia Pontificum Judæorum.* | *Num. Pontif.*

ADmodum intricata est annorum ratio in hâc Chronologiâ. Videris hâc de re Josephum, Eusebium, Nicephorum in Chronologiâ & Sigonium de rep. Hebr. lib. 5.

2454. *Aharon*, frater Mosis, primus Pontifex à fratre vestitus, & 1.
consecratus in deserto Sinai. *Exod. 28.*

2490. *Eleazar*, Aharonis filius, mortuo patri successit jussu Dei. 2.
Num. 20. Moritur post Josuam. *Jos. 24.*

2520. *Phinees*, Eleazari F. Vixit usque ad tempora Simsonis & 3.
Eli *Num 25. Jos. 22. Jud. 20. v. 28.*

2809. *Eli* succedit in locum Phineis, ab Ithamaro Aaronis F. genus ducens. Inter hunc & Phinees Josephus ex *1. Chron. 6.* collocat tres istos, *Abisue* Phineis F. *Bukkis* Abisue F. & *Uzi* Buquis F. Sed Scriptura his præteritis, ætatem Phineis usque ad tempora Eli producit: fortè ideò, quòd tres isti non fuerint summi sacerdotes, sed Phineis παραστάται. 4.

2849. *Achitob*, Eli F. Phineis nepos. *1. Sam. 14.* 5.

2880. *Achimelech* Achitobi F. Hic fuit interfectus à Saule, quia 6.
Davidem excepisset. *1. Sam. 21. & 22.*

2900. *Abiathar* Achimelechi F. *1. Sam. 23.* 7.

2910. *Zadoc* filius Achitobi unà cum Abiathare fuit pontifex 8.
sub Davide *2. Sam. 15. 17. & 19. 1. Reg. 1.* Inde anno 2930 solus, postquam Salomon interfecit Abiatharem Adoniæ fratri suo regnum affectanti studentem. *1. Reg 2.* Salomonem autem regem hic Zadoc unxit, & primus functus est sacerdotio in templo ejus. *1. Paral. 6.*

2950. *Achimaaz* Sadoci F. *2. Sam. 15. 1. Chron. 6.* 9.

2990. *Azarias* Achimaæ F. *1. Chron. 6.* Quidam statuunt ipsum 10.
filium Zadoci ex *1. Reg. 4. v. 1.* ubi Azarias filius Zadoci dicitur fuisse præses Salomonis. Sed iste Azarias est filius non sacerdotis Zadoci, sed alterius ejusdem nominis.

An. M.		Num. Pontif.
3000.	*Joram* Azariæ F. } Hos recitat Josephus, sed Nicephorus omittit.	11.
3010.	*Isus* Jorami F.	12.
3020.	*Axioram* Isi F.	13.
3030.	*Sudeas* Phideæ F. qui videtur esse idem cum *Jojadâ* sacerdote, qui Joasum regem Judæ unxit, & dicitur pontifex *1. Reg.12.* Hic, teste Scripturâ *2. Paral.24.* & Josepho, vixit annos 130. Optimè fuit meritus de regno Judâ. Si quis velit omittere tres præcedentes, initium Jojadæ conferendum erit in annum 3000.	14.
3100.	*Joël* Sudeæ F. Hunc quoque non habet Nicephorus.	15.
3130.	*Joathan* Joëlis F. Hic etiam appellatur *Azarias*; & est is qui restitit Usiæ adolere volenti *2. Paral.26.*	16.
3204.	*Urias* Joathæ F. Hic vixit sub Achas rege Judæ. *1. Reg.14.*	17.
3223.	*Nerias* Joathæ F.	18.
3234.	*Odeas* Neriæ F. Hic videtur esse *Sobna* Nicephori sub Ezechiâ.	19.
3250.	*Sellum* Odeæ F. Hic videtur Eliachim Nicephori sub Manasse. Hic quoque esse videtur Eliachim cujus fit mentio in libro Judith. c.4.	20.
3310.	*Helcias* filius Sellum. Hic tempore Josiæ invenit librum legis amissum. *1 Reg 22. & 23. 2. Paral.34.*	21.
3340.	*Saraias*, Nicephoro Sarea. Hic occisus est à Nabuchodonosore *2. Reg. ult.*	22.
3360.	*Josedec* Saraiæ F. in captivitate Babylonicâ successit patri. Fuit frater Esdræ.	23.
5400.	*Jesus* sive *Josua*, filius Josedech. Hic reversus è Babylone in patriam, urbem & templum reficere cœpit. *Esdr.2.* Est itaque primus Pontifex post solutionem captivitatis.	24.
3450.	*Joachim* Jesu F. *Neh. 12.* Sigonio videtur hic esse Eliachim, cujus mentio fit in libro Judith c.4.	25.
3490.	*Eliasib* filius Joachim. *Nehem.3* Fuit avarus.	26.
3530.	*Joddas*, sive Jojada, filius Eliasib. *Nehem.12.*	27.
3565.	*Jonathas* Jodæ F. *Neh 12.* Josephus vocat Johannem.	28.
3600.	*Jaddus* Jonathæ F. *Neh. 12.* Hic excepit Alexandrum M. victorem cum exercitu accedentem Hierosolyma, & ab ipso impetravit populo Judaico *αὐτονομίαν*.	29.
3637.	*Onias* Jaddi F. Cognomen ipsius fuit *Priscus*.	30.
3654.	*Simon* Oniæ F. cognomento *Justus*. Hunc Eusebius præterit.	31.
3670.	*Eleazar* Oniæ F. Ad hunc scripsit Ptolemæus Philadelphus rex Ægypti, ut ad se Biblia mitteret, unà cum LXXII Interpretibus.	32.
3687.	*Manasses* Jaddi F.	33.
3693.	*Onias II.* Simonis Justi F. Hic tributa Ptolemæo regi solvere abnuit.	34.
700.	*Simon II.* Oniæ F. Hoc tempore floruit Jesus Sirach.	35.

Anno M.		Num. Pontif.
3720.	*Onias III.* cognomento Pius, Simonis II. F. Hic accusatus est apud Seleucum regem Syriæ, unde seditio nata.	36.
3775.	*Jesus*, qui & *Jason*, Simonis II. F. Hunc, abdicato fratre Oniâ, Antiochus Epiphanes Pontificem declaravit, acceptis 500 talentis, h.e. tribus tonnis auri. Sed concitatâ seditione primus abdicatus est ab eodem Antiocho: & Pontificatus ad tempus dari cœptus.	37.
3780.	*Onias IV*, qui & *Menelaus*, Simonis II filius, Jasonis frater. creatus est ab Antiocho Epiphane, & pòst necatus Hierosolymâ direptâ.	38.
3782.	*Lysimachus* frater Menelai.	39.
3782.	*Alcimus*, qui & Joachim, ab Antiocho Epiphane fuit suffectus. Fuit ex posteris Levi, sed non Eleazari aut Ithamari. Onias Oniæ III Pontificis F. hoc tempore ad Ptolemæum Philometorem regem confugit, & templum in Heliopoli Ægypti condidit.	40.
3783.	*Judas Maccabæus*, Matthatiæ Assamonæi F. ex posteris Levi, sed non Eleazari, à populo fuit lectus.	41.
3789.	*Jonathas* Judæ frater, princeps Judæorum, à Demetrio rege Syriæ subjectus. *1. Maccab. 9.*	42.
3807.	*Simon* Jonathæ frater, princeps, succedit fratri Jonathæ. Unde Pontificatus in Assamonæorum familiâ unà cum principatu fit hæreditarius.	43.
3815.	*Johannes Hyrcanus* Simonis frater.	44.
3845.	*Aristobulus* Johannis F. regis nomen assumsit.	45.
3846.	*Alexander Jannæus* sive Jamneus, Johannis F. rex & Pontifex.	46.
3882.	*Hyrcanus* Alexandri Jannæi F. rex: pellitur à fratre minore Aristobulo.	47.
3882.	*Aristobulus II.* Alexandri Jannæi F. pulso Hyrcano fratre & pontifice rex fit & pontifex: inde à Cn. Pompejo pellitur.	48.
3887.	*Hyrcanus* Alexandri Jannæi filius, restitutus à Pompejo, iterum pontificatum gerit: inde capitur à Parthis, & Antigono Aristobuli regis & Pontificis filio; ac ne pontificatum resumere possit, mutilatur.	49.
3911.	*Antigonus* Aristobuli F. capto & mutilato Hyrcano patruo, rex fit & pontifex: sed ab Herode Antipatri filio Ascalonitâ, rege illi à Romanis objecto, interficitur.	50.
3916.	*Analus* substituitur ab Herode rege & removetur.	51.
3926.	*Aristobulus Alexander* Hyrcani regis & pontificis filiæ filius, ab Herode substituitur & removetur. Fuit frater Mariamnes uxoris Herodis.	52.
3930.	*Analus* iterum ab Herode rege datur & removetur.	53.
3936.	*Jesus* alienigena ab Herode datur & removetur.	54.

Anno M.		Num. Pontif.
3939.	*Simon Boëthus* alienigena, ſocer Herodis, ab eodem datur & removetur.	55.
3943.	*Matthias Theophili* F. Hieroſolymites ab Herode datur.	56.
3944.	*Joſephus* Elimi F. cognatus Matthiæ, in ejus locum ſuccedit.	57.
3947.	*Joazarus* Simonis Boëthi F. Herodis uxorius, ab eodem datur. Sub hoc naſcitur Chriſtus. Remotus eſt ab Archelao Herodis F.	58.
3950.	*Eleazarus* Simonis Boëthi F. ab Archelao rege datur & removetur.	59.
3954.	*Jeſus* Siæ F. ab Archelao datur & removetur.	60.
3955.	*Joazarus* iterum ab Archelao factus, & poſt relegationem Archelai à Quirino Procoſs. Syriæ remotus.	61.
3965.	*Anna* Sethi F. à Quirino datus imperante Auguſto, removetur à Valerio Grato procuratore Judææ ſub Tiberio.	62.
3967.	*Iſmaëlus* Jabi F. datur & removetur à Valerio Grato.	63.
3969.	*Eleazarus* Annæ F. datur & removetur ab eodem.	64.
3971.	*Simon* datur à procuratore Valerio Grato, & removetur ab eodem, adhuc imperante Tiberio.	65.
3974.	*Joſephus Caiphas* Annæ pontificis gener, datur à Valerio Grato procuratore, adhuc imperante Tiberio. Sub hoc Chriſtus eſt paſſus anno M. 3984. Cur verò Johannes evangeliſta dicat, Chriſtum eſſe paſſum ſub Annâ principe ſacerdotum & Caiphâ, cùm nunquam bini ſimul pontificatum adminiſtraverint, hęc adfertur ratio, quòd pontificii omnes, id eſt qui pontificatum geſſiſſent, pontifices vocati fuerint, ut qui ex conſuetudine vetere, dignitatem ſemel ſusceptam uſque ad mortem retinere deberent. Annas verò præcipuè eſt nominatus, quia erat ſocer Caiphæ, qui tum pontificatum adminiſtrabat.	66.
3990.	*Jonathas* Annæ F. ab Agrippâ Herode datus & remotus imperante Claudio.	67.
3991.	*Simon* Boëthi F. ab Herode Agrippâ datur & removetur.	68.
3992.	*Matthias* Annæ F. ab eodem Agrippâ datur & removetur.	69.
3993.	*Ælionæus* Simonis F. ab Herode Agrippâ datur, & ab Herode Agrippâ ſecundo rege Chalcidicæ removetur. Is enim mortuo Agrippâ fratre rege Judææ jus pontifices inſtituendi à Claudio impetraverat.	70.
4004.	*Joſephus* Camydi F. ab Agrippâ rege Chalcidicæ datur & removetur imperante Nerone.	71.
4005.	*Ananias* ab Agrippâ eodem datur & removetur. Hic eſt ille, quem S. Paulus parietem dealbatum vocat *Act.* 23.	72.
4007.	*Iſmaëlus* } dantur & removentur ab Herode Agrippâ re-	73.
4008.	*Joſephus* } ge Chalcidicæ.	74.

Anno M. | | Anno M.

4010. *Anna* datur & removetur ab eodem Agrippâ. 75.
4012. *Jesus* Mnaseæ F. dantur & removentur ab He- 76.
4015. *Jesus* Gamalielis F. rode Agrippâ rege Chalci- 77.
4016. *Matthias* Theophili F. dicæ. 78.
4017. *Phannias*, sive Phanassus, à populo tumultuante fuit le- 79.
ctus. Sub hoc Hierosolyma à Tito capta atque incensa anno M. 4018.

Hic non ab re fuerit adnotare multiplicem reip. Judaicæ mutationem, inde à judicibus, usque ad urbem excisam per Titum.

I. *Duces* & *Judices* fuerunt à Mose usque ad Saulem.

II. *Reges Juda & Israël* fuerunt tres duntaxat: puta Saul, David & Salomon.

III. *Reges Israël* regnarunt inde à Jeroboamo usque ad Hoseam, numero XIX: *reges Juda* inde à Roboam usque ad Zedekiam fuerunt XX.

IV. Judæi detenti fuerunt *in captivitate Babylonicâ* annis LXX.

V. Post solutionem captivitatis Babylonicæ rerum potiti sunt *Duces è posteritate David.*

VI. *Principes Assamonæi* sive Macabæi successerunt ducibus è posteritate Davidis.


VII. *Reges* successerunt Assamonæis, & quidem non sine multiplici catastrophe, hoc modo.

1. *Aristobulus*, primus rex.
2. *Alexander Jannæus*, sive Joannæus.
3. *Alexandra* regina.
4. *Hyrcanus*, Alexandri F.
5. *Aristobulus*, Alexandri F. Sub hoc capitur Hierosolyma à Pompejo.
6. *Hyrcanus*, restitutus à Pompejo. Sub hoc *Antipater, Ascalonita*, Idumæus, constituitur procurator Judææ à Julio Cæs. & præest an. 4.
7. *Antigonus*, Aristobuli F. regnat, urbe Romanis ereptâ. Hic est ultimus ex Assamonæis.
8. *Herodes Magnus*, sive *Ascalonita*, Antipatri Ascalonitæ F. à Romanis constituitur rex contra Antigonum.
9. *Archelaus*, Herodis M. F. rex Judææ.
10. *Herodes Antipas*, frater Archelai, tetrarcha Galilææ. Sub hoc procuratores Judææ sunt dati à Romanis: & quidem ab Augusto *Coponius*, *Marcus Ambivius*, & *Annius Rufus*: à Tiberio, *Valerius Gratus* & *Pontius Pilatus*: à Cajo Caligulâ *Marcellus*.
11. *Herodes Agrippa*, Aristobuli F. Herodis Magni N. constituitur rex Judææ à Caligulâ.

12. Agrippa

12. *Agrippa*, Agrippæ ſuperioris F. In hoc deficit regnum Judæorum.

VIII. *Procuratores* rexerunt Judæam hoc ordine: à Claudio Imp. ſunt miſſi *Cuſpius Fadus, Tiberius Alexander, Cumanus, & Antonius Felix:* à Nerone *Porcius Feſtus, Albinus, & Geſſius Florus*, ſub quo urbs eſt exciſa.



IX. Chronologia initii, durationis & finis regnorum.

Anno M. 1717. MOnarchia *Aſſyriorum* incipit ſub Belo, dividitur ſub Sardanapalo an. M. 3076. deſinit ſub Belſazare ann. M. 3393. Commemorantur à Joſepho Scaligero duæ dynaſtiæ Chaldæorum & Arabum in Babyloniâ, quæ anteceſſerint diluvium. Verùm illas non moramur, ſed habemus ſuſpectas. Idem judicium eſt de dynaſtiâ Chinenſium, quam tradunt cœpiſſe anno M. 1160.

1717. *Dynaſtia Ægyptiorum XVI* connectitur cum Monarchiâ Aſſyriorum, ita ut annus iſtius dynaſtiæ 135 concurrat cum an. M. 1717. Quod attinet ad præcedentes Ægyptiorum dynaſtias, illæ videntur fabuloſæ: certè illæ, quæ anticipant creationem Mundi ſunt mera ſomnia. Deſiit hoc regnum ſub Cleopatrâ an. M. 3920.

1745. *Regnum Sveciæ* incipit à Magog nepote Noachi ex Japheto, & adhuc durat. Eſt itaque regnum valde antiquum. *Regnum Scythiæ* eodem tempore incipit à Magog.

1787. *Regnum Germanorum* incipit hoc anno, & deſinit anno Chr. 881.

1799. *Dynaſtia Romanorum* incipit hoc anno, & inde uſque ad noſtram ætatem durat ſub Coriti-Janigenis, Aboriginibus, Æneadis, Latinis ſive Regibus, Conſulibus, Imperatoribus & Pontificibus Romanis.

1861. *Regnum Sicyoniorum* incipit. Deficit anno 2844.

2093. *Regnum Argivorum* incipit ſub Inacho, & deſinit ſub Acriſio an 2636.

2367. *Regnum Galliæ* incipit, & per Sicambros continuatur an. M. 3498. uſque ad hunc annum.

2380. *Regnum Lacedæmoniorum* incipit ſub Eurotâ, & deſinit anno M. 3700.

2394. *Regnum Athenienſium* incipit ſub Cecrope, & deſinit an. 3870.

2450. *Regnum Trojanum* incipit ſub Teucro, & deſinit ſub Priamo, anno decimo belli Trojani, qui fuit mundi 2768.

2493. *Respublica Judæorum in terrâ Canaan* incipit ſub Joſuâ, &

& desinit in excidio Hierosolymitamo sub Tito anno M. 4018.

2637. *Regnum Mycenarum* incipit sub Stheneleo, & desinit sub Penthilo an.M.2823.

2680. *Regnum Corinthiorum* incipit sub Sisypho, & desinit an. M.3364.

600. *Regnum Lydorum* incipit longè ante annum M.2733: & desinit in Crœso an.M.3406.

2921. *Regnum Tyriorum sive Zidoniorum*, incipit sub Abibalo, patre Hiromi, & desinit an.M.3396.

3077. *Regnum Medorum* incipit sub Arsace, & desinit sub Astyage an.M.3398.

3077. *Regnum Assyriorum* incipit sub Phul Belocho, & desinit in filio Sennacheribi Asarhaddon an.M.3258.

3137. *Regnum Macedonum* incipit sub Carano, & desinit in Perseo, qui victus est ab Æmylio Cos. an.M.3781.

3203. *Regnum Babyloniorum* incipit sub Nabonassare, & desinit in Belsazare an.M.3393.

3390. *Regnum Persarum* incipit sub Cyro, & desinit in Jezdegird anno Chr.628.

3419. *Monarchia Persarum* incipit sub Cyro, & desinit in Dario Codomanno an.M.3619.

3544. *Regnum Siciliæ* incipit sub Dionysio, & adhuc durat sub Hispano.

3618. *Regnum Scotiæ* incipit tempore Alexandri M. & an. Chr. 1603 conjungitur cum regno Angliæ.

3620. *Monarchia Græcorum* incipit sub Alexandro M. & continuatur in Ægypto usque ad an M.3920 sub Cleopatrâ.

3658. *Regnum Syriæ* incipit sub Seleuco Nicanore, & desinit in Tigrane an. M.3881.

3639. *Regnum Asiæ* incipit sub Antigono, & desinit sub Demetrio an M.3662.

3665. *Regnum Pergami* incipit sub Philetæro, & desinit sub Attalo an.M.3817.

3900. *Monarchia Romana* incipit sub Julio Cæsare, & adhuc durat sub Ferdinando II.

An.Christi.

369. *Regnum Westgothorum* incipit, & desinit an.Chr.1010.

369. *Regnum Hispaniæ* incipit sub Westgothis, & adhuc durat.

381. *Regnum Hungariæ* incipit, & adhuc durat sub Imperatore & Turcâ.

428. *Regnum Vandalorum* in Africâ incipit.

449. *Regnum Angliæ* incipit sub Anglo-Saxonibus, & adhuc durat.

476. *Regnum Italiæ* incipit: & desinit an.Chr.773.

622. *Imperium Turcicum* incipit sub Mahumede, & adhuc durat.

Regnum

An. Christi.

629. *Regnum Navarræ* incipit.
706. *Ducatus Venetus* incipit.
775. *Regnum Daniæ* incipit.
800. *Regnum Norwegiæ* incipit.
000. *Regnum Poloniæ* incipit ante an. Chr. 806.
810. *Regni Sveciæ* nova dynaſtia incipit.
861. *Ducatus Moſcoviæ* incipit.
1018. *Regnum Arragoniæ* incipit.
1020. *Regnum Legionis* incipit.
1080. *Regnum Luſitaniæ* incipit.
1086. *Regnum Bohemiæ* incipit.
1100. *Regnum Hieroſolymitanum* incipit, & non longè poſt deficit an. 1150.

IX. *Chronologia Jubilæorum.*

Anno M. — *Jubilæus.*

2548. P*Rimus jubilæus* completur hoc anno, qui concurrit cum 27 anno judicis Ehud. Initium itaque jubilæorum præcisè incidit in annum M. 2500, poſtquam Iſraëlitæ terram occupatam & ſorte diſtributam colere cœperunt. 1.

2597. *Secundus jubilæus* completur anno 66 Ehudi. 2.
2646. *Tertius jubilæus* incidit an. 35 Deboræ. 3.
2695. *Quartus* anno 1 Tholæ judicis. 4.
2744. *Quintus* anno 5 interregni Philiſtæorum. 5.
2793. *Sextus* anno 5 Samſonis. 6.
2842. *Septimus* anno 34 Samuelis. 7.
2891. *Octavus* anno 3 Davidis. 8.
2940. *Nonus* anno 12 Salomonis. 9.
2989. *Decimus* anno 2 Aſæ. 10.
3038. *Undecimus* anno 10 Joſaphati. 11.
3087. *Duodecimus* anno 19 Joas. 12.
3136. *Decimustertius* anno 28 Amaſiæ. 13.
3185. *Decimusquartus* anno 48 Uziæ ſive Azariæ. 14.
3234. *Decimusquintus* anno 13 Ezechiæ. 15.
3283. *Decimusſextus* anno 33 Manaſſe. 16.
3332. *Decimusſeptimus* anno 25 Joſiæ. 17.
3381. *Decimusoctavus* anno 21 excidii templi excluſivè. 18.
3430. *Decimusnonus* anno 2 Darii Hyſtaſpis. 19.
3479. *Vigeſimus* anno 15 Xerxis. 20.
3528. *Vigeſimusprimus* anno 3 Darii Nothi. 21.
3577. *Vigeſimusſecundus* anno 33 Artaxerxis Mnemonis. 22.
3626. *Vigeſimustertius* anno obitus Alexandri M. 23.
3675. *Vigeſimusquartus* anno 10 Ptolemæi Philadelphi. 24.
3724. *Vigeſimusquintus* anno 22 Ptolemæi Euergetæ. 25.
3773. *Vigeſimusſextus* anno 4 Ptolemæi Philometoris. 26.
3822. *Vigeſimusſeptimus* anno 18 Ptolemæi Phyſconis. 27.

An. M. — Jubil.

3871. *Vigesimusoctavus* anno 4 Ptolemæi Auletæ. 28.

3920. *Vigesimusnonus* anno 13 Augusti. 29.

3969. *Trigesimus* anno 20 Christi. 30.

4018. *Trigesimusprimus* anno 69 Christi, quo templum fuit excisum per Titum. Atque ita finis impositus fuit jubilæis. Sed Pontifex Romanus introduxit jubilæum antichristianum anno Chr. 1300. Tum enim Bonifacius VIII instituit, ut centesimo quoque anno celebraretur jubilæus ad obtinendum plenam remissionem omnium peccatorum. Verùm postea Clemens VI propter lucri cupidinem impatiens moræ jubilæum ad annum 50 reduxit: Urbanus VI ad 34 contraxit: Bonifacius IX post annos 16 in quinquagesimum restituens celebravit anno 1400: Paulus II porrò ad 25 contraxit, quod & huc usque observatur. Atque ita tribus seculis duodecies antichristianus jubilæus fuit celebratus, hoc modo. 31.

An Christi. — Jubil.

1300. *Bonifacius VIII:* instituit ut centesimo quoque anno rediret. 1.

1350. *Clemens VI* post annos 50. 2.

1384. *Urbanus VI* post annos 34. 3.

1400. *Bonifacius IX* post annos 16. 4.

1425. *Paulus II* post annos 25. 5.

1450. *Nicolaus V.* 6.

1475. *Sixtus IV.* 7.

1500. *Alexander VI.* 8.


1525. *Clemens VII.* 9.

1550. *Julius III.* 10.

1575. *Gregorius XIII.* 11.

1600. *Clemens VIII.* 12.

(Nicolaus V. – Clemens VIII.: post annos 25.)



X. *Chronologia monarchiæ Assyriorum.*

An. M. — Num. regum.

ANte hanc dynastiam Scaliger collocat duas, quarum prima est Chaldæorum in Babyloniâ anno M. 1126. secunda Arabum in Babyloniâ anno M. 1449. Sed cùm utraque antecedat diluvium, meritò nihili facimus.

1717. *Belus*, qui & Jupiter Babylonicus, regnavit annos 55, juxta Augustinum 65. Hic est *Nimrod*, qui *Gen. 10.* ædificavit Babylonem & Nineven. Alii Nimrodum volunt esse Ninum. Sed non ita est Nam Scriptura testatur d.l. primum, qui cœpit esse potens in terrâ, fuisse Nimrodum. Jam verò ante Ninum fuit Belus Assyrius, qui sic dicitur ut distinguatur à Belo Tyrio. Cæterùm anni hujus Nimrodi connectendi sunt cum annis Sala & Heber. Aventinus author est, Nimrodum cœpisse regnare annis 131 post diluvium, id est, anno M. 1788. 1.

Anno M.		Num. regum.
1772.	*Ninus* regnavit annos 52. Dicitur aliis Aſſur, Jupiter Aſſyrius, Belus Jupiter, Hercules Babylonicus.	2.
1824.	*Semiramis*, uxor Nini, mortuo marito, regnat annis 42.	3.
1866.	*Ninyas, cognomento Zameis*, annos 38. Fuit filius Semiramidis.	4.
1904.	*Arius*, annos 30.	5.
1934.	*Aralius*, annos 40.	6.
1944.	*Xerxes Balanæus*, an. 10. aliis 30. Quidam hunc regem & ſeqq. duos prorſus omittunt.	7.
1972.	*Armamithres*, an. 18. aliis 38.	8.
1990.	*Belochus*, cognomento Priſcus, an. 10 aliis 35. Belochus ſonat amatorem Beli.	9.
2000.	*Balæus*, an. 5. aliis 30, aliis 52. Hic connectitur cum Abrahamo.	10.
2005.	*Sethus*, an. 32. Hic itidem connectitur cum Abrahamo.	11.
2037.	*Mamythus*, an. 30. Hic connectitur cum Iſaaco.	12.
2067.	*Aſchalios*, an. 28. Hic itidem connectitur cum Iſaaco.	13.
2095.	*Sphærus*, an. 22. Hujus anno 15 naſcitur Jacob.	14.
2117.	*Mamylus*, an. 30. Hujus anno 7 moritur Abraham.	15.
2147.	*Sparthæus*, aliâs *Sparetus*, annos 42.	16.
2189.	*Aſcatades*. annos 38. Hujus anno 11 naſcitur Joſeph.	17.
2227.	*Amynthes*, annos 45. Hujus anno 29 moritur Jacob.	18.
2272.	*Belochus*, cognomento junior, annos 25.	19.
2297.	*Balatores*, annos 30. Hujus anno 7 naſcitur Amram, & anno 13 moritur Joſeph.	20.
2327.	*Lamprides*, an. 30. Hujus anno 6 moritur Levi.	21.
2357.	*Soſares*, an. 20. Hujus anno 18 naſcitur Moſes.	22.
2377.	*Lampraës*, an. 30.	23.
2407.	*Panyas*, an. 45.	24.
2452.	*Soſarmos*, an. 42. Hujus anno 2 contigit exitus Iſraëlitarum ex Ægypto.	25.
2494.	*Mithræos*, an 27. Hoc tempore floret Joſua.	26.
2521.	*Teutamos*, an. 32.	27.
2553.	*Teutæus*, an. 44. Ajot ſive Ehud judicat populum Dei.	28.
2597.	*Arabelus*, an. 42. Debora & Gideon florent.	29.
2639.	*Chalaos*, annos 45.	30.
2684.	*Anabos*, annos 38. Abimelech & Thola judicant Iſraëlem.	31.
2722.	*Babios*, an. 37. Jair judicat Iſraël.	32.
2759.	*Thimæos*, an. 30. Jephtha, Ebzan, Elon & Abdon judicant Iſraëlem.	33.
2789.	*Dercylus*, an. 40. Samſon floret.	34.
2829.	*Eupacmes*, an. 38. Eli & Samuel judicant Iſraëlem.	35.
2867.	*Laoſthenes*, an. 45. Saul & David regnant.	36.
2912.	*Pyritiades*, an. 30. Salomon anno 18 hujus regis incipit regnare.	37.

Anno M. | | Num. regum

2942. *Ophrateus*, an. 21. 38.

2963. *Ephacheres*, aliis *Ophratanes*, annos 52. Hujus anno 7 contigit divisio regni Salomonis in regnum Juda & Israël. 39.

3015. *Acracarnes*, aliis *Ocrazapes*, an. 42. Josaphat regnat in Judâ. 40.

3057. *Tonosconcolcros*, Græcis *Sardanapalus*, annos 20. Hoc tempore dividitur monarchia in Assyrios & Medos, & paulò post à Medis deficiunt Babylonii, unde tres dynastiæ oriuntur ex hâc monarchiâ. Sed ex Assyriorum parte non extat continua series. 41.

Dynastia Medorum.

3077. 1 *Arbaces*, Sardanapali debellator, an. 28.

3115. 2 *Mandauces*, Arbacis fil. aliis *Mandanes*, annos 50.

3155. 3 *Sosarmus*, aliis *Sarsomenes*, an. 30.

3185. 4 *Artycas*, an. 50. cujus anno 19 Nabonassar Babylonius deficiens à Medis, novam dynastiam in Babyloniâ instituit.

3235. 5 *Arbianes*, seu *Cardiceas*, annos 22. Hujus anno primo Sennacherib à propriis filiis occiditur.

3257. 6 *Arsæos*, qui & *Dejoces*, annos 40.

3297. 7 *Artynes*, qui & *Phraortes*, regnat an 22.

3319. 8 *Astybaras*, qui & *Cyaxares*, & *Artabanus*, regnat annos 40.

3359. 9 *Apandas*, qui & *Astyages*, regnat an. 40. Hujus anno 14 contigit exci-

Dynastia Assyriorum.

3077.

Phul Belochus alter debellator Sardanapali regnat an 48. Ab hoc usque ad Phul non extat continua series.

3176.

1 *Phul*, infestat regnum Israël sub Menahem.

3186.

2 *Tiglath-Pileser*, sive *Tiglath-phalasar*, etiam infestat regnum Israël.

3206.

3 *Jareb.*

3212.

4 *Sargon.*

3219.

5 *Salmanassar*, expugnat Samariam, & decem tribus deportat in Assyriam.

3230.

6 *Senacherib* frustrà obsidet Hierolymam.

Dynastia Babyloniorum sive Nabonassaris.

Anno M.

1 *Nabonassar*, cui propter libertatem assertam Chaldæi novam epocham instituerunt. Regnat an. 14. 3203.

2 *Nassius*, an 2. 3217.

3 *Chinzerus* & *Porus*, an. 5. 3219.

4 *Dulilaus*, aliâs *Dilulorus*, annos 5. Hujus ultimo anno Salmanassar decem tribus in captivitatem perpetuam abduxit. 3224.

5 *Mardo-Kempad*, qui *Merodach* dicitur Esa. c. 39. v. 1. anno 7. imperii sui legatos misit Ezechiæ. Eodem anno Senacherib interfectus fuit. 3229.

6 *Arkeanos*, annos 5. 3241.

7 Interregnum annorum 12. 3246.

8 *Belithus*, annos 3. 3258.

9 *Aporonadicus*, an. 6. 3261.

dium

Medi.	*Assyrii.*	*Babylonii.*	*Anno M.*
dium Hierosolymæ. Hunc Astyagem Cyrus evertit imperio Medorum 3398.	*3241.* 7 *Asar-haddon*, filius Sennacherib, regnat annis 18. Hic est ultimus in hâc dynastiâ.	10 *Herigebalus*, an.1.	*3267.*
		11 *Nesnoëmondadacus*, an.4.	*3268.*
		12 Interregnum an.17.	*3272.*
		13 *Jeraëdin*, annos 13.	*3289.*
		14 *Saosducinus*, annos 9.	*3302.*
		15 *Kiniladachus*, annos 14. Nihil præter nomina est apud Ptolemæum.	*3311.*
		16 *Nabopalassar*, pater Nabuchodonosoris, regnat annis 30 incompletis.	*3325.*
		17 *Nabuchodonosor*, sive Nebucadnezar, cognomento Magnus an.32. Hic est Hercules Babylonius, ad quẽ legati ex Hispaniâ venerunt. Tanta fuit ipsius celebritas.	*3354.*
		18 *Evilmerodach*, filius Nabuchodonosoris, an.2.	*3386.*
		19 *Nerigloßooror*, seu *Neregasolarus*, gener (aliis filius) Nabuchodonosoris, regnat nomine filii sui Belsatzer seu Laborosoardach, annis 4.	*3388.*
		20 *Laborosoardach*, sive *Belsazer*, solus regnat mens. 9. Hoc occiso *Darius Medus*, aliis	*3392.*

Babylonii.
Nabonidus, regnum occupat, an. 3393, & regnat annis 17. Victus à Cyro præficitur Carmaniæ.

XI. Chronologia monarchiæ Persarum.

Anno M. — *Num. regum.*

3419. CYrus rerum potitur per totam Asiam an. 2. & aliquot menses. *Dan. 10. v. 1.* 1.

3421. *Cambyses*, filius Cyri, regnat annos 7. 2.

3428. *Magi fratres*, mens. 7. 3.

3429. *Darius Hystaspis*, occisis magis, hinnitu equi ad regnum evectus, regnat an. 36. 4.

3465. *Xerxes*, sive *Artaxerxes*, cognomento Magnus, Darii fil. an. 21. Hic est maritus Estheræ, qui in sacris appellatur *Ahasverus*, & à Judæis *Ahasverus Pius*. Regnat an. 21. 5.

3486. *Artabanus*, mens. 7. 6.

3486. *Artaxerxes* (aliâs Darius) *Longimanus*, Gr. Μακρόχειρ, Xerxis fil. an. 40. 7.

3525. *Xerxes II sive minor* mens. 2. qui concurrunt cum anno 40 Longimani. 8.

3526. *Sogdianus* mens. 7. 9.

3526. *Darius Nothus*, aliter *Syrus*, regnat annis 19. Ante regnum dictus fuit *Ochus*, sive *Achus*, Persicè *Achasch*, id est, princeps. 10.

3545. *Artaxerxes* μνήμων, id est, *Memor*, regnat an. 43. Adversus hunc Cyrus minor, frater ejus, parat bellum, in quo perit. Plutarchus Artaxerxi Mnemoni tribuit annos 62 regni: quia inde à principio in consortium regni a patre Dario fuit vocatus propter bella varia obeunda. 11.

3588. *Artaxerxes Ochus*, qui & *Darius Ochus*, regnat an. 23. Fuit occisus à Bagoâ cubiculario. 12.

3611. *Arses*, sive *Darius Arsames*, à Bagoâ evectus & interfectus regnat an. 4. incompletos. 13.

3614. *Darius Codomannus*, victus ab Alexandro, regnat an. 6. 14.

Observationes ad Chronologiam monarchiæ Assyriorum & Persarum.

1. QUatuor sunt regna fatalia, summaque mundi imperia, quas Græco vocabulo monarchias appellant. Ex his prima est *Monarchia Babyloniorum* sive *Assyriorum*, quæ usq; ad Sardanapalum sterit an. 1240 juxta Eusebium, 1300 juxta


Justinum

Juſtinum, 1400 juxta Diodorum, 1160 juxta Oroſium, 1330 juxta Bellarminum. Ex his ſententiis illa, quæ eſt Juſtini & Bellarmini, cum Scripturâ ſacrâ & æra Babylonis optimè congruit. Nam Juſtinus ex Trogo Pompejo ait, regnum Aſſyriorum à Nino ad caſum Sardanapali ſtetiſſe annos 1300. Adde his annos 55 Beli patris ante Ninum, & habebis annos 1355. Ita proximè pervenies ad annum M. 1717, initium æræ Babylonicæ, & annum M. 3077, caſum Sardanapali.

2. Duplex eſt ſupputatio *regni Aſſyriorum:* una eſt Africani, altera Juſtini. Illius ſeries longè ſupra diluvium excurrit: hujus calculus quàm proximè ad Scripturæ veritatem accedit. Ait enim monarchiam iſtam ſtetiſſe à Nino ad Sardanapalum annos 1300, ut paulò ante dictum eſt. Priores reges hoc ordine commemorat: *Belus* ann. 55: *Ninus* an. 52: *Semiramis* an. 42: *Ninias* an. 42. Cæteros omiſit uſque ad Sardanapalum. Illi ſupplentur ex Africano vel Euſebio. Africanum nos ſumus ſecuti. Euſebius convenit cum Africano uſque ad Balæum: deinceps variat.

3. *In ſerie regum Babyloniorum* poſt everſam Hieruſalem quidam Laboroſoardachum diſtinguunt à Belſazere, & faciunt ipſum Nerigloſſoororis, tribuuntque ipſi menſes 9: quidam eundem eſſe cum Belſazere ſtatuunt.

4. Sunt qui eos tantùm *Perſarum reges* recipiunt, quorum Scriptura meminit, ideoque monarchiam Perſarum poſt captam Babylona 125 annis circumſcribunt. Sed reverà plures ſunt, ut ex Herodoto, Xenophonte, Diodoro Siculo, & aliis conſtat, ita ut monarchia hæc ſteterit annis 201. Hìc ὡς ἐν παρόδῳ obſerva, reges Perſarum delectatos fuiſſe prænomine *Darii & Artaxerxis*.



XII. Chronologia monarchiæ Græcorum.

An. Mundi. 3620. ALexander Magnus, victo Dario, fit Dominus Aſiæ. Regnat tanquam monarcha an. 6, & aliquot menſes. Obiit enim anno M. 3626.

Diviſio Monarchiæ.

Reges Macedoniæ.	Reges Ægypti. 3626.	Reges Syriæ ſive Aſſyriæ. 3638.	Reges Aſiæ.
3626. 1 *Philipp' Aridæus*, frater Alexādri M. regnat menſ. 7.	1 *Ptolemæus Lagi* fil. ſuccedit Alexandro in Ægypto &	1 *Seleucus Nicanor*, ſive *Nicator.*, rex	1 *Antigonus* capeſſit regnum. 2 *Deme-* An. Mundi. 3639. 3651.

Reges Macedoniæ.

3626. 2 *Perdiccas*, administrator regni, succedit Aridæo. Regnat an. 7.
3633. 3 *Cassander*, trucidatâ Olympiade matre Alexandri, itemque Cleopatrâ sorore, Roxane uxore, & duobus filiis ejusdem, occupat regnũ. Regnat an. 19.
3652. 4 *Antipater* (qui & Antigonus,) & *Alexander*, Casśãdri filii, mutuis bellis se perdunt.
3656. 5 *Demetrius Poliorcetes* rex Asiæ, Alexandrum, à quo in auxilium vocabatur, interficit, & regnum occupat.
3662. 6 *Pyrrhus*, regnat dies 120.
3662. 7 *Lysimachus* unus è ducibus Alexãdri M. regnat an. 5.
3667. 8 *Ptolemæus Ceraunus* regnat dies 270.
3667. 9 *Meleagros* regnat dies 60.
3668. 10 *Antipater* regnat dies 45.

Reges Ægypti.

Africâ. Regnat an. 40.
3666. 2 *Ptolemæus Philadelphus* fil. regnat ann. 38. incompletos.
3713. 3 *Ptolemæus Evergetes* fil. regnat an. 26.
3729. 4 *Ptolem. Philopator* f. parricida regnat an. 17.
3746. 5 *Ptolemæus Epiphanes*, fil. quinquennis, regnat an. 24.
3770. 6 *Ptolemæus Philometor* regnat an. 35.
3805. 7 *Ptolemæus Evergetes secũdus*, cognomento *Physcõ*, succedit fratri Philometori. Regnat an. 29.
3834. 8 *Ptolemæus Lathurus*, regnat primò an. 16. cum matre Cleopatrâ.
3850. 9 *Ptolemæus Alexander*, frater Lathuri, cũ Lathurus à ma-

Reges Syriæ.

Syriæ, Babyloniæ, &c. usque ad Persidem, ejecto Antigono. Idem fit rex Asiæ capto genero Demetrio. Regnat an. 30.
3668. 2 *Antiochus Soter* succedit patri Seleuco. Regnat annis 21.
3689. 3 *Antiochus Theos*, succedit parenti, & regnat an. 15.
3704. 4 *Seleucus Callinicus* Thei fil. regnat an. 20.
3724. 5 *Seleucus Ceraunus*, Callinici fil. regnat annos 3 incõpletos.
3726. 6 *Antiochus Magnus*, Callinici fil. regnat an. 37.
3763. 7 *Seleucus Philopator* Antiochi fil. regnat an. 12.
3775. 8 *Antiochus*

Reges Asiæ.

trius, Antigoni fil. dictus Poliorcetes. Hic capitur à Seleuco genero, qui finem imponit huic regno, anno M. 3661. Ita remanẽt tres tantùm successores Alexandri.

Epipha-

Reges Macedoniæ.

3668. 11 *Sosthenes* regnat an.2.

3670. 12 *Antigonus* II dictus Gonatas regnat an.36. Ita Seleucidæ reges Syriæ, obtinent Asiam. Vicissim Antigonidæ, ex Asiâ pulsi, obtinent Macedoniam usque ad dominium Romanorum. Lagidæ verò Ægyptum continuá successione retinent usque ad Augustum Imp.

3706. 13 *Demetrius* fil. Antigoni I. regnat an.10.

3716. 14 *Antigonus* III. cognomēto δώσων, fuit tutor Philippi Justi, an.14.

3729. 15 *Philippus Justus*, filius Demetrii, regnat an.42.

3771. 16 *Perseus*, regnat ann.11. Vincitur ab Æmylio Cos. atque ita regnum Macedonicum translatum ad Romanos deficit.

Reges Ægypti.

tre ejectus in Cyprum fugisset, regnat an. 10. Abdicavit se spōte ob crudelitatem matris, quam & pòst interfecit, cùm vitæ suæ illam insidiari sensisset.

3860.

10 *Ptolemæus Lathurus redux*, regnat annos 8.

3868.

11 *Ptolemæus Auletes*, Diodoro Dionysius, regnat an.31.

3899.

12 *Ptol. Dionysius & Cleopatra soror*, succedunt parenti Auletæ, & regnant ann. 22. Hîc deficit regnum Ægypti. Nam Augustus victo Antonio Triūviro, marito Cleopatrę, Ægyptum redegit in provinciam.

Reges Syriæ.

Epiphanes, filius Antiochi M. regnat an.12. incompletos.

9 *Antiochus Eupator* regnat 2 an. 3786.

10 *Demetrius Soter* regnat an.11. incompletos. 3788.

11 *Alexander Bala* seu *Veles*, an.6. 3799.

12 *Demetrius Nicanor*, an.4 incompletos. 3804.

13 *Antiochus Entheus* cum Tryphone proregе an.2. incompletos. 3807.

14 *Tryphon* solus an. 3. 3808.

15 *Antiochus Sidetes*, cognomento Pius & Soter an.10. 3811.

16 *Demetrius* iterum, liberatus captivitate Parthicâ, an.3. 3821.

17 *Alexander Zebenna*, an.2. 5824.

18 *Antiochus Grypus*, an.29. *Antiochus Cyzicenus* anno nono incipit fratri Grypo movere bellum. Hinc ei adscribūtur 18 anni, quòd inde à 12 anno Grypi fuerit superior fratre. 3826.

19 *Seleucus Grypi filius*, *Antonius Eusebes*, *Philippus & Demetrius* gerunt bella intestina 6 annis. 3855.


20 *Philippus solus*, Demetrio capto, regnat biennium. 3861.

21 *Tigranes*, rex Armeniç, ob intestina Seleucidarum bella à Syris evocatus, regnum 3863.

Reges Syriæ.

per annos 18 in summâ tranquillitate obtinet.

Lucullus vincit Tigranẽ, 3881.
& Antiochum Cyzicenum, qui in Ciliciâ delituerat, declarat regem Syriæ. Interea Tigranes se recolligit, sed vincitur à Pompejo, qui Syriam in provinciam redegit paulò ante, quàm caperet Hierosolymam.



Num. Impp. Prima classis est Imperatorum 1. Italicorum 2. sive Latinorum, à Julio Cæsare ad Constantin. M.

XIII. *Chronologia monarchiæ Romanæ.*

Anno M.

3900. JUlius *Cæsar* an. 8.

3908. *Augustus Cæsar* an. 56. Anno ipsius 42 Christus nascitur. Nam anno 15 Tiberii compleverat Christus ann. 30. *Luc.* 3. Ergò an. 1. Tiberii compleverat Christus an. 15. Quare si demas ex annis Augusti 15 annos, cõcurret annus Christi primus cum anno 42. Augusti.

An. Chr. Ver. Vulg.

16. 14. *Tiberius* an. 22. m. 7. d. 7. Hujus anno 20 ær. verâ, sed vulgari an. 21. Christus patitur. 3.

39. 37. *Cajus Caligula* an. 3. m. 10. d. 10. Hujus anno 3. Pilatus consciscit sibi mortem. 4.

43. 41. *Claudius* an. 13. m. 8. Hujus anno 10 celebratur Synodus apostolorum *Act.* 15. 5.

56. 54. *Nero* an. 13 m 8. Persecutio prima ab hoc instituitur. 6.

69. 67. *Galba* m. 7. d. 25. 7.

70. 68. *Otto* mens. 3. 8.

70. 68. *Vitellius* m 8. 9.

71. 69. *Flavius Vespasianus* an. 9. m. 11. Hic obsidet Hierosolymam primo imperii sui anno, h. e. anno Christi 69, eamq; expugnat per Titum F. Tacitus author est, Vespasianũ censorem invenisse homines 100. 110. 120. 130. 140. 150. annorum. 10.

81. 79. *Titus* Vespasiani F. an. 2. m. 2. 11.

83. 81. *Domitianus* frater Titi. an. 15. Persecutio secunda ab hoc instituitur. 12.

98. 96. *Coccejus Nerva* an. 1. m. 4. Hic in vitis quatuor evangelistarum Arabicè editis appellatur *Nero parvus.* 13.

100. 98. *Trajanus* an 19. m. 6. Persecutio tertia ab hoc instituitur. Sub Trajano deficiunt *oracula ethnica*, anno Christi 101. 14.

119. 117. *Adrianus* an 20. m. 11. 15.

140. 138 *Antoninus Pius* an. 22. m. 8. Quidam ipsi tribuunt annos 23 quidam 24. (legæ an. 19. 16.

163. 161. *Aurelius Antoninus Philosophus & L. Antoninus Verus* col- 17.

Commo-

Anno Chr. Veri.	Vulg.		Num. Impp.
182.	180.	*Commodus* (valdè incommodus) an.12. m.9.	18.
195.	193.	*Pertinax* m 3.	19.
195.	193.	*Didius Julianus* menſ.2.	20.
195.	193.	*Severus*, author ſextæ perſecutionis, an.17. m.8. Peſcenninus Niger in Syriâ, Albinus in Britaniâ, Severus in Pannoniâ Imperatores ſalutabantur. Severus tandem ſolus obtinuit victo & in crucem acto Nigro, & occiſo Albino.	21.
213.	211	*Antoninus Caraçalla* an.6.m.6.	22.
219.	217.	*Macrinus* menſ.6.	23.
220.	218.	*M. Aurelius Antoninus Heliogabalus* an.3.m.9.	24.
224.	222.	*Alexander Severus* an.13. Hic imperator ubiq; ſcribi jubebat dictum illud Chriſti: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.*	25.
237.	235.	*Maximinus*, author ſeptimæ perſecutionis, an.3.	26.
240.	238.	*Maximus Pupienus & Balbinus* an.1.	27.
241.	239.	*Gordianus* an.5. Contra Maximinum quatuor facti ſunt Auguſti, Gordianus pater & filius, Maximinus Pupienus & Balbinus, è quibus Gordianus ſolus ſucceſſit, occiſis Pupieno & Balbino.	28.
246.	244.	*Philippus Arabs*, primus ex Impp. Romanis fuit Chriſtianus. Regnat an 6.	29.
253.	251.	*Decius*, author octavæ perſecutionis, an.1. m.3.	30.
254.	252.	*Gallus & Voluſianus* an.3.	31.
257.	255.	*Valerianus*, author nonæ perſecutionis, an.3. Habuit collegam filium Gallienum.	32.
262.	260.	*Gallienus* ſolus, ſed variè exagitatus ab adverſariis, quorum 30 numerantur. Regnavit an.7.	33.
269.	267.	*Claudius* an.2. m.1. d.4.	34.
271.	269.	*Aurelianus* an.8.	35.
279.	277.	*Claudius Tacitus* menſ 6.	36.
279.	277.	*Probus*, verè probus, an.5. Hic Imperator Gallias liberavit à Chroco rege Alemannorum, cæſis quadringentis millibus hoſtium: & tunc eccleſia Gallicana poſt longas perſecutiones aliquantulum requievit.	37.
285.	283.	*Carus* cum filiis Carino & Numeriano an.2. Imperator Carus, quamvis ethnicus, eccleſiam Theſſalonicenſem à tributis immunem fecit. *l.8.c.de ſacroſanctis eccleſiis.*	38.
286.	284.	*Diocletianus*, author decimæ perſecutionis, ſecundo imperii anno Maximianum collegam aſſumit, & regnat annos 20.	39.
306.	304.	*Conſtantius Chlorus & Galerius* aſſumunt collegas Severum & Maximinum. Regnant ann. 2. *Maxentius* Romæ imperium arripit: *Licinius* à Galerio appellatur Auguſtus.	40.
308.	306.	*Conſtantinus M.* an.30. m.10. Hic eſt primus imperator, qui eccleſiam à perſecutionibus reſpirare fecit. Perperam	41.

Anni Chr. Veri	Vulg.		Num. Impp.
		ipsi adscribitur donatio, quam vocant Constantini M. Illa siquidem est Pipini & Caroli M.	
339.	337.	*Constantius* Constantini M. F. imperator orientis, Arianus & persecutor, regnat an. 24. m. 5. *Constans & Constantinus* fratres Constantii succedunt in occidente: sed Constantinus non contentus suâ ditione, trucidatur à militibus Constantis. Constans occiditur à Magnentio, qui regnat an. 3. Postea à Constantio victus seipsum occidit. Gallus patruelis Constantii creatur Cæsar. In ejus occisi locum Julianus frater fit Cæsar. Atque hæc est prima divisio Imperii sub filiis Constantini M. quæ non diu duravit.	42.
363.	361.	*Julianus*, cognomento Apostata & Parabates, an. 1. m. 8.	43.
365.	363.	*Jovianus*, mens. 7. d. 20.	44.
366.	364.	*Valens* in oriente regnat an. 14. m. 4. *Valentinianus* in occidente an. 11. mens. 9.	45.
377.	375.	*Gratianus & Valentinianus junior sive secundus*, filii Valentiniani, à morte patris imperant in occidente: & Gratianus quidem an. 8: Valentinianus autem an. 17. Gratianus occiditur à Maximo, qui ad breve tempus imperat.	46.
381.	379.	*Theodosius*, cognomento Magnus, Major, & Senior, regnat in oriente an. 16. Post hunc incipit secunda divisio imperii.	47.
385.	383.	*Arcadius* adsciscitur à patre Theodosio, anno 5 imperii, & regnat an. 25. m. 3. videl. annos 12 cum parente, & annos 13. m. 3. solus in oriente. Hinc initium imperii ipsius ab aliis refertur ad annum 395, quia tum cœpit solus imperare. Frater ipsius *Honorius* imperavit in occidente annos 28. m. 5 inde ab anno Christi 395. sive an. 30. m. 5. si connumerentur duo anni, quibus regnavit cum parente, an. Christi 393. Ab Honorio est talis successio Imperatorum occidentis.	48.
An. Christi. Vulg.			**Num. Impp. Occid.**
	395.	*Honorius* an. 28. m. 5.	1.
	425.	*Valentinianus III.* an. 30.	2.
	455.	*Maximus* mens. 3.	3.
	455.	*Avitus* mens. 10.	4.
	457.	*Majoranus* an. 4.	5.
	461.	*Severus* an. 5.	6.
	466.	*Anthemius* an. 6.	7.
	472.	*Olibrius* mens. 7.	8.
	472.	*Glycerius* an. 1.	9.
	473.	*Julius Nepos* menses paucos.	10.
	474.	*Augustulus* m. 10. Hic ab Odoacro rege Herulorum coactus est se abdicare: & sic imperium occidentis desiit.	11.
Anni Chr. Veri	**Vulg.**		**Num. Impp. orient.**
410.	408.	*Theodosius II*, sive Junior, octennis succedit patri Arcadio in oriente, & regnat an. 42. Deinceps sequuntur Impp. Constantinopolitani usq; ad Carolum M.	49.
452.	450.	*Martianus* an. 6. m. 6.	50.

Leo

An. Christi. Veri.	Vulg.		Num. Impp. orient.
458.	456.	*Leo Thrax*, qui & Magnus & primus dicitur an.27.m.6.	51.
476.	474.	*Leo Infans*, sive Junior & Secundus, anno 447 ab avo Leone I. consors imperii factus, cùm valetudinarius esset, eodem anno Zenonem patrem suum manu suâ coronavit, & ita rebus humanis excessit. Hinc *Zeno*, qui à patriâ cognominatur Isauricus, numeratur post Leonem I. Ille autem regnavit an.17.m.5. Basiliscus occupat imperium, & tenet annis ferè duobus: deinde iterum regnat Zeno.	52.
493.	491.	*Anastasius*, cognomento Dicorus, an.27.m.3. Fuit Eutychianus, & impius persecutor. Hoc tempore reges Italiæ, Hispaniæ & Africæ erant Ariani: reges Francorum, Anglorum & Germanorum pagani: Imperator Eutychianus: & tamen ecclesia Christi destrui non potuit.	53.
520.	518.	*Justinus*, subulcus in juventâ, pòst faber lignarius, inde miles, tandem fit Imperator. Regnat annis 9.m.2.	54.
529.	527.	*Justinianus*, Justini è sorore nepos, regnat an.38.	55.
567.	565.	*Justinus junior*, Justiniani è sorore nepos, an.16.m.9.	56.
580.	578.	*Tiberius II* an.8. Regnavit enim annos 4. cum Justino, & solus annos totidem ab anno Christi 582, unde quidam numerant annos imperii ipsius.	57.
588.	586.	*Mauritius*, patriâ Cappadox, regnat an.16.m.3. Hic à socero declaratus fuit Cæsar anno 583, unde quidam numerant ejus annos, ita ut regnaverit an.19.m.3.	58.
604.	602.	*Phocas*, ab exercitu imperator proclamatus, occidit Mauritium, & fit obstetrix Antichristi, dum Bonifacio III concedit primatum super omnes ecclesias. Regnat an.8.	59.
612.	610.	*Heraclius* conspirat contra Phocam, eumq; miserè trucidat. Regnat an.31.	60.
644.	642.	*Constantinus* mens.4.	61.
644.	642.	*Heracleonas* mens 6.	62.
644.	642.	*Constans*, Constantini F. an.27.	63.
671.	669.	*Constantinus Pogonatus* F. an.17 incompletos.	64.
Anno Chr.	vulg. 685.	*Justinianus II. sive junior*, Constantini F. an.9.m.10. Dicitur à naso præciso ῥινότμητος.	65.
	694.	*Leontius Patritius*, Justinianum naso truncat, & relegat. Regnat an.3. incomplet.	66.
	696.	*Absimarus Tiberius* Leontium naso truncat, & rerum potitur an.7.	67.
	703.	*Justinianus* iterum, recuperato imperio; Leontium & Absimarum supplicio afficit. Regnat an.8.	68.
	711.	*Philippicus* an.1.m.6.	69.
	713.	*Anastasius II.* an.2.	70.
	715.	*Theodosius III.* an.1.	71.
	716.	*Leo Isaurus*, iconomachus, regnat an.24.m.2.	72.
	741.	*Constantinus Copronymus* Leonis F. an.34. m.2.	73.
	775.	*Leo IV.* Constantini F. an.5. & aliquot menses.	74.

Anno Chr. Vulg.		Num. Impp. orient.
780.	*Constantinus VII cum Irene matre* an. 10. Constantinus solus imperat anno 790, annos 7: Irene sola anno 797, annos 5.	75.
800.	*Carolus Magnus* fit Imperator Occidentis, anno 800, 25 Decembris. Regnat an. 14. Hîc incipit tertia divisio imperii, ubi hæc est series Imperatorum orientis:	76. Tertia classis est Impp. à Carolo M. ad Rudolphum Habsburgensem.
802.	*Nicephorus*, dejectâ Irene, regnat an. 10.	1.
811.	*Michaël Curopalata* an. 2.	2.
813.	*Leo V.* cognomento Armenius, an. 7. m. 5.	3.
821.	*Michaël Balbus* an. 8. m. 9.	4.
829.	*Theophilus* F. an. 12. m. 3.	5.
842.	*Michaël* F. cum matre Theodorâ, an. 25. matre occisâ anno imperii 14.	6.
867.	*Basilius*, cognomento Macedo, an. 20.	7.
886.	*Leo VI* F. an. 25. m. 3.	8.
911.	*Alexander Constantinus*, sive Constantinus VIII, filius Leonis, solus regnat an. 9. Anno 10 imperii Romanus Patricius fit ipsius collega an. 26. inde solus regnat an. 16. ita ut in universum regnaverit an. 50.	9.
961.	*Romanus* F. parricida, an 3.	10.
963.	*Nicephorus Phocas* an. 6. m. 6.	11.
969.	*Johannes Zimisca* an. 6.	12.
975.	*Basilius & Constantinus* fratres an. 50.	13.
	Constantinus solus annos 3.	
1028.	*Romanus* an. 5. m. 6.	14.
1034.	*Michael IV*, cognomento Paphlago, an. 7. m. 8.	15.
1041.	*Michael V*, cognomento Calaphata, m. 4.	16.
1042.	*Constantinus Monomachus*, an. 13.	17.
1055.	*Theodora Porphyrogenita*, conjux Constantini, an. 1. m. 9.	18.
1056.	*Michael VI*, cognomento Strato, an. 1.	19.
1057.	*Isaacius Comnenus*, an. 4.	20.
1061.	*Constantinus Ducas*, an. 6. m. 5.	21.
1067.	*Michael VII*, cognomento Ducas, an. 2.	22.
1069.	*Romanus Diogenes*, an. 2. m 8.	23.
1071.	*Michael Ducas* iterum, an. 6.	
1068.	*Nicephorus Botoniates*. an. 3.	24.
1081.	*Alexius Comnenus*, Isaaci F. an. 37.	25.
1118.	*Calo-Johannes* F. aliàs Johannes Comnenus, an. 24. m. 7.	26.
1143.	*Emanuel Comnenus* F. an. 37. m. 5.	27.
1180.	*Alexius II. Comnenus* an. 2.	28.
1182.	*Andronicus* F. an. 2. m. 11.	29.
1185.	*Isaacius Angelus Comnenus* an. 9. m. 7.	30.
1195.	*Alexius II Angelus*, an. 8. m. 3.	31.
1204.	*Theodorus Lascares* regnat an. 18. Adrianopoli, extortus urbe, ubi anno 1206 imperium capessit *Henricus Balduinus* frater, qui regnat Constantinopoli an. 10: post eum *Petrus*	32.

Altissio-

Altissiodorus an.5. tum *Robertus* an.7. tum *Balduinus II* an. 33. Et hic est ultimus imperatorum Constantinopolitanorum, qui regnarunt annis 55 contra Adrianopolitanos, ut paulò post dicetur.

1222. *Johannes Ducas* an.33. 33.

1255. *Johannes Theodorus* an.5. 34.

1260. *Michael Palæologus* an. 23. Hic recuperat Constantinopolin. 35.

1283. *Andronicus Palæologus* F.an.45. 36.

1328. *Andronicus Junior*, nepos, an.13. 37.

1341. *Johannes Palæologus*, primò sub tutelâ Johannis Cantacuzeni, postea solus, regnat an.41. Hujus anno 14 *Calo-Johannes*, gener Cantacuzeni, simul regnat an.30. Deinceps admodum perturbata est series Impp. orientis usque ad captam Constantinopolim. 38.

1384. *Andronicus IV*, Calo-Johannis F.an.3. 39.

1387. *Manuel*, Calo-Johannis F.an.30. 40.

1417. *Johannes VII*, Andronici IV F.an.3. 41.

1420. *Johannes VIII*, Manuelis junioris F.an.24. 42.

1444. *Constantinus XI*, Manuelis F.an.10. Alii tribuunt ipsi annos duntaxat 4, ita ut cœperit regnare anno 1450. Hujus anno 10, sive 4, Constantinopolis capta est à Mahomete, anno Christi 1454. Atque hîc imperium orientis prorsus ad Turcas transiit. Solent historici hoc loco tanquam singulare adnotare, quòd imperium orientis cœperit sub Constantino, & sub Constantino desierit, quemadmodum imperium Romæ cœpit sub Augusto, & desiit in Augustulo. Sed jam continuemus seriem Impp. inde à Carolo Magno, adquem paulò ante substitimus. Hæc dynastia dicitur esse Imperatorum Romano-Germanicorum. 43.

Num. Impp. occid.

814. *Ludovicus Pius*, Caroli M.F.an.26.m.5. 77.

841. *Lotharius*, Pii F.an.15. 78.

856. *Ludovicus II* sive Junior, Lotharii F.an.19.m.10. 79.

876. *Carolus Calvus*, Ludovici patruus, an.2. 80.

878. *Ludovicus III*, cognomento Balbus, an.2. 81.

880. *Carolus III*, cognomento Crassus, an.8.m.6. 82.

888. *Arnolphus*, eligitur deserto Carolo Crasso. Regnat an.12. Vicit Guidonem Anticæsarem. 83.

900. *Ludovicus IV*, Arnolphi F.an 12. 84.

912. *Conradus*, Dux Franconiæ, an.8. 85.

920. *Henricus Auceps*, an.17. 86.

937. *Otto Magnus*, Henrici F.an.37. Annis 26 regnat titulo regis, deinceps titulo imperatoris. Nomen Otto sive Oto est Germanicum *Outo* q.d Houto, à custodiâ. 87.

973. *Otto II*. an.11. 88.

984. *Otto III*. F. puer 10 annorum fit Imperator. Hinc appel- 89.

An. Christi. | | *Num. Impp.*

latus est Otto das Kind: postea dictus fuit *Mirabilia mundi*. Regnat an.17.m.2.

1001. Interregnum mensium 4.

1002. *Henricus Claudus*, item Sanctus & II, an.23. 90.

1024. *Conradus II*, cognomento Saliquus, sive Salicus an.14.m.10. Memineris *Salicum* esse interdum idem quod aulicum à Germ. sal. Hinc lex Salica, terra Salica, Salica prædia, Salici clientes: sic dicti, quòd ad aulam spectent. Salici quoque dicti sunt Franci, à flumine, quod Franconiam irrigat. Posterior significatio quadrat hoc loco. 91.

1039. *Henricus III*, cognomento Niger, Conradi F. an. 17. mens.4. 92.

1056. *Henricus IV* F.an.49.m.10. Quidam tribuunt ipsi annos 54. quia incipiunt ab anno 1054, quo Henricus coronatus est quadrimus. Hoc tempore est perturbata imperii forma. Nam Rudolphus Suevus contra Henricum eligitur, & Hermannus Luzelburgius contra ipsum fit Anticæsar. 93.

1116. *Henricus V*, Henrici IV F. an.18.m.9. 94.

1125. *Lotharius II*, cognomento Saxo, an 13. 95.

1138. *Conradus III* an.14. 96.

1152. *Fridericus Barbarossa vel Ænobarbus* an. 38. 97.

1191. *Henricus VI* F. cognomento Asper, an.9. 98.

1199. *Otto*, Henrici VI F.an.19. Philippus eodem anno fit Anticæsar, & regnat an.9. 99.

1212. *Fridericus II*, anno Ottonis 14. eligitur, & regnat an.38. Hoc tempore Guelphi & Gibellini maximas dant turbas, illis Pontificis, his Cæsaris, partes sequentibus. 100.

1246. *Conradus* Friderici F. à patre designatur Imperator anno imperii ipsius 35. Regnat an.9. Contra Conradum fiunt Anticæsares Henricus Landgravius, Wilhelmus comes Hollandiæ, & Conradus IV. Hinc quidam scribunt imperium hoc tempore vacasse. 101.

1255. Interregnum 2.an.

1257. *Richardus*, frater regis Angliæ, ferè omne tempus in Angliâ consumsit, an.15. Alphonsus rex Hispaniæ fit Anticæsar, & status imperii est perturbatus. 102.

1272. Interregnum an.1.

1273. *Rudolphus I. Habsburgensis* an.17.m.9. 103.

1291. *Adolphus Nassovius* an 6.m.6. 104.

1298. *Albertus Austriacus*, Rudolphi F.an.9.m.6. 105.

1308. *Henricus VII*, Luzelburgius, an. 5. 106.

Interregnum an.1.m.2.

1314. *Ludovicus II*, cognomento Bavarus, an. 33. Fridericus Alberti Austriaci F. fit Anticæsar. 107.

1346. *Carolus IV* Johannis regis Bohemiæ F.an.32. 108.

1378. *Wenceslaus* F.an.22. 109.

Quarta classis est Impp. à Rudolpho Habsburgensi ad Ferdinandū II.

Rupertus

An. Christi.		Num. Impp. occid.
1400.	*Rupertus Palatinus* an.10.	110.
1410.	*Jodocus* Marchio Moraviæ,an.1.	111.
1411.	*Sigismundus*, Caroli IV F.an.26.m.8.	112.
1438.	*Albertus Austriacus*, cognomento Junior, an. 2.	113.
1440.	*Fridericus III*, archidux Austriæ, an.53.	114.
1493.	*Maximilianus I*, Friderici III F.an.25.m.4.d.26.	115.
1519.	*Carolus V* an.38.m.7.	116.
1558.	*Ferdinandus*, frater Caroli V, an. 6.	117.
1564.	*Maximilianus II*, Ferdinandi F.an.12.	118.
1576.	*Rudolphus II*, Maximiliani F.an.36.	119.
1612.	*Matthias* an.7.m.1.	120.
1619.	*Ferdinandus II.*	121.

Observationes.

1. *Intervalla monarchiæ Romanorum* constitui possunt quatuor, hoc modo. I. A Julio Cæsare ad Constantinum M: quod intervallum complectitur Cæsares Italicos sive Latinos, eosque gentiles, si excipias Philippum Arabem. II. A Constantino M. usque ad Carolum M: quod intervallum complectitur Imperatores Græcos, eosque Christianos. III. A Carolo M. ad Rudolphum Habsburgensem: quod intervallum complectitur Imperatores partim Germanicos in occidente, partim Græcos in oriente. IV. A Rudolpho Habsburgensi usque ad nostram ætatem: quod intervallum complectitur Impp. partim Austriacos in occidente, partim Græcos in oriente. Si malis, ita constitues hæc quatuor intervalla. I. A Cæsare ad Constantinum M. II. A Constantino M. ad Carolum M. III. A Carolo M. ad Carolum V. IV. A Carolo V. ad nostram ætatem.

2. Quidam in catalogum Imperatorum referunt XXX illos tyrannos, qui summam rerum anno Christi 260 ad se rapere conati sunt, spreto Galieno. Rursus sunt, qui constituunt tres classes hujus monarchiæ, & hoc modo commemorant Imperatores. *In primâ classe* collocant LXIV Impp. Latinos, hâc serie. 1. C. Julius Cæsar. 2. D. Octavius Cæsar Augustus. 3. Tiberius Cæsar. 4. Cajus Cæsar Caligula. 5. Claudius Cæsar. 6. Sextus Domitianus Nero. 7. Sergius Sulpitius Galba. 8. M. Salvius Otho. 9. Aulus Vitellius. 10. Flavius Vespasianus. 11. Titus Vespasianus. 12. Flavius Domitianus. 13. Nerva Coccejus. 14. Ulpius Trajanus. 15. Ælius Hadrianus Cæsar. 16. L. Ælius Cæsar. 17. M. Antoninus Pius. 18. M. Aurelius Antoninus Philosophus. 19. L. Verus. 20. L. Aurelius Commodus. 21. P. Helvius Pertinax. 22. M. Didius Julianus. 23. C. Pescennius Niger. 24. L. Septimius Severus. 25. M. Aurelius Antoninus Caracalla. 26. P. Septimius Geta. 27. M. Opelius Severus

Macrinus. 28. M. Aur Antoninus Elagabalus. 29. M. Aurel. Severus Alexander. 30. Maximinus. 31. C. Julius Verus Maximinus. 32. M. Ant Gordianus. 33. M. Ant. Gordianus II. 34. M. Clodius Pupienus Maximus. 35. D. Cœlius Balbinus. 36. M Antoninus Gordianus III. 37. M. Julius Philippus 7. 38. Julius Philippus II. 39. C. Messius Quinctus Trajanus Decius. 40. Q. Herennius Etruscus Decius. 41. C. Vibius Trebonianus Gallus. 42. C. Vibius Volusianus. 43 C. Julius Æmilianus. 44. P. Licinius Valerianus. 45. P. Licinius Gallienus. 46. Saloninus Valerianus 47. C. Junius Cassius Posthumus. 48. M. Aurelius Claudius. 49. M. Aurelius Quintillus. 50. L. Domitius Aurelianus. 51. M. Claudius Tacitus. 52. M. Annius Florianus. 53 M. Aurelius Probus. 54. M. Aurelius Carus. 55. M Aurelius Numerianus. 56. M Aurelius Carinus. 57. C. Valerius Diocletianus 58. Aurelius Valerius Maximianus. 59. Fl. Aurelius Constantius. 60. C. Galerius Valerius Maximianus. 61. C. Galerius Valerius Maximinus. 62. Fl. Valerius Severus. 63. M. Aurelius Maxentius. 64. C. Valerius Licinianus Licinius. Nos in primâ classe habemus duntaxat XL: quia non adnumeramus Imperatores, h. e. duces, qui non fuerunt Cæsares. *In secundâ classe* recitant Imperatores Græcos XLVI. à Constantino M. ad Carolum M. hoc ordine. 1. Fl. Valerius Constantinus Magnus. 2. Fl. Julius Crispus. 3. Fl Claudius Cōstantinus Junior 4 Fl. Julius Constans. 5. Fl Julius Constantius. 6 Magnentius. 7. Decentius. 8 Fl. Claudius Julianus Apostata. 9. Fl. Jovianus. 10. Fl Valentinianus. 11. Fl. Valens. 12. Fl. Gratianus. 13. Valentinianus Junior. 14 Fl Magnus Maximus. 15. Fl. Theodosius Magnus. 16. Fl. Arcadius. 17. Fl. Honorius. 18. Theodosius Junior. 19. Fl. Placidius Valentinianus. 20. Fl. Martianus. 21. Fl. Leo Magnus. 22. Fl. Leo Junior. 23. Fl. Zeno Isauricus. 24. Fl. Anastasius Dicorus. 25 Fl Anicius Justinus. 26. Fl. Anicius Justinianus. 27. Fl. Justinus Junior. 28. Tiberius Constantinus. 29. Fl. Tiberius Mauritius. 30. Fl. Phocas. 31. Fl. Heraclius. 32. Fl. Heraclius Constantinus. 33. Fl. Heracleonas. 34. Fl. Constans II. 35. Fl. Constantinus IV Pogonatus. 36. Fl. Justinianus II. 37. Fl Leo IV, sive Leonitus. 38. Fl. Tiberius Absimarus. 39. Fl. Philippicus Bardanes. 40. Fl. Anastasius II, qui & Arthemius. 41. Fl. Theodosius III. 42. Fl. Leo V. 43. Fl. Constantinus V Copronymus. 44. Fl Leo VI. 45. Fl. Constantinus VI. 46. Irene Augusta. Nos recitamus duntaxat XXXV. *In tertiâ classe* illi recitant Imperatores Germanicos XLV, nos XLVI, inde à Carolo M. usque ad hanc ætatem.

XIV. Chronologia aliquot veterum Regnorum & Dynastiarum.

1. Regnum Sinarum sive Chinarum.

Successio regum à Chinensibus arcessitur inde ab anno M.1760, quo primus rex Vitey regnasse dicitur. inde numerant reges 264. ita ut ducentesimusquartus, nomine Bonog regnare cœperit anno Christi 1583. Cæterùm initium hujus dynastiæ ante diluvium nullum est.

2. Regnum Sicyoniorum.

Hoc regnum dividitur in duas dynastias. *Prima* est regum 26, ab anno M.1861 ad an. 1812. *Secunda* est septem sacerdotum Karnei Apollinis, ab anno M.1812 ad an.2844. quo tempore defecit regnum Sicyoniorum propter reditum Heraclidarum in Peloponnesum.

3. Regnum Argivorum.

Hoc regnum est proximum regno Sicyoniorum, & incipit anno M.2093. estque regum XIV, è quibus primus fuit Inachus, tertius Apis. qui alio nomine appellatus fuit Osiris & Serapis, & in Ægyptum transtulit suum imperium: quartus, Argus, a quo Argos regio & Argivi nomen habent: decimus, Danaus, unde Danai sunt dicti: decimusquartus & ultimus, Acrisius, à cujus ultimo anno, qui est M.2636, consurgit regnum Mycenarum.

4. Dynastia Atheniensium.

Regno Argivorum proxima est Dynastia Atheniensium; utpote quæ incipit anno M.2394 Est autem quadripartita ista dynastia. *Prima* est regum XVII, è quibus primus est Cecrops, dictus διφυὴς & αὐτόχθων, anno M.2394: tertius, Amphictyon, cujus anno primo Moses eduxit populum: decimusseptimus, idemque ultimus, Codrus, anno M 2860. *Secunda* est Archonton ad totum vitæ tempus, numero XIII, ab anno M.2882 ad an.3173, quo incipit *tertia* dynastia Archonton decennalium, numero VII, usque ad an. M.3267, quo incipit *quarta* dynastia Archonton annuorum, usque ad an. 3870. circa quod tempus Sylla occupavit Athenas. Etsi enim Demetrius anno M 3650, & postea Antigonus Gonatis an. 3686 Athenas ceperunt, libertatem tamen civitati restituerunt.

5. Regnum Trojanum, sive Dardani & Ilii.

Hoc regnum antiquitate proximè accedit ad Athenas.

Anno M. Incipit enim anno M.2450. Fuit regum septem, quorum hæc est successio. *Reges Dardani.*

2450. *Teucer:* cujus anno quarto Moses educit populum. 1.
2471. *Dardanus*, Teucri gener, filius Herculis Libyci. 2.
2536. *Erichthonius*, Dardani F. 3.
2582. *Tros*, Erichthonii F. Trojæ conditor. 4.
2631. *Ilus*, Trois F. unde Ilium dictum. 5.
2671. *Laomedon*, Ili F. 6.
2715. *Priamus*, Laomedontis F. Sub hoc oritur bellum Trojanum. Nam Priami F. Alexander, qui & Paris, violato jure hospitii Helenam uxorem Menelai regis Græci hospitis sui rapiendo irritavit principes Græcos contra se & regnum suum. 7.

6. Regnum Mycenarum.

Hoc regnum proximè attingit antiquitate suâ regnum Trojanum. Consurgit enim ab ultimo anno Acrisii, qui est mundi 2636, adeoque incipit anno M.2637. Est autem regum VII, è quibus primus est Stheneleus, dicto anno M: ultimus Penthilus, anno M.2803. Hæc dynastia cœpit dici *Atridarum & Pelopidarum* ab Atreo rege tertio, & parente ipsius Pelope. Atrei filius fuit Agamemnon: quem trucidavit Ægysthus, adulter Clytemnestræ. Orestes Agamemnonis F. ulciscitur cædem illam in Ægystho & matre.

7. Dynastia Lacedæmoniorum.

Duæ sunt dynastiæ Lacedæmoniorum. *Prior* est regum XII; quæ destituitur serie annorum: *posterior* attingit suâ antiquitate regnum Mycenarum. Quod attinet ad priorem, colloco Eurotam sive Lelegem, primum dynastam in annum 2380, tempore Mosis; Lacedæmonem, in an.2470. Orestes, dynasta undecimus, idemque Agamemnonis F. claruit an.M.2775. Posterior dynastia Lacedæmoniorum dicitur Heraclidarum ab Hercule, & incipit an.2849. estque duarum familiarum. Una est *Eurysthenidarum*, altera *Proclidarum.* Illa est regum XXX, ab anno M.2849, quo cœpit regnare Eurysthenes, usque ad annum M.3700. Hæc est regum XXIV, & aliâs dicitur Eurypontidarum ab Euryponte rege tertio, sicuti Proclidarum nomen est à fratre Eurysthenis, qui fuit primus rex, nomine Procles.

8. Dynastia Corinthiorum.

Hæc dynastia est quintuplex. *Prima* est Sisyphidarum, regum VI, è quibus primus fuit Sisyphus, quem refero ad an.2680. Hic ædificavit Corinthum. *Secunda* est Corinthiorum Heraclidarum, regum IV. anno M.2849. Hîc observa, Heraclidas peperisse duas familias, quarum una dicitur Heraclidarum Lacedæmoniorum, altera Heraclidarum Corinthiorum. *Tertia* est Bacchiadarum, regum VII, è

quibus

quibus primus est Bacchis an M. 2993. *Quarta* est Bacchiadatum Prytaneon, regum III, an.M.3171. *Quinta* est Cypselidarum, regum II, è quibus primus fuit Cypselus an. M.3295.

9. Dynastiæ Lydorum.

Tres sunt dynastiæ Lydorum. *Prima* est Atyadarum, ante annum 2733: & est obscura. *Secunda* est Lydorum Heraclidarum, regum XXII, & incipit anno M.2733. Duravit an.550, ut est apud Herodotum. Ultimus rex fuit Candaules, an.M.3220. *Tertia* est Mermnadarum, qui & ipsi sunt Heraclidæ. Est regum V. è quibus primus est Gyges an.M. 3238. ultimus Crœsus, qui anno M.3406 victus est à Cyro.

10. Regnum Tyri sive Zidonis.

Duæ hîc sunt dynastiæ. *Prima* est XIV regum, è quibus primus fuit Abibalus an.M 2921; secundus, Hiromus Abibali F. qui Salomoni misit ligna ad ædificium templi. *Secunda* est VII Judicum, qui dicuntur Suffetes, ab anno M. 3364 ad an.3376.

11. Dynastia Macedonum.

Quatuor sunt dynastiæ Macedonum. *Prima* est regum XXIII ante Alexandrum M. è quibus primus est Caranus Heraclida, anno M.3137; ultimus, Philippus Macedo, anno M.3585. *Secunda* est Macedonum in Ægypto, regum XIII; è quibus primus est Alexander M. an. M.3620. secundus, Ptolemæus Lagides. Vide suprà Monarchias. *Tertia* est Macedonum in Syriâ sive Assyriâ, regum XXI; è quibus primus est Alexander M. secundus, Antigonus. Vide ibid. *Quarta* est Macedonum in Macedoniâ, regum XVII; è quibus primus est Alexander M. secundus, Aridæus &c. Vide ibid. Memineris autem hîc adnumerari Alexandrum M. atque ita hoc loco numerum regum unitate esse majorem.

12. Regnum Pergami.

Hæc dynastia est regum VI, inde ab anno M.3665. usque ad an.3817, quo moritur Attalus, dictus φιλομήτωρ; qui populum Rom. testamento hæredem reliquit.

13 Regnum Persarum.

Quatuor hîc sunt dynastiæ. *Prima* est monarchia regum XIV, de quâ suprà. *Secunda* est Arsacidarum, qui sic dicuntur ab Arsace, & potiti sunt rerum in Parthis, usque ad an. Chr.230. quo Artabanus, Arsacidarum ultimus, fuit occisus. *Tertia* est ab anno Chr.230, usque ad an. Chr.628. Hîc primus fuit Artaxares an. Chr.230; secundus, Sapor; vigesimusprimus, Cosroës Magnus; vigesimusoctavus & ultimus Jezdegird, qui anno Chr.628 interfectus fuit à filio

Chaldæa Babylonis. *Quarta* eſt inde a Mahumede: ubi primò Perſia fuit ſub Saracenis, poſtea peculiarem nacta eſt regem in hunc uſque diem.

14. *Regnum Siciliæ.*

Quatuor habet dynaſtias hoc regnum. *Prima* eſt antequam ad Romanos pervenit, ab anno M 3544, quo Dionyſius tyrannus incepit regnare. *Secunda* eſt ſub Romanis ante Chriſtum, & poſt Chriſtum ſub Impp. Romanis & Conſtantinopolitanis, uſque ad an. 1130. *Tertia* eſt ſub regibus Siciliæ & Neapolis, ab an. Chr. 1130, quo Rogerius, dux Apuliæ & Calabriæ, Neapoli poſt longam obſidionem Imperatori Conſtantinopolitano ereptâ, ab Anacleto II Antipapâ, titulum regis Siciliæ obtinuit. *Quarta* eſt ſub regibus Hiſpaniæ ſub Philippo II. an. 15[illegible]8.

15. *Regnum Wiſigothorum.*

Gothi utrique, tum Oſtrogothi tum Weſtrogothi, primò ex Scythia ſe contulerunt in Sveciam: deinde ex Sveciá profecti occuparunt Tauricam Cherſoneſum, inde vicina Thraciæ ad Iſtrum loca, ad extremum Galliam, Hiſpaniam, Italiam, Africam, Bohemiam. Hinc multiplex eſt Gothorum dynaſtia. Et primò quidem *dynaſtia* Gothorum orientalium & occidentalium antiquiſſima eſt ipſum Sveciæ regnum. *Deinde* dynaſtia Gothorum eſt in Scythiá Europæâ ad Mæoticam paludem. *Tertiò* dynaſtia *Weſtgothorum*, ſive Wiſigothorum, extra Sveciam & Scythiam eſt duplex. *Prima* eſt in Galliá & Hiſpaniá, regum xxxiv, e quibus primus fuit Athanaricus, anno Chriſti 369; ſecundus, Alaricus, anno 381; ultimus, Rodericus qui an 711. a Mauris regno fuit ſpoliatus. Ex his multi Chriſtianiſmum & literas edocti, defecerunt ad Arianos. Nam ſub Athanarico Gothi inter ſe diviſi ſunt, ita ut alterius factionis rex fuerit Athanaricus, alterius Fridigernus, qui dicti ſunt minores Gothi, Chriſtianiſmum & literas edocti a Wlfilá Ariano epiſcopo quorum reliquiæ adhuc ſunt in Mæotide. *Secunda* eſt in Hiſpaniâ tantum, & dicitur dynaſtia Gothorum Aſturum, anno 716. quo Pelagius, e regio Gothorum ſanguine, dux contra Saracenos electus, regni reliquias collegit. Ultimus rex Aſturum fuit Veremundus, an 1010, in quo Gothorum legitima proles defecit. Cæterùm, quod dixi, Gothos primò ex Scythiâ profectos in Sveciam, hoc ita habet. A Magog orti ſunt Scythæ & Gothi. Et Scythæ quidem manſerunt in Scythiá, Gothi verò inde progreſſi occuparunt Sveciam, & poſtea aliqui redierunt in Scythiam parvam. Atque hæc cauſa eſt, quòd Gothi á Scythis orti dicuntur: item Hunni, Poloni, Dani, & alii. Nam omnes illi ex Scythiá ſunt progreſſi in proprias ſedes.

16. *Regnum*

16. Regnum Longobardorum in Rugiâ & Pannoniâ.

Hæc dynaſtia incipit an. Chriſti 393.

17. Regnum Svevorum in Gallæciâ.

Hoc regnum cœpit an. Chriſti 408. fuitque regum x, è quibus nonnulli Ariani: ultimus fuit Andecan an. 584.

18. Regnum Vandalorum in Africâ.

Hoc regnum incipit an. Chriſti 428. eſtque regum ſex: è quibus ultimus eſt Gilimer an. 530.

19. Regnum Oſtgothorum.

Duplex eſt dynaſtia Oſtgothorum, ſive Oſtrogothorum. *Prima* eſt Oſtrogothorum ſub imperio Hunnorum, ante an. Chriſti 451. hoc ordine: Winitharius, Hunnimundus, Thoriſmundus, Walamir, Theodemir, & Widemir. *Secunda* eſt Oſtgothorum, excuſſo jugo Hunnorum: eſtque regum VII in Italiâ, è quibus primus eſt Theodericus (vulgo dicitur Theodoricus Veronenſis) Theodemiri F. an Chr. 451. ſextus, Totila, an. 541. ſeptimus, idemq; ultimus, Theia, an. 542, victus à Narſete. Vide ſeq. tit.

20. Regnum Italiæ.

Hoc regnum à variis dynaſtis fuit adminiſtratum. *Primus* rex barbarus in Italiâ eſt Odoacer, rex Herulorum, an. Chriſti 476. Regnat an. 16. & 6 menſ. Nomen hoc ſonat vaſtatorem agrorum, Odacker/ab oede/incultus: & fuit nomen militare regum Germaniæ. *Secundus* eſt Theodoricus Veronenſis, rex primus Oſtgothorum in Italiâ, an. 493. Regnat an. 33. *Tertius* eſt Athalaricus, nepos Theodorici an. 526. Regnat an. 8. *Quartus*, Theodatus an. 534. Regnat an. 2. *Quintus*, Vitiges an. 536. Regnat an. 4. *Sextus*, Theobaldus an. 540. Regnat an. 1. *Septimus*, Araricus an. 541. Regnat an 3. *Octavus*, Totilas an. 542. Regnat an. 10. *Nonus* eſt Thejas, an. 552, qui victus eſt à Narſete. Atque hic eſt finis regni Oſtgothici in Italiâ. *Decimus* Italiæ rex eſt Alboinus, ſub quo incipit dynaſtia Longobardorum in Italiâ, anno Chriſti 568: eſtque regum XXIII, uſque ad an. Chr. 756, quo Deſiderius, ultimus Longobardorum rex acceſſit ad gubernaculum, illudque tenuit annis 18. Huic dynaſtiæ Longobardorum Imperator oppoſuit dynaſtiam Exarchorum Ravennatum in Italiâ, quæ cœpit anno Chr. 569. ſub Longino, fuitque Exarchorum XV, uſque ad an Chr. 725, quo Paulus Patricius Eutychius, ultimus Exarchus, floruit uſque ad an. 743, quo anno Exarchatus ad Pontifices venit. Ex his videre eſt, regnum Italiæ poſt Chriſtum natum dividi poſſe in quatuor dynaſtias. *Prima* eſt Herulorum, regis unius. *Secunda* eſt Oſtgothorum, regum octo. *Tertia* eſt Longo-

bardorum & Exarchorum. *Quarta* est Pontificum Romanorum, inde ab anno Chr. 743.

21. Regnum Hierosolymitanum.

Anno Christi 1100 Godefridus Balduinus expugnatâ Hierosolymâ condit ibi regnum, quod fuit regum sex, neq; diu duravit. Fuit enim sublatum an. 1150.

22. Regnum Navarræ.

Hoc regnum condidit an. Chr. 629. Ennicus Arista, comes Bigornensis, postquam magnas Maurorum copias in Hispaniâ Tarraconensi delesset. Anno 1481 Cathatina, nubens Johanni Albretano, regnum ad ipsum attulit. Sed is, quòd contra Pontificem, Cæsarem, Hispanum & Venetos pro Ludovico XII Galliarum rege pugnasset, excommunicatus & proscriptus excidit regno penè universo, quod occupavit Ferdinandus Catholicus Hispaniæ rex. Johanna Albretana an. 1555 Antonio Borbonio nubens, reliquias regni ad eum attulit. & peperit Henricum Borbonium, qui Navarram cum Gallis conjunxit, anno 1590.

23. Regnum Norwegiæ.

Anno Christi 800. Gotho condit hoc regnum, quod anno 1387 conjunctum fuit c m regno Daniæ.

24. Regnum Arragoniæ.

Hoc regnum condidit Ranimirus an. Chr. 1018. Conjunctum est cum regno Castellæ an 1479 sub Ferdinando V, cognomento Catholico.

25. Regnum Legionis.

Anno Chr. 1020 Ferdinandus I rex Castellæ conjungit tria ista regna, Asturiarum, Legionis, & Castellæ.

26. Regnum Lusitaniæ.

Regnum Lusitaniæ seu Portugalliæ anno 1080 conditur ab Henrico duce Lotharingiæ, qui à socero Alphonso VI Castellæ & Legionis rege accipit eam partem Galliciæ, quæ nunc dicitur Portugallia.

Observatio de Hunnis, Gothis, Vandalis, eorumq; in Italiam, Germaniam, Galliam, Hispaniam & Africam irruptione.

Anno Christi 376, Valentiniano, Valente & Gratiano Augustis, ingens Romano Imperio mutatio evenit. N[illegible] *Hunni*, Scythiæ ultra Tanaim & Mæotim gens, transir[illegible] palude in Scythiam Europæam trajecere, atque *Alan*[illegible] regionem primùm sibi obviam invasere, magnâque st[illegible] editâ ipsos ad belli societatem adegere. Erant autem in Scythiâ Europæâ jampridem Gothis permixti Getæ & Gothini, quæ sunt gentes origine diversæ, utut alii confun[illegible]nt. At Gothorum alii erant orientales, alii occidentales: è quibus illi *Ostrogothi*, hi *Wisigothi* dicebantur. *Wisigothi* verò, qui

& Vit-

& *Vittungi* appellati ſunt, quidam fuêre *Grutungi*, alii verò *Tervingi*. Alani ab Hunnis preſſi, iisdem adjuvantibus Hunnis, adorti ſunt Grutungos, eosque vicerunt, Hermenericho ipſorum rege ſibi mortem conſciſcente, & Vithimari, ſucceſſore ipſius in prælio occumbente, Alatheo & Saphrace ad Danaſtum amnem fugientibus. Quod ubi ſenſit *Athanaricus*, rex Tervingorum, militem coëgit. Sed & ipſe ab Hunnis & Alanis ſuperatus, & à Tervingis ſuis deſertus eſt: qui pertæſi perpetuorum cum Hunnis bellorum, & inopiá coacti, ducibus Alavino & Fritigerno ad ripas Iſtri conſedere, Thraciâ potiſſimùm ad manſionem approbatâ. Miſere quoque ad Valentem Imp. Antiochiæ agentem, rogatum ut ſe reciperet, pollicentes ipſi fidelem in bellis operam, & fidei Chriſtianæ susceptionem. Admiſit ipſos Valens, & Arianiſmum ipſos docuit ipſe Arianus. Non multò poſt *Viderichus rex Grutungorum*, Vithimari filius, cum Alatheo & Saphrace (qui fuerant Viderichi tutores) ad Iſtrum, gentilium ſuorum exemplo, venerunt, orantes, ut & ipſi reciperentur. Sed repudiati ſunt à ducibus Valentis. Tumultuantibus verò Tervingis, eò quòd ſerviliter admodum haberentur à ducibus Valentis, advenit cum Grutingis Viderichus, trajecto amne. Ibi aliquoties cum Romanis certarunt, & tandem ſuperato Valente ipſum ſaucium in caſulâ cremarunt. Inde per latiſſimos Thraciæ, Mœſiæ, Daciæ & Pannoniæ campos, omnia ibi vaſtarunt. Eâdem tempeſtate etiam *Longobardi* Vandalos bello petierunt, ab extremis Germaniæ finibus, Oceaniquelitore, Scandiâque inſulâ egreſſi. Cæterùm etſi Theodoſius ſuperatis Grutungis, illos civitate donavit, & partem Romani agri ipſis attribuit: tanta tamen fuit reliquorum in proſequendo propoſito ſuo pervicacia, ut Græciam omnem, Pannonias & Italiam invaſerint. Nam ſub Honorio Alaricus Gothos, Alanos & Hunnos ex inferiore Pannoniâ in Italiam traduxit, & anno Chr. 410 Romam cepit. Eodem fere tempore, *Franci* in Galliam irrumpentes, Vandalorum viginti millia fuderunt. Quâ clade fracti Vandali cum Alanis & Svevis duce Gunderico, ſuperatis Pyrenæis, in Hiſpaniam profecti ſunt, adjuncto ſibi præſidio Honoricianorum. Francis verò ad ſedes ſuas reverſis, ſoli in Galliâ remansêre Burgundiones cum parte aliquâ Alanorum. Anno Chr. 419 *Wallia* rex Gothorum, ſuperatis ad Calpen Vandalis, Alanis & Svevis poſtulavit ab Honorio ſedes in Galliâ. Data eſt ipſi Aquitania ſecunda. Ita Galliam eodem tempore Romani, Burgundi & *Gothi* tenuere. Poſt exceſſum Honorii in Africâ Bonifacius dux, is ad quem Augustinus multa ſcripſit, artibus Aëtii ducis in Galliâ apud Placidiam ſubverſus, cùm videret ſe non tutò poſſe

Africam tenere, *Vandalorum Alanorumq; gentem* cum Genserico rege suo ex Hispaniâ evocatos in Africam admisit, anno 326. *Saxones* quoque & Angli evocati an.Chr.330 in Britanniam contra Pictos & Scotos, cùm relictis suis sedibus per Chaucorum & Frisiorum terras, ad Rheni usque ostia vagarentur, trajecerunt mare, & sedes in Britanniâ posuerunt. Anno Chr.447 Meroveus Francorum rex, invitatus labascente Romani Imperii statu & aliorum Gallias invadentium exemplo, Francis suis sedes in Galliâ quæsivit, totamque fere Galliam regno Francorum adjecit. Anno Chr.450 *Attila Hunnorum rex*, omnium ferè nationum septentrionalium victor, coacto immani quingentorum millium exercitu ex Hunnis & Germanis, Scythiam, Daciam, Pannonias & Germaniam vastavit. Victus ab Aëtio in campis Catalaunicis, in Italiam se recepit, eâque subactâ domum reversus inter nuptiarum gaudia periit. *Filii Attilæ*, dum de regno inter se contendunt, invadente ipsos Ardarico Gepidarum rege victi, desertâ Pannoniâ ad veteres sedes litoris Pontici abiere. Anno Chr.455 Saxones piratæ Aremoricum tractum infestarunt, Franci quoque & Alemanni transmisso Rheno in Galliâ prædas egerunt. An.461 *Gensericus* ex Africâ evocatus, Romam capit quadragesimo post Alaricum anno: Alemanni Rhætiam depopulantur. Anno 473 Roma tertiùm capitur à Ricimere. Nec multò pòst, an. 476 Odoacer Herulorum rex adscitis in commilitium Scyris & Rugis Germaniæ populis in Italiam progressus Romam cepit, imperante Augustulo, Deo per Germanos justas tyrannidis multos per annos exercitæ pœnas reposcente. Sic itaque Imperii majestate eversâ variæ gentes è Germaniâ septentrionali (quam Jornandes meritò vaginam & officinam populorum nationumque dixit) in Romanum solum sese effuderunt, ipsâ etiam urbe captâ atque direptâ. Habuit enim Gothos Longobardosque Italia, Vandalos Africa: Francos, Burgundos, Gothos, Gallia: Svevos, Alanos, Gothos, Vandalos, Hispania: Saxones, Anglos, Danos, Britannia. Hæ verò gentes Germanicæ omnes ab Aquilone erumpentes ingenti populorum eluvie Italiam, Galliam, Hispaniam, Britanniam, Africam, Asiam, Pannonias, Noricum, Vindeliciam, & alias provincias invaserunt. Ita mutatis vicibus, qui spoliarant, Romani, spoliati sunt. Chronologia est talis.

I *Franci*, populi Germaniæ, anno Chr. 287 Bataviam Galliæ regionem occupavêre. Inde usque ad an.Chr.418 à Romanis sæpè partim vincuntur, partim pacantur.

II. *Longobardi* an 393 in Rugiâ & Pannoniâ habitant.

III. *Svevi*, quorum sedes latissimè patuit, ingenti multi-


tudine se adjungunt Godigisilo regi Vandalorum per Germaniam in Gallias proficiscenti, allectis in commilitium Marcomannis, Herulis, Turcilingis, Alemannis, Saxonibus, & Burgundis: eamque biennium totum vastant, atque inde in Hispaniam penetrarunt, Gallæciamque occuparunt, constituto ibi regno ann Chr 408.

IV. *Hunni* ex Asiâ, sede suâ trans Tanaim & Mæotim, erumpentes, in Europam trajiciunt an. 744. & postea sub Attilâ ex Germaniâ irrumpunt in Galliam & Italiam.

V. *Vandali*, populi Germaniæ, co ipso tempore, quo Gothi, duce Rhadagiso in Italiam irruperunt an. 406. Iidem cum Alanis in Galliam penetraverunt, & inde cum Alanis & Svevis in Hispaniam profecti sunt, rege Gunderico an. 408. Anno 412 Vandali post Svevos Gallæciam occuparunt, Alani Lusitaniam. Anno 428 Gensericus ex Hispaniâ in Mauritaniam venit, ibique condidit regnum, quod dicitur dynastia Vandalorum in Africâ.

VI. *Gothi* anno Chr. 287 conati sæpiùs Istrum transmittere repelluntur Postea anno 369 duce Athanarico cœperunt emergere, & *Wisigothi* quidem in Gallia & Hispaniâ, *Ostrogothi* autem in Italia condiderunt dynastiam.

VII. *Longobardi*, Svevica gens, Pannonias egressi duce Alboino veniunt in Italiam, ibique regnum condunt anno Chr. 568.



XV. Chronologia Regum Germanorum.

An. M. | *Num. reg. Germ.*

1788. TUisco, sive *Tuistho & Tuizo*, anno 131 post diluvium à Noacho avo missus in Europam cum 20 ducibus, condidit regnum Germanorum & Sarmatarum, & post mortem a majoribus nostris fuit cultus uti nuntius & interpres deorum, & proinde est primus Germanorum Mercurius, dictus à Teutschen interpretari. Regnavit an. 175, vixit an. 209 & ampliùs tempore Nini & Semiramidis Aventinus hunc facit filium Noachi, qui nempe post diluviū ab illo sit genitus Verùm hæc sententia caret fundamento Potiùs itaque Tuisco videtur esse *Ascenaz* sive Ascenas, filius Gomer, de quo apud Mosen. Ab isto Gomer dicti sunt Germani & Cimbri, primò Combri appellati. Cæterùm nominis Ascenas vestigia sunt in Hessiæ & Saxoniæ vocabulis. *1.*

1963. *Mannus*, filius Tuisconis, apud Sarmatas Rheni regnavit tempore Belochi Persci & Abrahæ, annos 66. Aliàs appellatur *Minus*, Man & Mon. Illius filius *Trebir*, Treviros condidit, primos Germanos in Gallia Belgicâ. *2.*

2030. *Ingævon*, frater, vel, ut alii tradunt, filius Manni, Germanicè Ingaab vel Jnwohner regnat an. 45, tempore Abrahami. Ab hoc Germani, qui circa finus Oceani habitant, dicuntur Ingævones, Jnwohner/ quòd interiorem Germaniæ partem incolant. Plinio dicuntur Wigævvones, q. d. Wig sive Wogwohner. Hodiè Selandos vocamus, quorum alii ad ostia Rheni, alii ad Albim in Daniâ habitant. 3.

2075. *Istævon*, Germ. Ausstäb/ Ostem/ filius Ingævonis, regnat an. 50. Habuit uxorem nomine Freya/ quæ est Venus Germanorum, unde Freytag. Ab hoc dicti sunt Istævones, Plinio Witstævones, die weitsten wohner. Hi sunt populi ad Danubium & Rhenum remoti, quos Istævon gubernavit: putà Celtæ, Helvetii, Boji, Aravisci, Treviri, Vangiones, Treboci, Nemetes, Ubii, Batavi, Catti, Mattiaci, Tencteri, Bructeri, Angrivarii, Chasvarii & Frisii. Hi enim omnes nominabantur Wistwohner. 4.

2125. *Hermion & Herminon*, Hermann/ Istævonis F. tempore Isaaci regnat an. 65. Nomen habet ab exercitu. Ab hoc sunt Germani Herdevones, quos alii appellant Hermiones & Hermunduros, q. d. Herdwohner/ quales sunt Germani mediterranei, die auf dem harten wohnen: putà Semnones, Narisci, Hermunduri, Marcomanni, & Quadi. Ab isto Hermione ursa major dicta est der Heermans wagen: item templum Hermansaal/ destructum à Carolo M. 5.

2188. *Marsus*, Hermionis F. tempore Jacobi regnat an. 46. Hic est M rs Germanorum, à quo dicti sunt Dithmarsi & Stormarsi. Ab eodem conditum est Mersburg/ oppidum Misniæ. 6.

2234. *Gambrivius*, sive *Cimbrus* & *Cimbreus*, Marsi F. tempore Josephi regnat an. 44 Germanicè appellatur Kämpfer. Ab hoc quidam deducunt Cimbros, Cimmerios & Sicambros. Sed rectiùs & Cimbrus sive Cimber & Cimbri sive Cimmerii à Gomero, Japheti filio, deducuntur ut paulò ante monuimus. Hoc tempore apud Assyrios claruit Belochus junior. 7.

2287. *Svevus* Gambrivii F. regnat an. 48. Ab hoc Svevi & mons Svevus dicti sunt. Imperium ejus fuit à Svevo monte usque ad Rhenum. 8.

2326. *Vandalus* regnat an. 41. post mortem Josephi & ante nativitatem Mosis. Ab hoc dicti sunt Venedi & Vandali, die Wenden: qui circa Visurgis fontes habitarunt, postea in Africam infusi, regnum ibidem constituerunt, à Romanis tandem deleti. Ab his Vandalis diversi sunt Vandali, qui dicuntur Slavi, quales sunt Poloni, Bohemi, Slavoni & Croatæ. Vandalicæ civitates, putà Lubeca, Rostochium, Danticum, &c. sunt reliquiæ priorum Vandalorum. 9.

Teuto,

2367. *Teuto*, Teutsch/ Vandali F. tempore Mosis regnat an. 27. Ab hoc dicti sunt Teutones & Teutonarii. Hic fuit Germanorum Mercurius secundus. Dictus est à Teutschen/ *interpretari*, vel à Deuten/*innuere*. 10.

2394. *Alemannus*, Allmann/ sive Almon/ & Altmon sive Altman/ Hercules Germanorum, regnat an. 64. tempore Mosis. Hic est postremus regũ Germaniæ, quos Berosus commemorat. Quatuor habuit filios, quorũ nomina sunt hæc: Noricus, (Germ. Nornheerr/ item Nerein & Norein/ item Nero & Norejus.) Hunnus, Germ. der Haun/ Helvetius, & Bojus, à quibus hodieque certæ populorum nomenclationes sunt usitatæ. Cæterùm insigne Alemanni fuit leo, quem veteres Germani vocarunt Argle/ Aergle/ Arcle/ & Aercle. unde ortum est nomen Hercules. Hic rex majoribus nostris fuit deus belli, quem inituri prælia invocabant. 11.

2458. *Bojus*, der Beyer/ Alemanni F. regnat an. 60. tempore exitus Israëlitarum ex Ægypto. Ab hoc dicti sunt Boji, Bojari & Bojemi. Sub hoc rege duo exercitus, unus virorum (Cimbrorum) duce Medo, rege suo, alter mulierum (Amazonum, der Megzen) tanquam coloniæ in Asiam emissi sunt Amazones sive Amazonides Græcis, Mazones Germanis dictæ, (à Mazza/ i.e. *virago*) fuerunt uxores Cimbrorum, viris societate militandi conjunctæ. 12.

2518. *Ingram*, der Ingram Boji F. regnat an. 52. tempore Josuæ, Othonielis & Ehud. Nomen hoc notat infensum, infestum. 13.

2570. *Adelger*, sive *Adalger*, Ingrami F. regnat an. 39. tempore Ehud & Deboræ. Ejus filius *Theodo* Bojos deduxit in eam regionem, quam adhuc possident. 14.

2580. His temporibus iterum se exerunt Amazones: quibus regina una *Martpeis* in militiâ, altera *Lantpötin* domi præfuit.

2619. *Larein* (Tacito *Laërtes*) tempore Deboræ & Gideonis regnat an. 51. Ejus arma hodieque ostentant Rhæti & Norici. 15.

2670. *Ulsing* (Tacito *Ulysses*) tempore Gideonis & Tholæ regnat an. 53. Condidit Ulsiburgium, vulgo Aschiburgum ad Mœnum. Hic rex (ut & Ingram, Adelger, Larein, & reliqui) antiquis adhuc celebratur carminibus. 16.

2700. Paulò ante Brenni regis initium Cimbri expeditionem suscepêre in Asiam duce *Geltero*. Opposuit se iis Laomedon rex Trojæ: sed cùm parum proficeret, fœdus cum iis iniit. *Amazones* etiam in Asiam irrumpunt. Ita Germani ante bellum Trojanum non parvam Asiæ partem occuparunt, sibique vectigalem fecerunt.

2723. *Brennus*, Ulsingi F. aliâs *Berno & Breno*, der Brenner/ regnat an. 35. tempore belli Trojani, in quo Amazones, Scy- 17.

Anno M. | Num. reg. Germ.

thæ, Mœsi & alii Germani strenuè militarunt. Nominatim Amazones Trojanis fuerunt auxilio contra Græcos. Harum regina Penthiseléa ab Achille fuit interfecta. Post captam Trojam Cimbri & Amazones conjunctis copiis arma intulerunt Asiæ. A Brenno nomen habet mons *Breonus* sive *Pyrenæus*.

2759. *Hector*, aliâs *Hegcar* & *Hiccar*, der Hözkar/Hichter/Hykar/& Hechter/ab Hecken/i.e. mordendo, regnat an. 31. tempore Jephte. 18.

2790. *Francus*, aliâs *Franco* & *Francio*, der Franck/Hectoris F. regnat an. 41. tempore Samsonis. Ab hoc orti & dicti sunt Franci, sicut Galli à Gallo rege, de quo paulò pòst. 19.

2831. *Wolfheim Sickinger* regnat an. 58, tempore Samuelis. 20.

2869. *Kels*, *Call*. & *Hyllir*, tres filii Wolfheimi, succedunt tempore Saulis & Davidis. Appiano dicuntur *Celtes*, *Galates* & *Illyricus*, qui populis a se dictis, videl. Celtis, Gallis, & Illyriis imperarunt. Hucusque habetur continua regum Germanorum series. Deinceps per annos 250 varie regnatum videtur a Germanis. 21.

3340. Tarquinio Prisco Romæ regnante clari fuerunt apud Germanos hi reguli: *Bellovesus*, der Baldweiß/*Sigovesus*, der Sigweiß/*Helitonius*, der Held/*Medo* (alius ab illo, de quo ad an. 2458.) & *Ciconius*, der Zecco. Hoc tempore Ligures, Insubres, Svevi, Senones, Sicambri, Cimbri, Chamavi, aliique Galliæ & Germaniæ populi, ductoribus Belloveso, Sigoveso, Helitonio & Medone alpes transgressi Italiæ sese superfuderunt. Illos secuti sunt Boji, duce Ciconio.

3390. *Brennus*, dux Svevorum, bella gerit cum Romanis annos CX. & in Italia condit varia oppida, de quibus paulò pòst. *Rhetus* Thuscos deducit ad alpes, & regioni isti nomen de suo indidit.

3395. *Sacæ* (id est Saxones) apud Cyrum res magnas gerunt

3450. *Landinus*, aliis *Laudinus*, der Landin rex Getarum & Scytharum, id est, Germanorum orientalium, vincit Darium Hystaspin.

3570. *Brennus*, Svevorum regulus, Romam occupat.

3600. Germanorum rex *Mathaas* a Philippo Macedone vincitur. Sed paulò pòst vincitur Philippus à Germanis Danubii accolis

3620. *Norici* & *Boii* Alexandro M. bellum inferunt.

3626. Post mortem Alexandri M. apud Germanos clarent hi reguli: *Belgius*, *Brennus*, *Euridanus*, *Thessalus*, *Lomnorius* (aliis *Leonorius*, der Leanardt) & *Lutharius*, aliis *Lutherius* & *Lotharius*, der Luther; *Dromichetes*. Ex his *Brennus* duxit Celtas sive Cimbros in Græciam, & templum Delphicum oppugnavit: *Belgius* trucidavit Ptolemæum Κεραυνὸν: *Lomno-*

rius &

rius & Lutharius totam ferè Asiam sibi tributariam fecerunt: *Dromichetes*, Getarum rex, Lysimachum captum dimisit.

3728. *Viridomarus*, der Wirdmer/ vel Fridmayer/ rex Bojorum victus est à Marcello Cos. Rom.

3840. *Dorulacus*, der Durlach/ rex Bojorum, cum duobus fratribus, *Britomaro & Arioviſto*, vincitur à Romanis. Britomarus Germanicè sonat der Breitmar: Ariovistus, der Ernvest. Alii legunt Arionistus, der Ernst: alii ineptè Ariojustus, ut sit ex Græco Ἄρης, Mars, & Latino justus.

3838. *Celeus, Teutobochus & Bolus*, reguli Germanorum, variis cladibus afficiunt Romanos: & anno 3841 geritur bellum Cimbricum, in quo Germani intulerunt & acceperunt varias clades. C. Marius finem imposuit bello Cimbrico victis Germanis.

3877. *Divico*, rex Germanorum, cædit Lucium Cassium Cos. cum exercitu: & an M. 3888 M. Junium Syllanum Cos.

3880. *Ariovistus* frangit vires Gallorum. *Numejus*, rex Bojorum se conjungit cum Helvetiis, & Galliam ingreditur. Hunc cædit Julius Cæsar, ut & Ariovistum.

3890. Post Ariovistum in Germaniâ orientali imperat *Boërobistas* terror Romanorum.

3910. Circa hæc tempora Augustus Cæsar *Cotisoni*, Getarum (ii tum erant Germani) filiam suam Juliam despondet, & *Marobodum*, regem Svevorum, magnitudine beneficiorum in fœdus illicit. Verùm enimverò Germani antiquum obtinent, h. e. Romanis servire nolunt. Hinc varia ultrò citroque bella sunt gesta. Vibius & Vinicius domuerunt *Pannonios*: Lentulus *Gothos* sive Getas, qui & Daci appellabantur, tribus eorum ducibus, nominatim Cotisone, cæsis, repressit. Inter hæc *Sicambri* sive Bestofali, duce *Melone*, Lollium cum copiis profligant. Drusus *Cattos, Sicambros, Svevos & Cheruscos* aggreditur. Druso succedit Tiberius frater, qui *Marcomannos* primò adoritur. Tum Pannonia & Dalmatia rebellant, rege *Bathone*. Iccircò Tiberius Marcomannis omissis *Pannonias* aggreditur & domat.

An. Christi. 10. Quintilius Varus Germaniæ magnæ præficitur. Ejus avaritiam, libidinem atque superbiam cùm Germani ferre non possent, proceres hi, *Libes* sacerdos Cattorum, *Segimundus* filius Segesti, sacerdos Cheruscorum, *Veromarus Cattus*, *Egimarus*, & filius *Sesithacus*, Cherusci, *Berthorites*, frater Melonis (de quo paulò ante) cum filio *Theoderico*, Sicambri, clanculum conjurant, authore *Harminio*, sive Armenio, filio *Segimari*, duce Cheruscorum, der Hertzischen / habitantium ad sylvam Herciniam. Neque solùm conjurant, sed etiam effectum dant suum propositum. Nam aggrediuntur

Varum, & non procul a Padelbornâ tres legiones Romanorum cædunt. Interea Marobodus fugax in latebris sylvæ Hercyniæ latitat. Hinc Arminius Tacito appellatur Germaniæ liberator: Marobodus autem proditor & desertor patriæ à popularibus vocatur.

19. Anno sexto Tiberii Arminius occiditur à cognatis, quos Tiberius mercede ad hoc conduxerat.

45. Sub Claudio Cheruscorum gens regem Romæ petit: & impetrat *Italum*, qui unus reliquus erat stirpis regiæ, & apud Urbem habebatur. Paternum huic genus è Flavio fratre Arminii, maternum è Cathomaro principe Cattorum.

71. *Exercitus utriusq; Germaniæ* salutant Vitellium Imperatorem Germanicum.

72. Sub Vespasiano *Claudius Civilis Bathavus*, *Brenno Caninefas*, i. e. Selandus, *Julius Sabinus Lingon*, *& Tullius Valentinus Trevir* regio genere procreatus, bellum movent Romanis. *Sido & Italus*, reges Svevorum, in commilitium acciti à Vespasiano, in primâ ipsius acie versantur.

91. Sub Domitiano *Germani* movent bellum Dacicum, commoti avaritiâ Domitiani, quòd solitis stipendiis defraudarentur.

105. Trajanus expeditionem parat in *Dacos*, quorum rex erat *Decebalus*, dux autem *Susagus*. Ab hoc tempore usque ad annum Christi 236 Germani variè rebellarunt & insurrexerunt adversùs Romanos, & ab iis variè sunt vexati.

236. Dum Romani cum Maximino decertant, Daci (qui & Getæ sunt, & Scythæ, & Gothi) à Trajano perdomiti fractique, hactenus quieti, hâc tempestate vires recuperant, & *Argunthem* sive *Austrogotham* regem creant: deinde conjunctis sibi finitimis Vandalis, Gepidis, Svevis, Marcomannis, Quadis, Peucinis, Basternis, Carpis & Bojis, transito Danubio, Mœsias & Thracias depopulantur. Tum initium fuit belli Scythici, sive Gothici, quod continenter cum omnibus ferè Romanis Impp. est gestum, donec Italiâ, Româ, postremò Hispaniis potiti sunt Gothi.

369. *Athanaricus* condit dynastiam Westgothorum: *Winitharius* dynastiam Ostrogothorum an. 451. *Odoacer*, rex Herulorum, in Italia floret an. 476. &c. Vide paulò ante.

458. *Svito*, sive *Svido*, item *Sito* & *Sido*, rex Germanorum populum à se cognominatum, *Svitones* (Helvetios) traducit in loca Burgundiæ & Rheno proxima.

772. Carolus M. regulos Germanorum (in quibus nominatim est *Witekindus*) ad Christianismum adducit.

Observatio.

De prisco regno Germanorum hæc summatim accipe. Ab orbe restituto anno 101, tempore Nini (vel, ut Aventi-

nus pu-

nus putat, tempore Nimrothi) anno M.1788 *Tuiſco* gigas, pater Germanorum & Sarmatarum cum XX ducibus, Semi, fratris ſui (ut Aventinus loquitur. Nam Tuiſconem facit quartum filium Noë) nepotibus ex Armeniâ venit in Europam. Frater ejus *Scytha* occupavit eam partem, quæ hodiè Scythia appellatur. Ab hoc Germani appellati ſunt Scythæ. Cæterùm Tuiſco luſtrato longè lateque eo tractu, qui eſt inter Rhenum, & Pontum Euxinum, & Tanaim, omnem ambitum in regna, toparchias & tetrarchias diviſum, regulis ſuis distribuit, & colonias ubique deduxit. Reguli iſti ſivè duces hi fuerunt: *Sarmata, Dacus ſive Danus, Geta ſive Getus, Tibuſcus, Moëſa, Phrygus ſive Brygus, Thynus ſive Bithynus, Dalmata, Jader, Albanus, Savus, Panno, Salon, Azalus, Hiſter, Adulas, Diclas, Obalus, Epirus.* Hi occuparunt loca, quæ hodieq; nomina ſua ab ipſis indita retinent: uti ſunt *Sarmatia; Dacia ſive Dania; Getæ, Goti & Gotolandia; ſinus Godanus, à Goto & Dano dictus; Myſia ſive Mœſia; Phrygia; Bithynia; Dalmatia; Jadera Colonia; Albania; Savus fluvius; Pannonia; Sala urbs in Pannoniâ; Azalorum populus ibidem; Iſtria; Adulas mons inter OEnum & Rhenum; Epirus.* Cæterùm Germania pluribus diſtincta fuit nominibus. Nam & Scythia, Getarumque regio, quà contingit Pontum, vocabatur: ultra Viſtulam, orientem verſus, Sarmatia: citrà verò & Galatia, & Gallia, & Celtica: etiam Alemannia, Francia, & Teutonia. Nimirum Germania olim erat terrarum Europæ maxima. Sed redeamus ad Tuiſconem. Is leges condidit, easque certis carminibus comprehendit. Lucos & nemora, in quibus res divina peageretur, conſecravit: unde noſtrum walfart à wald. Ædificia extruxit: adulteria præſenti pœnâ cohibuit: denique literas invenit, ad quarum ſimilitudinem ſuas Kadmus conformavit. Hinc magna eſt affinitas linguæ noſtræ cum Græcâ, non tantùm literarum naturâ & poteſtate, ſed etiam vocabulorum proprietate atque ſimilitudine. e. g. θύρα, thür: κυσσεῖν, küſſen: μετὰ, mitt: ἱμάτιον, hembd: γῆ, gaw: λύχνος, licht: ἀργὸς, arg: φαῦλος, faul: λύσαι, löſen: ἐχθρὸς, ächter: μύλη, mül: χέτλιος, ſchädlich: πῦρ, für Saxonicè. A Tuiſcone uſque ad *Kels, Gall & Hyllir* habetur continua ſeries regum Germanorum. Quinam deinceps uſque ad Tarquinium Priſcum vel Cyrum imperaverint in Germaniâ, non ita liquet. Hoc autem liquet, Galliam & Germaniam unum regnum fuiſſe. Hinc ſcriptores, qui ante Romanos Imperatores vixerunt, Germanos haud aliter quàm Celtas, Gallos, & Galatas appellant. Et Strabo Germanos quaſi legitimos fratres Gallorum interpretatur. Memorabile eſt, quod Aventinus ait, Gallos pleroſque ortos eſſe à Germanis: &, quemadmodum poſt natum Chri-

ſtum longo tempore Germaniæ conjuncta fuit Gallia, ex Germaniâque ortis regibus paruit: ita ante Chriſtum natum Germanis obediſſe principibus, unumque regnum, unum imperium cum Germaniâ fuiſſe. Videamus jam hiſtoriam Germanorum ſub Tarquinio Priſco. Tum temporis Ligures, Inſubres, Svevi, Senones, & reliqui, de quibus paulò ante ad an. 3340, ductoribus Belloveſo, Sigoveſo, & reliquis ibidem dictis, alpes hactenus inſuperabiles transgreſſi, Italiæ ſeſe ſuperfundunt. Deinde Boji pulſi Bojemiâ, Hercyniaq; à Marcomannis Sveviæ populis veſtigia priorum, rege *Ciconio*, ſubſequuntur. Cùm jam inter amnem Padum alpesque omnia tenerentur, Pado trajecto, non Hetruſcos modò, ſed etiam Umbros veteres colonos agris pellunt, Anconam uſque omnia occupant. Cis Apenninum tamen ſe tenuêre. Condiderunt Mediolanum, Ticinum, Comum, Brixiam, Veronam, Bergomum, Tridentum, Vincentiam, Mutinam, Parmam, Bononiam, Laudem Pompejam, & alia quædam oppida inſtaurarunt. Bojorum tribus in Italiâ fuerunt CXII: Bononia caput fuit, ipſis Bojobonia dicta. *Brennus* dux Svevorum bella geſſit cum Romanis centum ac decem annos, & ſex urbes in Italiâ condidit, Hochoſenam, Teutonicam, Senam, Veronam, Brixiam, Ticinum & Mediolanum, eo tempore, quo Romæ Capitolium eſt conditum circa annum M. 3360. Porrò Thuſci duce *Rheto*, avitis ſedibus amiſſis, alpes occupavere, & nomine ducis Rhetorum gentem condiderunt. Darium Hyſtaſpim vicit *Landinus* rex Germanorum orientalium, quos Scythas & Getas vocant. Hujus filiam Darius in matrimonium petierat. Landinus Perſæ affinitatem ſprevit. Darius ita ſe contemni non æquo ferens animo, Daciam ingreſſus ſeptingentis millibus hominum Danubium ponte committit. Anno M. 3480. regnante Artaxerxe Magno, Eſtheræ marito trecenta millia Germanorum novas ſedes hinc inde quæſiverunt. Ex iis portio, duce *Brenno*, filio regis Angilorum in Sveviâ, in Italiâ conſedit: portio Illyricos ſinus per ſtrages barbarorum penetravit, & in Pannoniâ conſedit. *Brennus* Svevorum regulus legatione miſsâ ſocietatem init cum Dionyſio Siciliæ rege, hoſte Romanorum. Is pactâ ſocietate, & Teutonum auxilio auctus, bellum velut ex integro reſtaurat. Germani quoq; ejus ſocietate freti, Hetruſcorum oppida, quæ nondum expugnaverant, bello laceſſunt, & Senones ſive Svevi duce Brenno Romam capiunt anno M. 3560. Camillus Senones cædit, & Romam liberat. Vario Marte deinceps pugnatum eſt à Germanis & Romanis, inprimis tempore Fabii Maximi & Scipionis. Philippus Macedo, pater Alexandri M. domitâ Græciâ in eam

Germaniæ Magnæ partem, quæ Istro Pontoq; contermina est, Danubio trajecto, prædandi causâ proficiscitur, & *Mathaam* regem Germanorum vincit. Sed revertentem Philippum accolæ Istri vicerunt & vulnerarunt. Zopyrion quoque, præfectus Alexandri M. à Germanis victus est. Inter auxilia Darii Codomanni fuerunt etiam *Svevi*. *Norici Bojiq;* Alexandro bellum indixerunt, ut antiquis canitur carminibus. Post mortem Alexandri M. Germanorum alii duce *Belgio* Macedoniam, alii Græciam ducibus *Brennone, Euridano & Thessalo*, alii Thraciam cum *Lomnorio & Lothario* regulis petiverunt, & castris circa Hemum locatis, contra Cassandrum & Lysimachum, reges Macedonum, pugnarunt. *Drocmichetes*, Getarum rex, Lysimachum regem inferentem sibi bellum vivum cepit. Tantus deinde fuit Germanici nominis terror, ut etiam reges non lacessiti, ultrò pacem ingenti pecuniâ mercarentur. Solus rex Macedoniæ Ptolemæus Ceraunos adventantibus ipsis occurrit cum exercitu. *Belgius* pacem ipsi offert. Sed Ptolemæus insuper habitâ conditione pacis in prælio captus occiditur. Hæc cùm nuntiata per omnem Macedoniam essent, luctu omnia replentur. Desperantibus omnibus, Sosthenes unus de Macedonum principibus Macedoniam ab hostili Germanorum depopulatione defendit. Hoc ægrè ferens Brennus, centum quinquaginta millibus peditum & quindecim millibus equitum in Macedoniam irrumpit, & victo Sosthene totius Macedoniæ agros deprædatur. Idem frustrà obsidet templum Delphicum, Euridano & Thessalono ducibus. Brennus in istâ obsidione vulneratus, cùm dolorem ferre non posset, pugione vitam finivit. Reliquias ipsius exercitus Antigonus trucidavit, eâ de causâ nominatus Soter. At *Lomnorius* (quem Strabo Leonorium nominat) & *Lutharius* in Thraciâ Byzantium occupant. Inde progrediuntur in Asiam, & occupatâ Trojâ Bithyniam & totam ferè Asiam sibi tributariam faciunt, eamque velut examine aliquo implent. In Bithyniâ occupant eam regionem, quæ ab ipsis Galatia est dicta. Tanta tum erat armorum Germanicorum in oriente felicitas. Sed in occidente res Germanorum a Romanis paulatim attritæ fuerunt. Nam ante bellum Punicum II. M. Claudius Marcel. Cos. primus Romanorum cum exercitu Apenninum montem, Padumque amnem transcendit: cum Bojis, eorumque sociis manus conseruit, eos aliquot præliis egregiè fudit, ad pacis demum conditiones coëgit. Nam *Viridomarum*, regem illorum suâ manu occidit. Istriam quoque & Illyricos tum subjecere Romani. Hannibale Italiam adfligente ad Trasimenum lacum Germani acerrimè pro Romanis pugnarunt, sed infe

liciter. Eodem anno, quo Hannibal Romanos vicit ad Cannas, L. Posthumius cum exercitu à Bojis deletus est. Superato Hannibale à Romanis Cn. Servilius Cos. contra Germanos mittitur, sed nullâ re memorabili gestâ Romam rediit. Factâ deinde pace cum Carthaginensibus P. Ælius Cos. C. Appium cum duabus legionibus & quatuor cohortibus agrum Bojorum invadere jussit. Sed Boji cæso Appio Placentiam captam diripiunt, indeque ad Cremonam diripiendam pergunt. Hîc L. Furius Purpurio cum Bojis pugnam conserens tres ipsorum Imperatores nobiles cædit, Bojis in fugam versis. Deinde Cn Cornelius Cethegus & Q. Minutius Ruffus Coss. depopulantur fines Bojorum. Sequenti anno L. Valerius Cos. circa Litanam sylvam Bojos fundit. Idem subsequenti anno Procos. circa Mediolanum vincit Bojos & socios eorum, *Dorulaco* ipsorum Imp. strenuè pugnante. Eodem anno (devicto jam Philippo Macedoniæ rege) T. Sempronius Cos. in Bojorum agrum legiones ducit, & post variam pugnam illos vincit. Cornelius Scipio Africanus cum alio exercitu Bojos invadit. Bojorum res tum *Dorulacus*, regulus eorum, cum duobus fratribus, *Britomaro & Ariovisto* gerebat. Deinde L. Quintius & Cn. Domitius Coss. Bojorum agros rursus vastant. Ad extremum P. Cornelius Nasica Scipio aliquot millia Bojorum acie vincit. Boji aleam belli tentare ampliùs detrectantes ex Italiâ (quam tenuerant annos 400) ad Noricos & Tauriscos usque ad Istrum (qui & Danubius) demigrant, & inter Danubium & Dravum sedes capiunt, ubi nunc pars Austriæ Hungariæque est. Germani non diu quieverunt Nam post annum ab V C. 640 Teutones, Cimbri & Ambrones cum regibus suis *Celeo, Teutobocho & Bolo*, transcenderunt Rhenum, & Romanos multis affecerunt cladibus. Ac principiò Cn. Papirium Carbonem Cos. cum exercitu deleverunt, vexato Illyrico. Deinde ad Helvetios profecti, illisque sibi adjunctis totam Galliam occuparunt. Transgressi Pyrenæos montes Hispaniam invaserunt, magnâ illatâ calamitate. Inde pulsi à Celtiberis in Gallias remigrarunt. Cùm omnem Galliam occupassent, in Provinciam Romanorum tendunt *Divicone* principe, & Lucium Cassium Cos. in finibus Allobrogum cum exercitu cædunt. Mox legatos mittunt ad Senatum, petentes ut populus Rom. aliquid sibi terræ daret, quasi stipendium: cæterùm ut vellet, manibus atque armis suis uteretur. Senatus negavit. Repulsi igitur, quod nequiverant precibus, armis petere constituunt. Itaque M. Junium Syllanum alterum Cos. aggressi, castris exuunt, cum exercitu cædunt. Inde Scaurum Aurelium Cos. & M. Manlium atque Servilium Cæpionem proconsules vicerunt.

Germa-

Germani itaque eâ tempestate quinque simul consulares exercitus populo Romano abstulerunt: quo metu omnis Italia contremuit. Actum erat de Romanis, nisi C. Mario, qui in Africâ bellum feliciter gesserat contra Jugurtham regem Numidarum, decretum fuisset bellum Germanicum. Ille enim duobus præliis Teutonas & Ambronas vicit, *Teutobocho* rege ipsorum capto. Tertio prælio Cimbros delevit, *Celeo* rege trucidato, Tigurinisque fugâ ignobili dilapsis. Ab hoc deinde tempore majestas populi Romani resurrexit. Mithridates, magnus rex Ponti, duarum & viginti gentium rex, totidem linguis jura dicens, velut turbo septentrionem orientemque involvit armis adversus Romanos. Ad Sarmatas Germanosque mittit legatos, & variis beneficiorum muneribus illicit. Bella cum Romanis per XLVI annos gerit. Dum hæc in Asiâ geruntur & Græciâ, Germani & Galli servili tumultu, *Granico* duce, Italiam correptis armis vastant, domiti tandem à M. Crasso. Interim ad septentrionem rex Germaniæ *Ariovistus* (cujus uxor soror erat Voccionis regis Noricorum) cum copiis Rhenum in Gallias transit. Gallorum viribus fractis centum viginti millia Germanorum in Gallias traducta sunt. Bojorum quoque, qui in agrum Noricum transierant, triginta millia rege *Numejo* ad Helvetios vicinos consanguineosque suos perrexerunt. Helvetii & Boji conjunctis viribus occupare Gallias, indeq; in Provinciam Romanam & Italiam contendere meditabantur. Ad flumen igitur Rhodanum, & Genevam oppidum extremum Allobrogum armati consident. Divitiacus Heduus Galliarum princeps profugus Romam ad Senatum auxilium postulatum venerat. Mittitur in Galliam à Romanis cum aliquot legionibus C. Julius Cæsar, vir consularis, socer Cn. Pompeji Magni. Is Helvetios cum Bojis vincit, & supplicibus veniam dat, Helvetiis domum redire jussis, & Bojis in Heduorum finibus collocatis. Bello hoc confecto, totius Galliæ legati ad Cæsarem veniunt, & de Germanis conqueruntur, multa quotidie millia Rhenum transire, quibus locos, sedes, agros dare cogantur: futurum esse, ut paucis annis omnes è Galliæ finibus pellerentur. Cæsar legatos mittit ad *Ariovistum*, regem Germanorum, qui ab illo postularent, ut aliquem locum medium utriusq; colloquio deligeret, velle se de republicâ, & summis utriusque rebus cum illo agere. Ariovistus superbo responso legatos dimittit. Ubi ad arma ventum, Ariovistus victus fugâ elabitur. Belgæ Germanis transrhenanis se conjungunt. Sed & illi vincuntur à Cæsare. Eburones autem Germani cisrhenani inter Mosam & Rhenum legatos Cæsaris & unam legionem cum quinque cohortibus interficiunt. Hâc

clade auditâ Cæsar adeo indoluit, ut barbam capillumque submiserit. Tum Belgæ omnesque Germani ad arma concurrunt, & Cæsarem ex Germania expellunt. Galli quoque sæpiùs rebellant, inflati auxilio Germanorum. Cæsar itaque cùm compertum haberet, Germanos esse invictos, neque Gallos sine eorum favore in officio quietos contineri posse, trans Rhenum in Germaniam mittit, & animos Germanorum, quos ferro non poterat, auro sibi conciliat, muneribus allicit, stipendiis invitat: ab ipsis equites peditesque accersit, quorum operâ Galliam perdomitam felicissimè in provinciam redigit. In bello deinde civili Cæsar operâ Germanorum usus est in Græciâ, Hispaniâ, Europâ, Ægypto, Asiâ & Africâ. Nam & *Voccio*, rex Noricorum, in id bellum trecentos Cæsari misit equites. Apud Pompeianos etiam quingenti fuêre Germani. Confecto bello civili Cæsar fit Dictator perpetuus. Sub idem tempus post Ariovistum in Germania orientali imperat *Boërobistas*, genere Dacus, qui Dacos & Getas crebris cladibus attritos, victus sobrietate, & quotidiana armorum meditatione, laborumque patientia eò promovit, ut facilè cæteris Germaniæ populis anteirent. Hic fretus bonis suorum artibus latissimum intra paucos annos peperit imperium, finitimisque omnibus subjectis Danubium trajecit, Julium Cæsarem armis lacessivit, Thraciam, Macedoniam, & Illyricum, Romanas provincias, ferro flammaque devastavit, Apuliam, indeq; Romam invadere paravit, maximum terrorem Julio Cæsari & populo Romano incussit. Bojos, qui ad Danubium & Draum sedes tenuerant annos CL, postea quam Italia pulsi eò transierant, in Germaniam Magnam traduxit, & intra flumina Tyram, Borysthenem & Vistulam finitimasque regiones vicatim distribuit, ubi nunc sunt Roxolani, Bolii, Bodolii, Ungari, Moldavii, Valachi. Habitarunt ibidem Boji commixti Basternis, Alanis, Gepidis, Vandalis, Quadis, Sarmatis, & paruerunt regibus Dacorum, quos Getas vocant. Apud scriptores posthac ne nomen quidem Bojorum occurrit. Quidquid gestum est, Gotis adtribui solet: quorum magnitudo Bojos obscuriores reddidit. Post mortem Attilæ demum velut nova sobole aucti vires recuperarunt. Et hæc à Germanis gesta sunt *ante Cæsarum tempora*. Nunc breviter indicabimus, quo pacto Romanos Imperatores ultiò etiam lacessere ausi fuerint Germani. Duos quippe perpetuos hostes, Parthos atque Germanos, hinc occidens, illinc oriens Romanæ majestati velut obices fataliter obdiderunt. Ipsa quidem Germania sæpiùs triumphata, nunquam tamen victa est. Sub Octavio Augusto Daci, Getæ cæterique Magnæ Germaniæ populi, Romanos diffidentes ar-

mis

mis adoriri & invadere parabant. Augustus, ut Germani facilius nova affinitate continerentur, *Cotisoni*, Getarum regi, Juliam filiam despondit, sibi quoque invicem filiam regis in matrimonium petiit. Claudius Tiberius Nero, privignus Augusti, novies in Germaniam mittitur à vitrico, & muneribus animos Germanorum sibi conciliat. Sicambros, Cattos & Svevos in ditionem accipit. Quadraginta eorum millia in Galliam traducit, juxtaque Rheni ripam collocat. *Marobodus* quoque, rex Svevorum, magnitudine beneficiorum in fœdus illectus est ab Augusto. Verùm enimverò Germani semper ad ingenium reversi, non potuerunt ferre jugum Romanum. Hinc varia orta sunt bella, putà Dacicum, Gothicum, & similia, usq; ad annum Christi 772: quo tempore Germani à Carolo M. ad fidem Christi sunt conversi, variis bellis priùs attriti. Anno 843 Ludovicus, Ludovici Pii Imp. F. Caroli M. nepos, fit rex Germaniæ. Nam Lotharius, Ludovici Pii F bello cum fratribus sedato, & transactione facta, Ludovico Germaniam, & Carolo Galliam concedit, sibi retentis Imperio & Italia. Anno 876 *Ludovicus*, Ludovici præcedentis F. Belgium, Hassiam, Saxoniam, & alias provincias obtinet titulo regis, annos VI. Deinceps Germania paruit Romano Imperatori. Possunt itaq; dynastiæ sive periodi regni Germanici constitui numero quinque, hoc modo.


I. *Libera respublica* fuit ab anno M.1787 ad an. M.3718.

II. *Respublica turbata* ab anno M.3718 ad an. Chr.236. inde à Marcello usq; ad initium belli Gothici.

III. *Respublica amplificata per colonias* sive migrationes in Galliam, Hispaniam, Africam &c. ab an. Christi 236 ad an. Christi 526.

IV. *Respublica iterum turbata:* ab anno Christi 526. ad an. 772.

V. *Respublica Christiana*, inde à Carolo M.



XVI. Chronologia Regum AEgypti.

R*Egnum Ægyptiorum* dividitur in dynastias XXXII usque ad monarchiam Augusti. Ex his *octo priores cum dimidiâ sunt proleptica* & fictitiæ, hoc est, ab Ægyptiis, qui jactitabant se esse προσελήνους, longè ante creationem mundi introductæ: *reliquæ sunt* historicæ; ita ut 110 annus nonæ dynastiæ concurrat cum anno mundi primo. Nos adnotabimus illa, quæ sunt illustrandæ historiæ sacræ propter synchronismum rerum Israëliticarum cum regno Ægyptiaco.

Quia verò Africani & Josephi chronologiæ sub initium dissident, è regione collocabimus utramque.

Anno M.	Africanus.	Josephus.	An. Mundi.
	Dynastia XVIII.		
2252.	*Amos sieve Amasis*, Pharao III, ecclesiæ Israëliticæ hospes.	*Amenophis.*	2245.
	Paulò ante hæc tempora Jacob cum universâ familiâ in Ægyptum descendit.		
2349.	*Misphragmuthosis*, Pharao VIII, est tyrannus infanticida.	*Orus*, alio nomine *Busiris.*	2367.
	Hoc tempore nascitur Moses.		
2452.	*Acherres*, Pharao IX, est tyrannus.	*Armesis.*	2453.

Hoc tempore Moses educit populum ex Ægypto.

Dynastia XX.

2593. *Psusennes* putatur esse Chepreues Herodoti, & Chabreas Diodori, & Vaphris ad quem Salomon dicitur literas dedisse, cùm templi ædificium moliretur. Hujus filiam Salomon sibi despondit.

3963. *Susennes* Scaligero est Sesach, ad quem fugit Jeroboam, cùm à Salomone quæreretur ad necem *1. Reg 10.* Hic idem rex depopulatus est Judæam anno 5 Roboami *1. Reg. 14.* Diodoro Siculo dicitur Sasokis, Justino Susakis, Josepho *σουσάκ*, LXX interpretibus *σουσακεὶμ* & *σουσακίμ*.

Dynastia XXIV.

3182. In hâc fuit unicus duntaxat rex *Bocchoris Saites.* Hic est *So*, sive *Sua* *2. Reg. 17.* Josepho dicitur *Soa*, cum quo collusit Hosea rex Israëlis contra Salmanassarem anno M. 3224.

Dynastia XXV.

3248. *Tarachon* appellatur Tiraka, LXX *θαρακά* *Esa. 37. v. 9.*

Dynastia XXVI.

3333. *Pharao Nechao*, vel Neco, victus est à Nebucadnezare. Vide de illo *2. Reg. 23.* Jer. *40.*


3356. *Apries*, Eusebio Vaphres, Jerem. *44.* dicitur Hophrea, cujus anno 5 casus Sedekiæ contigit.

3381. *Amasis* conspirat contra Apriem, eumque dejicit. Jerem. *44.*

3425. *Psamminitus* à Cambyse vincitur. Ab eo incipit dynastia XXVII, quæ est Persarum in Ægypto ab anno 5 Cambysis, usque ad annum 12 Darii Nothi, quo Ægyptus deficit à Persis usque ad Artaxerxen Ochum, qui anno M. 3601 recuperat Ægyptum, ita ut ab eo ineat XXXI dynastia, quæ est secunda Persarum in Ægypto. Artaxerxi Ocho succedit

Arses

Arses F. & huic Darius Codomannus, quem Alexander M. prælio victum imperio evertit. Ab eo incipit XXXII dynastia, quæ est Macedonum in Ægypto. Hæc fuit regum XIII, ab Alexandro M. ad Cleoparram. Successionem vide in Chronologiâ Monarchiæ Græcorum sub tit. reg. Ægypti.



XVII. *Chronologia Dynastiarum Romanorum.*

An. M.		Num. dynastiarum.
	Novem *dynastiæ* Latinorum commemorantur, hoc ordine.	
	Prima dynastia Coriti-Janigerarum, h.e. posterorum Coriti & Jani.	
1799.	*Gomer*, filius Japheti, regnavit an. 127. Anno regni ejus 103 Cham, qui & Chamesenus, in Italiam venit, eamque suis corrupit sceleribus.	1.
1926.	*Janus senior*, regnat an. 45. Hic est Noë, qui perlustratâ Asiâ & Africâ in Europam venit, & in Italiâ in agro Viterbiensi consedit, ibique Hetruscos condidit. Postea rediit in orientem.	2.
1971.	*Sabatius Saga*, regnat an. 31. Hic fuit patruus magnus Nini, pulsus ab ipso anno M. 1820. Fuit rex & Pontifex maximus Armeniorum, dictus Saturnus. Hinc fabula de Saturno expulso per Jovem, id est, Ninum.	3.
2001.	*Coritus*, sive *Cranus*, regnat an. 61. Hic fuit filius Herculis primi, i e. Thubalis filii Japhet.	4.
2063.	*Aurunus Coritus*, regnat an. 41.	5.
2104.	*Malottages Coritus*, regnat an. 39.	6.
2143.	*Sicanus*, regnat an. 30. Sub hoc giganres opprimunt Italiam.	7.
2210.	*Osiris Ægyptius*, ex Ægypto vocatus in Italiam. Hic gigantes expulit ex Italiâ. Regnavit an. 10.	8.
2220.	*Lestrigo Gigas*, ab Osiride avo præfectus Italiæ. Regnavit an. 33.	9.
2253.	*Lybius*, cognomento Hercules, Italiam rexit annis 20. Postea in Hispaniam se recepit, eamque valde senex gubernavit, imperio Italiæ commendato Thusco filio.	10.
2283.	*Thuscus*, filius Herculis, regnat an. 35.	11.
2318.	*Alteus*, regnat an. 20.	12.
2338.	*Kitim*, qui & *Italus* & *Atlas*, regnavit an. 13. Ejus filia fuit Roma, quæ à patre creata fuit prima regina Aboriginum, & prima urbis Romæ fundamenta posuit. Sub hoc rege divisa fuit dynastia, ita ut *Aborigines* usque ad Æneam regnarint in Italiâ, *Coriti-Janigenæ* in Thusciâ usque ad an. M. 3689,	13.

An. M. | *Num. dynastiarum.*

quo tempore Tyrrhenus sive Larthes, ultimus Hetruriæ rex, urbem Hetruriæ Romanis dedit, & finem isti regno imposuit.

Secunda dynastia est Aboriginum.

2384. *Saturnus sive Romanessus Priscus*, annis 71. Est deus Romanorum tutelaris. 1.

2456. *Picus Priscus*, annis 63. 2.

2519. *Faunus Priscus*, annis 30. 3.

2549. *Amnus*, annis 51. 4.

2601. *Vulcanus*, annis 21. 5.

2621. *Janus junior*, tempore Deboræ. Hic est Mars Italus sive Latinus, qui urbem condidit in monte, quam à suo nomine Janiculum appellavit. 6.

2641. *Saturnus*, al. Romanessus, *junior* regno suo pulsus venit ad Janum. 7.

2654. *Picus*, tempore Gideonis regnat an. 37. 8.

2691. *Faunus*, regnat an. 44. Hoc tempore Evander venit in Italiam, & Hercules bella gerit ibidem. 9.

2735. *Latinus*, habitus fuit filius Fauni, cùm revera esset filius Herculis ex Laviniâ, quæ ab eo priùs quàm Fauno daretur in uxorem, imprægnata fuit. Latinus iste est socer Æneæ. 10.

Tertia dynastia Æneadarum.

2771. *Æneas*, ante tempora Simsonis. 1.

2774. *Ascanius*, Æneæ F. Agnominatur etiam Julus. 2.

2811. *Sylvius Posthumus*, Æneæ F. tempore Samuelis. Nomen Sylvii deinceps in hâc dynastiâ hæsit. 3.

2840. *Æneas Sylvius.* 4.

2871. *Latinus Sylvius*, tempore Saulis & Davidis. 5.

2922. *Alba Sylvius*, tempore Salomonis. 6.

2961. *Capetus Sylvius*, tempore Jeroboami. 7.

2987. *Capys Sylvius:* qui ædificavit Capuam. 8.

3015. *Calpetus* (aliis Capetus) *Sylvius.* 9.

3027. *Tiberinus Sylvius*, tempore Josaphati. 10.

3035. *Agrippa Sylvius*, Ovidio Remulus. 11.

3076. *Alladius* (Livio Romulus) *Sylvius.* 12.

3095. *Aventinus Sylvius.* Ab hoc mons Aventinus nomen accepit: quòd Aventinus in eo sepultus esset. 13.

3132. *Proca* (Ovidio Palatinus) *Sylvius.* 14.

3155. *Amulius Sylvius* occupat regnum excluso Numitore fratre majore. 15.

3189. *Numitor Sylvius*, à nepotibus suis, Romulo & Remo, restituitur regno, occiso Amulio. 16.

Quarta dynastia est Latinorum sive Regum.

3198. *Romulus*, nepos Numitoris, transfert regni sedem ex Albâ in coloniam novam, Romam. Constituit novam reip. formam, diviso populo in tres partes, tribus appellatas: sin- 1.

gulis

gulis præfecit tribunum. Rursus singulas tribus divisit in decem curias,& singulis curiones præfecit.] *Num. dynastarum.*

Interregnum an. 1.

3236. *Numa Pompilius*,tempore Ezechiæ,sacra ordinat,annum reformat,leges condit. 2.

3279. *Tullus Hostilius*, homo bellicosus. 3.

3311. *Ancus Martius*,Numæ nepos. 4.

3335. *Tarquinius Priscus*,antea Lucumo dictus, construxit Capitolium tempore Nabuchodonosoris. 5.

3373. *Servius Tullus*, Tarquinii gener. Occisus est à Tarquinio Superbo Tarquinii Prisci F. 6.

3417. *Tarquinius Superbus*, excogitavit vincula, compedes, fustes,catenas,exilia. Pulsus fuit regno, quòd Lucretiam Collatini uxorem per vim stuprasset,anno M.3441, quod appellatur tempus Regifugii. 7.

Quinta dynastia Coss.

3442. Consules primi fuerunt L. Junius Brutus & P. Valerius Poplicola.

Sexta dynastia Tribunorum.

3514. Tribuni militum consulari potestate.

Septima dynastia Coss.


3585. Coss. in integrum restituuntur.

Octava dynastia Impp.

3900. *Julius Cæsar* incipit imperare. Successionem vide in Chronologiâ monarchiæ Rom.

An. Christi. *Nona dynastia divisionis Imperii.*

800. Imperium dividitur in Græcum & Romanum tempore Caroli M.



XVIII. Chronologia Regnorum hodie florentium.

Anno M. I. REGNUM SCOTIÆ.

3618. REgnum Scotiæ incipit, tempore Alexandri Magni. Primus rex est Fergusius I. Ferquardi regis Hiberniæ F. Ab isto usque ad Jacobum VI, h.e. an. Chr.1567, habetur continua series regum Scotiæ. Dividitur hoc regnum in duas dynastias. *Prima* est à Fergusio, sive anno M.3618, usque ad Robertum Stuartum, h.e.an.Chr.1370. Inde regnarunt Stuarti *in secundâ dynastia* usque ad Jacobum VI, qui trimus regnum iniit anno Chr.1567, & illi Angliam anno 1603 conjunxit. Successio Stuartorum est talis. *Num. Stuartorum reg. Scot.*

An. Christi.

1370. *Robertus II*, Stuart. 1.

1390. *Robertus III*, F. 2.

1406. *Robertus IV*, Roberti III frater. 3.
1419. *Jacobus I*, Roberti III F. 4.
1424. *Jacobus II* F. 5.
1460. *Jacobus III* F. 6.
1488. *Jacobus IV* F. 7.
1512. *Jacobus V* F. 8.
1541. *Maria* Jacobi V vidua. 9.
1560. *Maria* F. Hæc anno 1558 nupserat Francisco regi Galliæ: quo defuncto, rediit in Scotiam, ubi nupsit Henrico Arli sive Stuarto: quem interfici curavit: unde in insulam est deportata; pòst elapsa in Angliam anno 1568, ibi est decollata, postquam 18 annos captiva fuisset detenta. 10.
1567. *Jacobus VI* Mariæ ex Henrico Stuarto F. 11.

II. Regnum Daniæ.

Regnum Daniæ, ante Christi nativitatem annis 1051 ortum, non potest ad Chronologiam accommodari ante annum Chr. 775, quo cœpit regnare *Gotricus*. Alii incipiunt anno 815, quo floruit *Ivarus*, tempore Caroli M. Dividitur in duas dynastias. *Prima* est Danorum ab Ivaro descendentium usque ad an. Chr. 1438, quo moritur Ericus X. *Secunda* est regum extraneorũ, & nominatim ducum Slesvvici & Holsatiæ hoc ordine.

Anno Chr. — Reg. Dan.

1439. *Christophorus Bavarus* succedit Erico X, cujus erat nepos ex sorore. 1.
1448. *Christiernus* sive *Christianus I*, dux Holsatiæ. 2.
1478. *Johannes* F. incipit regnare vivente patre. 3.
1514. *Christiernus* II F. 4.
1522. *Fridericus* I, frater Johannis. 5.
1537. *Christianus* III. Friderici F. 6.
1559. *Fridericus* II. F. 7.
1588. *Christianus* IV. F. annorum 13. 8.

Bertius in suâ Germaniâ author est, primum regem, nomine *Danum*, vixisse anno M. 2898, & ab illo usque ad nostra tempora deducit continuam seriem, sed non adjecto tempore.

III. Regnum Hungariæ.

Sex commemorantur *dynastiæ Hunnorum*. *Prima* est barbarorum, & incipit anno Chr. 381. quo primus ipsorum rex Balamber cœpit esse clarus. Huic successit Mundzuch, pater Attilæ. *Secunda* est ducum, qui è Scythiâ in Pannoniam reduces, evocati à suis gentilibus Hunnis, condiderunt dynastiam anno 744. Successio hîc est ejusmodi: Arphad, Zultan F. Toxos F. Zultani, Gayza sive Geisa Toxi F. qui primus fidem Christianam est amplexus. Huic successit *Stephanus* dux Hungariæ, anno 997, rex factus anno 1000. At-

que

que hîc incipit *tertia dynastia*. *Quarta* incidit in an. 1302. quæ est regum Germanicorum & Francicorum, putà Wenceslai, Orthonis Bavari, Caroli filii Caroli Martelli, Ludovici F. Mariæ F. & Caroli II. *Quinta* est Bohemorum, anno 1387. quo Sigismundus Caroli IV. Imp. filius, Mariæ desponsus, capessit regnum, quod gubernat annis 51. Cum eo expirat dynastia Bohemorum in Hungariâ. *Sexta* dynastia est Austriacorum hoc ordine.

Anni Chr.		*Reg. Hung.*
1438.	*Albertus* gener Sigismundi.	1.
1440.	*Ladislaus* F. coronatur infans. Tutor ipsi datur Johannes Hunniades. Hoc tempore Vladislaus Polonus ab Amurathe cæditur ad Varnam an. 1444. Vladislaus iste ab Hungaris erat evocatus, antequam Elisabetha Alberti vidua enixa fuisset Ladislaum.	2.
1458.	*Matthias Hunniades Corvinus*. Hic per omnes Turcæ ditiones coëmit libros in expugnatione Constantinopolis & Athenarum servatos, & iis instruxit bibliothecam Budæ; quæ conflagravit anno 1526, cùm Solymannus victo Ludovico Budam cepisset.	3.
1491.	*Vladislaus*, Casimiri Poloniæ regis F.	4.
1516.	*Ludovicus* infans. Hic anno 1526 victus est à Solymanno, & in paludibus suffocatus.	5.
1537.	*Ferdinandus Austriacus*, profligato Johanne Zepusiensi Weivvodâ.	6.
1563.	*Maximilianus* F. Imperator.	7.
1572.	*Rudolphus* II. F. Imp.	8.
1610.	*Matthias* II, postea Imperator hoc nomine primus.	9.
1618.	*Ferdinandus* II.	10.

IV. Regnum Angliæ.

Novem hîc commemorantur *dynastiæ*. *Prima* est Britannorum ante Cæsarem. *Secunda* est Romanorum in Britanniâ à tempore Julii Cæsaris. *Tertia* est *Anglo-Saxonum* ab anno Chr. 449 usque ad 800. Hæc dynastia est valde confusa. Primò siquidem regnarunt reges Cantii, tum Saxones australes, dehinc orientales: quorum regnum modò à Merciis sive mediterraneis, modò ab occidentalibus, aliquoties à Cantianis regibus est possessum. Fuerunt etiam hoc tempore reges Northumbrorum ad septentrionem. Inprimis hîc excellit Witekindus Magnus, qui obiit anno 807. Is fuit è stirpe Bobonis Saxonum regis, qui vixit an. 260. *Quarta* est Anglorum, quorum primus rex fuit Egbertus an. 800. *Quinta* est Danorum, an. 1017. In hâc dynastiâ primus rex fuit Canutus. *Sexta* est Normannorum, an. 1067, quo Guilielmus Normanniæ dux ad regnum pervenit. *Septima* est Gallorum Blesensium, an. 1136. *Octava* est

Gallorum Andegavensium, an.1200. *Nona* est regum extraneorum, puta Wallorum, sive Comitum Richemontanorum, hâc serie.

Anno Chr. — *Reg. Angl.*

1483. *Henricus VII.* *1.*
1519. *Henricus VIII F.* *2.*
1547. *Eduardus VI F.* *3.*
1553. *Maria* Henrici VIII F. *4.*
1558. *Elisabetha* soror Mariæ. *5.*
1603. J*acobus VI* rex Scotiæ, ejus nominis I in Angliâ. *6.*

V. Regnum Hispaniæ.

Tempore Vandali, regis Germanorum, anno M.2326. *Hispanus*, filius Hispalis, nepos Herculis Libyci fuit clarus. Sed ab eo non potest duci continua series usque ad annum Christi 369, quo incipit *prima Hispaniæ dynastia*, quæ est Westgothorum, inde usque ad ann.Chr.711. Hæc fuit regum 34. Primus fuit Athanaricus, à quo usque ad decimum, nempe Alaricum an.Chr.483, Westgothi regnarunt in Galliâ & Hispaniâ. Sed cæso Alarico in campis agri Pictaviensis, regnum Tholosæ finem accepit, & ab hoc tempore regnum Wisigothorum (sive Westgothorum) intra Hispanias constitit. Ultimus rex fuit Rodericus an.701. qui à Mauris fuit exutus regno an.711. *Secunda dynastia Hispaniæ fuit Asturum*, qui ex Gothis fuerunt oriundi, quâ de causâ solent appellari Gothi Astures. Astures isti unà cum Cantabris invicti perstiterunt adversus Saracenos, ac Pelagium ducem sibi elegerunt è familiâ Roderici, novæ dynastiæ authorem, anno 716. Hæc dynastia usitatè appellatur Asturiarum & Legionis. *Tertia est Asturiarum, Legionis & Castellæ*, quam inchoavit Ferdinandus I. rex Castellæ, ductâ Sanctiâ Alphonsi regis Asturiarum & Legionis filiâ, ann.Chr.1020. *Quarta* est Castellæ, Arragoniæ & Siciliæ, quam inchoavit Ferdinandus V, cognomento Magnus & Catholicus, anno 1479. Hujus filia Johanna nupsit Philippo archiduci Austriæ, & peperit Carolum V. *Quinta* dynastia est Hispaniarum an.1578; quo tempore in Philippo II. Caroli V. F. omnia Hispaniarum regna confluxerunt: videlicet regnum Hispaniæ, Arragoniæ, Siciliæ, Neapolis, Sardiniæ, Portugalliæ &c. Philippus iste periit phtiriasi horribili, & in agone fassus est se spatio 33 annorum expendisse 564 milliones ducatorum, è quibus nihil nisi cordolium pro fructu reportaverit. Philippo II successit filius Philippus III. an.1598. Huic successit filius Philippus IV. an.1620.

VI. Regnum Poloniæ.

Quinque dynastiæ hìc recitantur. *Prima* est ante tempora Piasti, quæ ad certos annos redigi non potest. *Secunda* est

ducum

ducum Piastadarum, anno Chr. 806, quo Piastus ex rustico factus est dux Polonorum. *Tertia* est regum Piastadarum an. 1000, quo Boleslaus filius Miecislai, primi ducis Christiani in Poloniâ, creatus est rex ab Ottone III Imp. *Quarta* est regum Jagellonidarum, qui sic dicuntur à Jagellone Lithvano, qui baptizatus est an. Chr. 1386 & Vladislai IV nomen accepit. *Quinta* est regum exterorum, putà Hungarorum, Gallorum & Svecorum, inde ab anno Chr. 1571, quo moritur Augustus, ultimus Jagelloniæ stirpis masculæ. Successit ipsi Henricus rex Galliæ: & huic Stephanus Bathori Transsylvanus an. 1576: & huic Sigismundus III rex Sveciæ an. 1587.

VII. Regnum Bohemiæ.

Bojorum nomen est valde antiquum, ut patet ex Chronologiâ regum Germ. Sed admodum confusa est dynastiæ Bohemicæ historia ante annum Chr. 1086. quo tempore Vratislaus ab Henrico V. Imp. primus regis titulum accepit. Duæ itaque possunt constitui hujus regni dynastiæ. *Prima* est ducum, quorum primus fuit Zechus, à quo Bohemi dicuntur Zechiadæ. Frater istius Zechi fuit Lechus, à quo Poloni dicuntur Lechiadæ. *Zechus*, natione Slavus, invasit terram anno 649. Illi successit *Crocus* qui obiit anno 709. Croco successit *Libissa* filia, cujus maritus fuit *Primislaus*, qui Pragam condidit, & genti leges præscripsit, anno 712. Huic successerunt *Nimislaus*, *Mnatha*, *Voricius*, *Wenceslaus*, *Bela*, *Nostricius*, *Borsivogius*, qui anno Chr. 900 primus Christo nomen dedit. Successionem seqq. ducum vide in Germaniâ Bertii. *Secunda* est regum, inde ab anno 1086, quo tempore Vladislaus ab Henrico IV creatus est rex Bohemiæ.

Anno Chr. In hâc secundâ dynastiâ est talis successio, inde à Carolo IV.

1346. *Carolus IV.* Imp. & rex Bohemiæ.

1363. *Wenceslaus* F.

1420. *Sigismundus* frater Wenceslai.

1438. *Albertus* gener Sigismundi.

1440. *Ladislaus* adhuc infans. Ejus tutor fuit Fridericus III Imp.

1458. *Georgius Podiebracius.*

1471. *Ladislaus* Casimiri Poloniæ regis F.

1517. *Ludovicus* infans.

1527. *Ferdinandus Austrius.*

1562. *Maximilianus* F. Imp.

1575. *Rudolphus* F. Imp.

1612. *Matthias* Imp.

1617. *Ferdinandus II.* Imp. Contra hunc eligitur *Fridericus V*, elector Palatinus, anno 1619: sed pellitur anno 1620.

VIII. Regnum Sveciæ.

Hoc regnum est valde antiquum. Nam continua series, adnotato charactere temporis, deducitur à Magog nepote Noachi an. M. 1745 usque ad hunc annum Christi 1623. Vide Germaniam Bertii. Cæterùm ab anno Chr. 800 usque ad hunc annum constituo tres dynastias hujus regni. *Prima* est regum domesticorum à Biorno III, anno Christi 813. usque ad an. 1387 quo tempore regnum pervenit ad reges Daniæ, è quibus prima fuit Margareta Daniæ regina. Atque hæc est *secunda dynastia* sub regibus exteris. *Tertia dynastia*
An. Christi. incipit an. Chr. 1523, quo tempore *Gustavus* recuperat libertatem regni Svecici. Successio in hâc dynastiâ est talis.

1523. *Gustavus.* an. 38.
1561. *Ericus* F. an. 8.
1568. *Johannes III* frater an. 25.
1594. *Sigismundus* F. qui an. 1587 factus erat rex Poloniæ. Contra hunc eligitur *Carolus IX*, patruelis Sigismundi, coronatus anno 1608. Carolo successit nostrâ ætate *Adolphus-Gustavus* F. anno 1611.

IX. Imperium Turcicum.

Incunabula hujus imperii incidunt in an. Chr. 622; quo tempore *Mahomed* rerum potitus inchoavit regnum Saracenorum seu Arabum in Persia, regum 26, usque ad an. Chr. 1545. Idem *Mahomed* inchoavit eodem anno 622 *Chaliphatum*, i. e. vicariatum in Bagded & Damasco. Chaliphæ numerantur inde usque ad an. Chr. 868. numero 30. Postea divisus est Chaliphatus iste in Chaliphatum Syriæ & Ægypti anno 869. Chaliphatus Ægypti floruit usque ad an. Chr. 1245. quo rerum potiti sunt Mamaluki sive servi. Chaliphatus Syriæ duravit usque ad an. Chr. 1255. Ab eo tempore crevit Turcarum potentia, inprimis anno 1297 sub Ottomanno, unde imperium ipsorum appellatur Ottomannicum. Successio est talis post Ottomannum, qui lingua ipsorum appellatur Sultan Osman vel Othmen, & regnavit annos 29. *Turcæ Ottomannidæ.*

1326. *Orchan* F. Ottomanni. an. 31. Hic cepit urbem Bursam, vivo adhuc Othmene, & ibi collocante sedem imperii. 1.
1357. *Morad* sive Amurates, F. Orchanis. an. 31. 2.
1388. *Wilderim Chan Bajazet*, an. 9. Hic Bajazetes captus est à Temur Cham. 3.
1403. *Emir Suleiman* F. Bajazetis, succedit post interregnum sex annorum, & regnat an. 7. 4.
1410. *Muse Gilibi* frater, an. 3. 5.
1413. *Sultan Mehmed* frater, an. 8. 6.
1421. *Morad Chan* sive Amurates II. filius Muhamedis, an. 31. 7.

Sultan

Anno Chr. | | Turca Ottomannida.

1457. *Sultan Mehmed*, vel Muhamed II. F. an. 32. Hic expugnavit Constautinopolim. 8.

1483. *Sultan Bajazet II.* F. Mahumedis II. an. 30. 9.

1514. *Sultan Selim*, sive Selimus F. an. 6. 10.

1520. *Sultan Suleiman*, sive Solimannus F. an. 45. 11.

1565. *Sultan Selim*, sive Selimus II. F an. 10. 12.

1575. *Morad*, sive Amurates III. an. 20. 13.

1595. *Mehmed*, sive Muhamed III. an. 9. 14.

1604. *Achmat*, sive Amath, an. 17. 15.

1620. *Muhamed IV.* fuit strangulatus anno 1622. 16.

1622. *Mustapha.* 17.

10. *Magnus Ducatus Moscoviæ.*

Tres constituo dynastias imperii Russici sive Moscovitici. *Prima* est reip. liberæ, hoc modo. Anno Chr. 861 *Varaji* fratres tres, *Ruricus*, *Sineus* & *Trubonus*, apud Russos septentrionales regnare cœperunt: ad quos genus Russiæ principum referunt annales Russici. *Ruricus* solus reliquit post se filium *Igorum*, qui ex Olgâ Plescoviensi suscepit filium *Sventoslaum* sive Stoslaum. Hic inter tres suos filios, *Ieropolcum*, *Olegam*, & *Ulodimirum* partitus est principatum. *Ulodimirus* fratribus, qui bellum ipsi intulerant, à se peremtis, Russiâ potitus est totâ. Ab hoc deinde omnes Russiæ sive Moscoviæ principes orti sunt. Nam Ulodimirus reliquit XII filios, è quibus *Jaroslaus* reliquit nepotem *Ulodimirum*, cujus posteri tenuerunt imperium longâ serie. *Secunda* dynastia est Moscorum sub Tartaris, qui victo cæsoque Georgio principe, Moscos sibi tributarios effecerunt, atque ex suo arbitrio ipsis duces constituerunt. Hic est talis successio: Daniel, Johannes Kaleta F. Johannes II Kaletæ F. Demetrius F. Johannis II, Basilius F. Demetrii, Georgius frater Basilii, Basilius II filius Basilii I, Johannes III, qui jugo Tartarorum excusso valde amplificavit imperium. *Tertia* dynastia est Moscorum à jugo Tartarico liberatorum: ubi talis est successio post Johannem III. Basilius F. Johannis, Johannes Basilides, Theodorus F. Basilidis, Borissus Hodum electus à proceribus, Demetrius Basilidis F. profugus in Poloniâ, posteà magnus dux factus, sed ipso nuptiarum die interfectus, anno 1605. In ejus locum electus est Basilius Juanovvicius.

An. Christi.

11. *Dynastiæ Electorum Romani Imperii.*

988. Hæ dynastiæ cœperunt sub Ottone III Imp. qui floruit anno Chr. 984. 1.

990. *Electoralis archiepiscopatus Moguntinus* cœpit. Primus elector fuit *Willigis*, carpentarii filius, qui sortis suæ memor, rotam passim pinxit: unde rota insigne archiepiscopatus Moguntini. 2.

Anno Chr.		Elect. Imp.
990.	*Electoralis archiepiscopatus Coloniensis* cœpit. Primus elector fuit *Heribertus* comes Rotenburgensis ad Tuberam, cancellarius Ottonis III Imp.	2.
989.	*Electoralis archiepiscopatus Trevirensis* cœpit. Primus elector fuit *Ludolphus* Saxonici sanguinis.	3.
1280.	*Regnum Bohemiæ* sub Rudolpho I. Imp. fit *Elect. ratus.*	4.
1006.	Henricus dux Bavariæ ab Henrico II Imp. constituitur primus *Elector Palatinus.*	5.
1004.	Benno dux Saxoniæ, Angriæ & Westphaliæ ab Henrico II. Imp. fit primus *Elector Saxoniæ.*	6.
990.	Hugo, marchio Brandeburgicus, supremus Ottonis III Imp. præfectus in Thusciâ & Hetruriâ, fit primus *Elector Brandeburgicus.*	7.

12. *Dynastia Archiducum Austriæ.*

928. Leopoldus, cognomento Illustris, ab Henrico I Imp. fit primus *Marchio Austriæ*; quo titulo fuit insignitus, qui imperii fines repressis hostibus egregiè tutatus fuerat. Ob eandem fortitudinem Cæsar Henricus ei filiam suam Richardam uxorem dedit. Fridericus, anno 1440, ex duce primus *Archidux* factus est, & post obitum Alberti II Imperator.

13. *Dynastiæ Ducatuum, Marchionatuum, Landgraviatuum &c.*

1180. Otto Wittelsbachius à Friderico I Imp. accipit *Ducatum Bavariæ.*

1249. Henricus Marchio Misniæ primus suæ familiæ fit *Landgravius Thuringiæ.*

1273. Fridericus primus suæ familiæ investitur *Burggravius Noribergensis* à Rudolpho I Imp.

1236. Otto Parvus creatur primus *dux Brunsvicensis & Luneburgensis* à Friderico II Imp. Genus ejus refertur ad Brunonem comitem, qui floruit an 930 tempore Henrici Aucupis, cujus fuit patruus.

1348. Albertus I à Carolo IV investitur *dux Megapolitanus, princeps Vandaliæ.*

1358. Ericus I est *dux Saxoniæ inferioris*, Angriæ & Westphaliæ.

1420. Theodoricus comes Aldenburgensis & Delmenhorstanus acquirit *ducatum Holsatiæ* per conjugium Hedvvigæ. Cæterùm ducatus Holsatiæ est ramus Witichindeæ stirpis, quæ est valde antiqua. Nam Witichindus Saxo, qui obiit an. Chr. 807 fuit oriundus ex stirpe Bobonis regis Saxonum, qui floruit anno 260.

1124. Wartislaus I primus ex *Ducum Pomeranorum* familiâ fidem Christianam amplectitur.

Hen-

1263. Henricus Brabantinus est primus suæ familiæ *Hassiæ Landgravius.*

1414. Adolphus Comes Cliviæ & Marchæ in concilio Constantiensi à Sigismundo Imper. investitur primus *Dux Cliviæ.*

1495. Eberhardus Barbatus in comitiis Wormatiensibus ab Imper. Maximiliano I creatur primus *Dux Wirtembergicus.*

1155. Hermannus Marchio Veronensis, cum Friderico I Imp. Italiâ relictâ, Germaniam ingressus, primus ab ipso creatus est *Marchio Badensis & Hochburgensis.*

1240. Henricus I, Bernhardi electoris Saxoniæ F. à Friderico II Imp. constituitur Harciniæ *Princeps in Anhalt.*

1140. Vladislaus ethnarcha Poloniæ fit *Princeps Silesiæ.*

14. *Dynastiæ quorundam Comitatuum.*

682. Adolphus hoc tempore est *Comes Nassoviæ* & Tutor Hassiæ.

863. Theodoricus I à Carolo Calvo Imp. dono accipit *Hollandiam* titulo *Comitatus.*

1222. Poppo *Comes Hennebergicus* claret.

1340. Guntherus *Comes Schwartzeburgensis* floret.

1264. Burchardus fit primus *Comes Mansfeldensis.*

1114. Adolphus à Lothario Saxone Imp. creatur primus *comes Holsatiæ.*

1430. Theodoricus fit primus *Comes Oldenburgii & Delmenhorstæ.*

1453. Ulricus fit primus *Comes Frisiæ Orientalis.*

1456. Henricus fit primus *Comes Stolbergensis.*

1400. Ulricus fit primus *Comes Hanovicus*: & circa idem tempus Otto fit *Comes Solmensis.*

1370. Simon *Comes Lippiæ* claret.


1470. Ludovicus, Friderici Victoriosi, electoris Palatini F. fit *Comes Leonsteinius.*

15. *Dynastiæ ducalis Venetorum.*

Anno 706 Paulus Anazetus fit primus dux Venetus.

16. *Dynastiæ Helvetiorum.*

Anno 1315 libertas Helvetiorum incipit in Schvvitz, Ury & Undervvalden: quibus postea diverso tempore accedunt Lucern, Zürich, Zug, Glaris, Bern, Solodurn, Friburg, Basel, Scaphusen & Appenzel, quæ loca appellantur XIII *Cantones.*



XIX. *Chronologia Regum Galliæ.*

Anno M. 2367. NArbon (aliis *Harbon*) tempore Teutonis regis Germanorum fuit rex in Galliâ, unde quædam ejus pars Nar- *Num. reg. Gall.*

An.M. | *Num.reg. Gall.*

bonensis est dicta. Vide Willichium in Germaniâ Taciti.

2770. *Francio*, quem perperam faciunt Hectoris Trojani filium, gubernat provincias in Pannoniâ, ibique condit urbem Sicambriam, ubi hodie est Buda. Ego cum Aventino putârim Francionem sive Franconem istum esse ipsissimum Francum, filium Hectoris Germanorum, de quo vide Chronolog. reg. Germ.

2889. *Gall*, rex Germanorum, nomen dedit Gallis, h. e. Germanis, qui habitarunt in eo tractu, qui dicitur Gallia. *Sicambri.*

3498. *Sicambrorum dynastia* incipit h. e. Germanorum istorum, qui titulo regum gubernarunt illam Germaniæ partem, ubi hodie sunt Westphali & Geldri. Dicti sunt Sicambri & Sygambri quasi victoriosi Cimbri, vel, ut vult Aventinus, quasi pro victoriâ pugnantes Sigtember. Ab his Sicambris originem suam habent hodierni Galli sive Franci. Pars etiam à Cimbris orti sunt: ii videl. qui Nortmanniam incolunt Nordmanni siquidem sunt Cimbri, qui ex Aquilone progressi Gallias diu depopulari sunt, ibique sedes posuerunt, quas adhuc habent. Cæterùm, ut ad Sicambros redeamus, primus illorum rex fuit *Marcomirus*, Antenoris Trojani F. Regnavit an. 28. tempore Artaxerxis Longimani. Aventinus author est, *Utharium*, regem Italiæ, genuisse Antenorem. Utharius Germanis est *Outher*, q. d. custodia exercitus. 1.

3526. *Antenor II F.* regnat an 30. 2.

3556. *Priamus F*, regnat an. 26. 3.

3582. *Helenus I. F.* regnat an. 44. ante Alexandri M. tempora. Nomen habet à serenitate. 4.

3626. *Antenor III F.* regnat an. 30. Ab hujus uxore Cambrâ dicti putantur Sicambri. Ego malim derivare à Cimbris. 5.

3656. *Priamus F.* regnat an. 26. Sub hoc Sicambri didicerunt linguam Saxonicam. 6.

3682. *Helenus II F.* regnat an. 18. 7.

3718. *Nicanor F.* regnat an. 34. tempore Hannibalis. Hic gloriosam victoriam reportat de Gothis in Saxoniæ fines irrumpentibus, & Germaniam depopulantibus. 8.

3742. *Marcomirus II F.* regnat an. 28. Fuit doctus, prudens, & philosophiæ studiis imprimis addictus. 9.

3770. *Clodimirus*, sive Clodomirus, Germanicè Luitmer, qui populum auget, Marcomiri F. regnat an. 11. tempore Antiochi Epiphanis. Occisus fuit à Romanis in prælio. 10.

3781. *Antenor IV. F.* regnat an. 16. 11.

3797. *Clodimirus II. F.* regnat an. 20. 12.

3817. *Merodacus F.* regnat an. 28. Multa cum Romanis, Gallis, Moguntinis, Trevirensibus, & Coloniensibus bella gessit. 13.

3845. *Cassander F.* regnat an. 21. Gallis fortissimè resistit. 14.

Antharius

Anno M. | *Sicambri.*

3866. *Antharius* F. Galliam miserè populatur, tandem ab hoste Gallo cæsus. Regnavit an 34. 15.

3900. Perturbata est series regum Sicambrorum. 16.

Anno Chr. *Sicambri post Christum.*

50. Hîc quibusdam incipit *prima dynastia Francorum*, hâc serie: quanquam hæc dynastia re vera est Sicambrorum.

62. *Antenor V.* regnat an 7. 1.

69. *Ratherius* an. 21. Condit Roterodamum. 2.

90. *Richimer* an. 24. tempore Domitiani. 3.

114. *Odemarus* F. an. 14. 4.

128. *Marcomirus* F. an. 21. Sub hoc Franci divitiis & viribus valdè sunt aucti. 5.

148. *Clodomirus* F. an. 17. Fuit prudens & pacificus. 6.

165. *Farabertus* Romanos Germaniam depopulantes repulit. Regnavit an. 21. 7.

186. *Sunno*, vel potiùs Hunno, F. Romanos & Gallos aliquoties vicit. Regnavit an. 28. 8.

214. *Hyldericus* F. prudens, pace & bello inclytus regnat an. 49. 9.

253. *Bartherus* F. regnat an. 18. 10.

271. *Clodomirus II.* F. an. 27. 11.

298. *Gvaltherus* F. an. 8. 12.

306. *Dagobertus* F. an. 11. tempore Constantini M. *Asarius & Gaiso* Francorum reges victi sunt à Constantio Imp. patre Constantini M. 13.

317. *Clogio* F. an. 2. 14.

319. *Clodomirus*, Clogionis frater, an. 10. 15.

329. *Genobaldus I.* frater Clodomiri, primus Franconiæ dux, regnat an. 8. 16.

337. *Richimer*, *Clodomiri* F. regnat an. 13. 17.

350. *Theodomirus frater Richimiri*, an. 10. 18.

360. *Clogio* Theodomiri F. an. 18. 19.

378. *Marcomirus* sive *Marcomerus*, Clogionis F. an. 15. 20.

393. *Dagobertus* F. regnat an. 5. 21.

398. *Genebaldus*, regnat an. 19. 22.

Prima dynastia regni Galliæ.

Regnum Galliæ dividitur in tres dynastias. *Prima* est Meroveadarum seu Merovingorum, quorum primus est Pharamundus an. Chr. 419. Hæc aliis dicitur dynastia secunda Francorum, respectu scilicet proximè præcedentis: sed revera est prima dynastia regum. *Secunda* est Karolidarum, seu Carolinorum, à Pipino rege, patre Karoli M. anno Chr. 751. Hæc aliis dicitur dynastia tertia Francorum: sed revera est secunda dynastia regum. *Tertia* est Hugonidarum, seu Capetorum, anno Chr. 988. ubi primus rex est Hugo Capetus. Hæc aliis dicitur quarta dynastia Franco-

An. Christi. | Num. reg. Gall.

rum: sed revera est tertia dynastia regum. Sedjam videamus seriem regum Galliæ.

419. *Pharamundus*, Honorio & Theodosio II imperantibus, regnat an. 11. Fuit filius Marcomiri ducis. 1. Prima classis regũ Galliæ.

430. *Clodius*, sive Clogio, cognomine Crinitus & Comatus, regnat an. 18. Hic est Germanorum Luitbeg sive Luitbig (q. d. populi via) qui Francos ex antiquâ Franciâ, quæ & Franconia, trans Rhenum in Gallias duxit. 2.

448. *Meroveus*, aliàs Merovingus (à quo dicta est familia Merovingorũ) regnat an. 10. Hic vicit Attilam regem Hunnorum in campis Catalaunicis, qui suntad Tholosam. Hic ipse rex est Merberg Germanorum, q. d. augmentans montem. 3.

458. *Childericus* F àn. 26. Aliàs dicitur *Hyldericus*. 4.

484. *Clodoveus Magnus*, Childerici F. primus rex Christianus, regnat an. 30. 5.

514. *Childebertus* F. succedit, & regnat an. 45. 6.

560. *Clotharius*, aliis Lotharius, Childeberti frater, regnat annos 5. 7.

565. *Cherebertus*, aliis Aribertus, Clotharii F. regnat an. 9. 8.

574. *Chelpericus*, aliis Hilpericus, frater Chereberti, regnat an. 14. 9.

588. *Clotharius II*, al. Lotharius II. quadrimestris capessit regnum quod administrat an. 44. 10.

632. *Dagobertus* F. cognomento Magnus regnat an. 14. Expulit Judæos è suo regno. 11.

646. *Clodovæus II* F. an. 17. 12.

663. *Clotharius II* F. an. 4. Ab hoc inertiæ suæ initium & exemplum sumserunt qui postea secuti sunt ad Pipinum usque reges. Hinc regni Gallici administratio & suprema authoritas transire cœpit ad Majores sive Magistros domus sive Præfectos palatii, solo fere nomine regibus relicto, usq; ad Pipinum anno 751. 13.

668. *Childericus II*, frater Clotharii an. 14. 14.

680. *Theodoricus*, frater Clotharii, an. 14. 15.

694. *Clodovæus III* F. Theodorici, an. 4. 16.

698. *Childebertus II*, frater Clodovæi III, an. 18. 17.

716. *Dagobertus II* F. Childeberti, an. 4. 18.

720. *Clotarius IV*, frater Dagoberti, an. 2. 19.

722. *Chilpericus II*, an. 5. 20.

727. *Theodoricus II*, Dagoberti II. F. an. 15. 21.

742. *Childericus III* F. an. 9. 22.

751. *Pipinus Exiguus*, sive Brevis; regnum Francicum nihil ad se pertinens occupat, depulsis Childerico & ejus uxore in monasterium, authoritate papæ Zachariæ. Regnum tenuit an. 16. m. 4. Memor autem Pipinus beneficii Pontificis Romani, ne ingratus in sedem Papalem videretur, dedit illi 23. Secunda classis regum Franciæ.

Exarcha-

An. Christi.		Num. reg. Gal.
	Exarchatum Ravennæ, auctum certarum regionum accessione: quam Francorum largitionem Papæ postea retulerunt ad ementitam Constantini donationem. Anno 757 fertur institutum esse Parlamentum.	
768.	*Carolus M.* Pipini F. regnat an. 46.	24.
814.	*Ludovicus I*, cognomine Pius, Caroli F. regnat an. 27.	25.
841.	*Carolus II*, cognomine Calvus, an. 37. Huic primo obtigit regnum Franciæ, quod terminatur Mosâ flumine & Britannico Oceano.	26.
878.	*Ludovicus II*, cognomine Balbus Caroli F. an 2.	27.
880.	*Ludovicus III, & Carolomannus*, filii Ludovici, an. 5.	28.
885.	*Carolus*, cognomine Crassus, suscepit regnum loco Caroli Simplicis, qui annis minor erat, quàm ut temp. posset capessere. Carolus autem Crassus regnavit an. 5.	29.
890.	*Odo*, comes Andegavensis, è genere Witekindi, accersitus fuit tutor Carolo Simplici. Regnavit an. 10. Instituit lilia in signo Francorum depingi, incerto numero, quem voluit esse ternarium Carolus VI an. 1380.	30.
900.	*Carolus III*, (nam Carolus Crassus non fuit appellatus III, quia simul Imperator erat) cognomine Simplex, regnat an. 27.	31.
927.	*Rudolphus*, Burgundionum dux, an 2.	32.
929.	*Ludovicus IV*, cognomine Transmarinus, Caroli Simplicis F. regnat an. 27. Dictus autem est Transmarinus, quòd capto suo patre fugerat cum matre in Angliam ad avunculum suum Angliæ regem, cujus armis adjutus regnum recepit.	33.
956.	*Lotharius* Ludovici F. regnat an. 36, Hugone Majore res administrante. Quâ ratione sibi multorum animos conciliat, & aditum suis ad regnum patefacit.	34.
987.	*Ludovicus V*, Lotharii F. regnat an. 1. veneno sublatus ab iis, qui regno [illegible]it.	35.
988.	*Hugo Minor*, cognomine Capetus vel Caputius, filius Hugonis Majoris, nobilium favore fit rex: Caroli Ludovici V fratre moram nectente in Lotharingiâ, quam regebat titulo ducis. Hugo regnavit an. 9.	36. Tertia classis regum Franciæ.
997.	*Robertus* F. Hugonis, regnat an. 34.	37.
1031.	*Henricus I*, Roberti F. an. 30.	38.
1061.	*Philippus I*, Henrici F. a[illegible]	39.
1110.	*Ludovicus VI*, Philippi [illegible]omine Crassus, an. 28.	40.
1138.	*Ludovicus VII*, cognomine Junior, an. 43.	41.
1181.	*Philippus II*, cognomine Augustus, an. 43.	42.
1224.	*Ludovicus VIII*, Philippi II F. an. 3.	43.
1227.	*Ludovicus IX*, cognomine Sanctus, an. 44.	44.
1271.	*Philippus III*, cognomine Audax, an. 15. Vesperæ Siculæ sub hoc rege contigerunt.	5.

An. Christi.		*Num. reg. Gall.*
1286.	*Philippus IV*, cognomine Pulcher, Philippi III. F. an. 28.	46.
1314.	*Ludovicus X*, cognomine Hutinus, Philippi Pulchri F. an. 2.	47.
1316.	*Philippus V*, cognomine Longus, frater Hutini, an. 5.	48.
1321.	*Carolus IV*, cognomine Pulcher, frater Philippi Longi, an. 7.	49.
1328.	*Philippus VI*, dictus Valesius. an. 22.	50.
1350.	*Johannes I*, Philippi Valesii F. an. 14.	51.
1364.	*Carolus V*, cognomine Sapiens, Johannis F. an. 16. Hic sacras literas in linguam vernaculam Francicam verti curavit, & regnum, quod Angli penè totum occupaverant, recepit.	52.
1380.	*Carolus VI*, Caroli V. F. an. 42. Ejus filia nupsit Anglorum regi. Ab eo tempore reges Angliæ, Franciæ quoque reges se appellaverunt, & lilia Francorum rosis Anglicanis in suis insignibus adjunxerunt.	53.
1423.	*Carolus VII*, cognomine Victor, Caroli VI. F. an. 38.	54.
1461.	*Ludovicus XI*, Caroli VII F. an. 23. Hic fuit Proteus quidam, qui filium suum Carolum VIII, id tantum scire Latinè voluit, *Qui nescit dissimulare, nescit regnare.* Vulgo dictus fuit bonus rex, & malus homo.	55.
1484.	*Carolus VIII*, cognomine Parvus & Exiguus, Ludovici F. regnavit annos 14.	56.
1498.	*Ludovicus XII*, Pater populi cognominatus, sanguine proximus Carolo VIII, regnavit annis 17.	57.
1515.	*Franciscus I*, cognomine Valesius, cognatus Ludovici XII, regnat an. 32. Hic ad Ticinum captus fuit à Carolo V. Imp. Instituit linguarum professores anno 1530 Parisiis: quos inter fuit *Franciscus Vatablus*, Hebraicè doctissimus.	58.
1547.	*Henricus II*, Francisci F. an. 12.	59.
1559.	*Franciscus II*, Henrici F. an. 1. & aliquot menses.	60.
1560.	*Carolus IX*, Francisci II. frater, an. 14. Sub hoc variè jactata fuit resp. Francica, & nominatim laniena Parisiensis anno 1572 ipsius auspiciis aliquot millia absumsit.	61.
1574.	*Henricus III*, Valesius, Caroli IX frater, relicto regno Poloniæ, capessit regnum Galliæ, cui præest an. 16. confossus tandem à monacho Jacobo Clemente, anno 1589.	62.
1590.	*Henricus IV*, Borbonius sive Navarræus, regnat an. 21. confossus anno 1610, ut indicat hoc carmen, TrIstIa sangVIneo LILIa rore MaDent. Idem anno 1594 ab emissario Jesuitarum vulnus acceperat in maxillâ.	63.
1610.	*Ludovicus XIII* Henrici F.	64.

XIX. *Chronologia insignium Heroum.*

An. M.

2453. *Moses* educit populum ex Ægypto.
2470. *Amazones* bella gerunt.
2493. *Josua* debellat reges Cananæos.
2652. *Gideon* fugat hostes Israëlitarum.
2714. *Argonautæ* suscipiunt expeditionem suam in Colchos. Excelluerunt autem *Hercules, Jason, Castor, Pollux, Orpheus, Iphitus & Amphion.*
2758. *Jephthe* liberat populum Israël à servitute.
2760. In bello Trojano duces Trojanorum præcipui fuerunt *Hector, Æneas, Antenor & Paris*: Græcorum, *Achilles, Agamemnon* dux totius exercitus, *Menelaus, Ajax, Diomedes, Nestor, Ulysses, Patroclus.*
2789. *Simson* induitur robore à Deo.
2900. *David* insignis est bellator.
3391. *Cyrus* inclytus est victoriis.
3429. *Miltiades*, dux Atheniensis, vincit Persas duce Dario ad Marathonem. *Leonides*, dux Lacedæmoniorum, vincit Persas duce Xerxe, ad Salaminem. *Pausanias*, dux Spartanorum, vincit eosdem ad Plateas.
3470. *Themistocles*
3470. *Aristides*, & *Cimon* Miltiadis F.
3550. *Thrasybulus*
3555. *Conon*
} sunt duces Atheniensium fortissimi.
3545. *Lysander*, dux Spartanorum, capit Athenas.
3570. *Epaminondas* est dux Thebanorum.
3610. *Alexandex M.* floret. 3700 *Amilcar*, pater Hannibalis: 3720 *Hannibal*, & ejus frater *Asdrubal*: eodem tempore *Q. Fabius & Scipio Africanus*: 3760 *Scipio Africanus junior.*
3783. *Judas Maccabæus* & ejus fratres florent,
3870. *Cn. Pompejus & Julius Cæsar* florent: item *Drusus* an. 3920. & *Harminius* an. 3930.

An Christi.

79. *Vespasianus & Titus F.* florent.
310. *Constantinus M.* floret, & per intervalla vincit Maxentium, Maximinum & Licinium.
380. *Theodosius Magnus* est inclytus victoriis.
480. *Artus*, sive *Arturus*, rex Angliæ clarus est victoriis adversus barbaros. In acie suâ manu interfecit 460 hostes.
530. *Belisarius & Narses* duces Justiniani florent.
726. *Carolus Martellus* inclytus est admirandis victoriis.
770. *Carolus M.* multa gerit bella. *Rolandus*, ipsius frater, multa fortiter gerit.


An. Christi.

1420. *Georgius Castriotus Scanderbeius* Amurathi Turcæ est formidabilis, & *Johannes Zisca* Sigismundo Imperatori.

1488. *Consalvus Magnus* vir bellicosissimus floret.

1492. *Christophorus Columbus* primus detegit Indiam occidentalem.

1590. *Mauritius Nassovius* in Belgio floret.



XX. *Chronologia dispersionis populorum.*

Anno M.

1657. AB hoc anno usque ad annum 1757, centum annorum spatio, mundus fuit refertus coloniis. Nam Deus adeo benedixit conjugio post diluvium, ut tantulo hoc annorum spatio numerus hominum adeo increverit, ut eam multitudinem una regio non ferret. Gemini semper uno partu edebantur, frater & soror, qui ipsi quoque fiebant conjuges. Nemo interim morte absumebatur. Accedebat longinquitas vitæ.

1757. *Prima dispersio* hoc tempore contigit ad Babylonem: ubi posteri *Sem* loca vicina Euphrati versus orientem occuparunt: *Cham*, loca vicina Jordani & Nilo versus meridiem: *Japheth*, minorem Asiam versus occidentem, unde gentes in Europâ sunt propagatæ: idq; hoc modo.

Filii Sem fuerunt quinque. Ab *Elam* sunt Persæ: ab *Assur*, Assyrii: ab *Arphaxad*, Chaldæi: à *Lud*, Lydi: ab *Aram*, Syrii & Armeni. *Nepotes Sem* sequuntur. Ab Uz sunt Αυσῖται, incolæ Ausanitidis: à *Chul*, Æoles & oppidum Cholle: à *Gether*, Gindareni, & oppidum Ἀπεργατώ, item Δερκετώ: à *Mesch*, Mysia & mons Masius: ab *Almodad*, Ἐλμωδαῖοι: à *Scheleph*, Σελήβιοι: à *Chazarmaveth*, Sarmatæ: à *Jerach*, Arachosii: ab *Adoram*, Εὐερῖται, Ῥύμμιοι & Hircania: ab *Uxale*, Oxii: à *Diklâ*, Θῶκες: ab *Obal*, Cabolitæ seu Obolitæ: ab *Abimaël*, Imaënses: à *Schebâ*, Σάβαι, sive Sacæ: ab *Ophir*, Opire & Ophoritæ: à *Chavilâ*, Hevila in Indiâ orientali: à *Jobab*, Ἰῶβαι: ab *Heber*, Hebræi: à *Schelach*, *Peleg* & *Joktan* fortè sunt orti Americani.

Filii Cham fuerunt quatuor. A *Chus* orti sunt Cussii sive Æthiopes: à *Mizraim*, Masra i.e. Ægyptus: à *Put*, Afri ad flumen Phut & urbem Mauritaniæ Phythis: à *Cenahan*, Cananæa. *Nepotes Cham* sequuntur. A *Sabâ* sunt Sabæi: à *Chavilâ*, Ἄειλα & Getulia: à *Sabbethâ*, Sabbatheni in Æthiopiâ: à *Rahema*, Charmania, & Ῥέγμα: à *Sabtecâ*, Σαβακοί: à *Schebâ*, Sabæi: à *Dedan*, Δέδεβαι, ad montem Aldadamum. Posteri Mizraim sunt *Ludim*, Ludæi in Ægypto: *Anamim*, Numidæ: *Lehabim*, Libyes, quorum antesignanus fuit Hercules Libycus: *Pathrusim*, Pharusii: *Naphtuchim*, Æthiopes

Anno M.

ad Napatam: *Casluchim*, incolæ Cassiotidis & Συλικεῖς: *Philistim*, Palæstini: *Caphthorim*, Cappadoces. Porrò *Sidon* condidit Sidonem: à *Chet* orti sunt Chittæi: *Jebusæus* condidit Jebus, quæ postea Jerusalem: *Amoræus* incoluit Basanem & Gileadem: *Girgarsæus* est pater Gergesenorum: *Hivæus*, est author Gibeonitarum: *Harkæus* condidit Arcam civitatem in Phœniciâ: *Sinæus*, Caparosam incoluit: *Arvadæus* genuit Arados & Antarados: *Tzemaræus* est author incolarum Tzemarajimi usque ad montem Tzmemarajim: *Chamathæus* nomen dedit regioni Chamathæ, cujus metropolis est Amathus.

Filii Japheth fuerunt septem. A *Gomer* orti sunt Cimmerii, postea dicti Cimbri: à *Magog* Massagetę, Gothi & Scythę: à *Madai*, Medi; à *Javan*, Iones: a *Thubal*, Albani, Chalybes, olim Alybes, & Iberi, qui olim dicti fuerunt Thobeli: à *Meschec*, Cappadoces Mysseni, & Moschi: à *Thiras*, Thraces. *Nepotes Japhethi* sequuntur. Ab *Ascenas* orti sunt Ascanii in Ascaniâ & ad Pontum Euxinum, qui inde progressi sunt in Germaniam: à *Riphath*, Riphæi, qui postea dicti sunt Paphlagones: à *Togarmâ* Trygammanes sive Phryges, & Turcæ: ab *Elisâ* Hellenes & Æoles: à *Tharsis*, Cilices, & urbs Ciliciæ Tharsus: à *Cittim*, Macedones, & Getæ, qui postea etiam dicti sunt Gothi: a *Dodanim*, Rhodii, Dores, Danai & Dardanidæ. De Germanis vide suprà num. XV.

2510. *Secunda dispersio* contigit tempore Josuæ, postquam Phœnices & alii Cananæi hinc inde fugerunt in Ægyptum, Græciam, Africam &c.

2767. *Tertia dispersio* contigit post excidium Trojæ. Vide Chronologiam regum Germanorum & urbium.

0000. *Ad quartam dispersionem* pertinent variæ coloniæ & irruptiones inde à temporibus Romuli usque ad hanc ætatem. Hîc inprimis excellit irruptio Germanorum in Italiam, Galliam, Hispaniam &c. quâ de re vide supra *observationem de Hunnis, Gothis* &c. Præter illas migrationes, quas ibi commemoravimus, sunt & aliæ plures. Nam *Batavi* & *Caninefates* è Cattis profecti, extremam Galliæ oram cultoribus vacuam ad Rhenum occuparunt. *Ubii*, transrhenana gens, transmisso amne, ripam Gallicam insederunt. Fecere idem *Vangiones*, *Tribocci*, *Nemetes*. *Marcomanni* & *Quadi* jam ante Augusti tempora, transmisere Danubium, & occupatâ Valeriâ, quæ nunc Croatia dicitur, ibi sedem fixere. *Carpos* Diocletianus in Valeriam traduxit: *Marcomannos & Hermunduros*, Tiberius inter Marum & Casum, ubi nunc est Transsylvania, locavit. *Vandalos* in Hispaniam Honorius admisit, à quibus pars ejus Andalusia est dicta. *Alemannorum* in Belgicam primam, *Francorum & Burgundionum* in

Gallias irruptiones fuerunt frequentissimæ, ut & *Anglorum Saxonumq;* in Britanniam, cujus pars ob id aliquamdiu Saxonia occidentalis dicta est. *Dani*, & ipsi Germani, quoties in *Galliam & Britanniam* prædatorias excursiones fecerunt, toties in Frisiorum, Batavorum, Morinorum, Rhenum Scaldimque accolentium sedes irruperunt, atque illic omnia flammis & ferro vastarunt, donec tandem ipsi etiam loca Rheno proxima occupantes, sedem fixere illis regionibus, easque à suis insulis Hollandiam & Zelandiam vocavere. Quomodo Romani provincias colonis repleverint, vide apud Aventinum lib. 2.

Hoc loco teneantur isti aphorismi de numero, convenientiâ & differentiâ linguarum.

1 *Euphorus*, & alii numerant LXXV linguas, ex eo, quòd LXXV animæ cum Jacobo dicuntur descendisse in Ægyptum *Actor. 7. v. 14.* Alii existimant, numerum linguarum accuratè subduci non posse: præcipuas tamen linguas esse numero LXXII pro numero familiarum Noë *Gen. 10.* Cui sententiæ nos accedimus, & linguas istas hoc modo recitamus. 1. Hebraica, sive Judaica. 2. Chaldaica, seu Babylonica. 3. Syriaca. 4. Æthiopica, seu Abyssinorum, sive Indorum meridionalium. 5. Arabica, sive Ismaëlitica. 6. Indica orientalis. 7. Turcica. 8. Ægyptiaca, sive Alexandrina. 9. Persica. 10. Colchica. 11. Calecutica. 12. Punica, seu Phœnicum; quæ aliâs dicitur Africana, Libyca & Maurorum Nigrorum. 13. Parthica. 14. Scythica. 15. Tartarica. 16. Medorum. 17. Thracum. 18. Sardorum. 19. Græca. 20. Armenica. 21. Moscovitica. 22. Rhutenica, sive Russica. 23. Latina. 24. Gallica. 25. Italica. 26. Hispanica. 27. Slavonica, quæ aliâs dicitur Illyrica, Dalmatica, & Sarmatica. 28 Croatica. 29. Germanica. 30. Wallica, seu Britannica vetus. 31. Anglicana. 32. Danica. 33. Scotica. 34. Hibernica. 35. Svecica. 36. Livonica, seu Curlandica. 37. Bohemica. 38. Polonica. 39. Rhætica Alpina. His accedunt XIX linguæ in ultimâ Asiâ, quas recitat Josaphat Barbarus; item XIV præcipuæ, quæ observatæ sunt in Indiâ occidentali.

2 Linguæ variis modis dividuntur. *Primò* sunt sinceræ, ut Hebraica, Græca &c. vel mixtæ, ut Moscovitica ex Græcâ & Slavonicâ; Anglica, ex Germanicâ & Gallicâ; Belgica, ex propriâ dialecto & Gallicâ; Rhætica Alpina ex Helveticâ & Italicâ. *Deinde* sunt barbaræ, vel excultæ. *Tertiò* sunt Europææ, Asiaticæ, Africanæ, vel Americanæ. *Quartò* sunt orientales, occidẽtales, meridionales vel septẽtrionales. *Quintò* sunt cardinales, vel dependentes à cardinalib. Cardinales vulgo numerantur quatuor; videl. Hebraica, Græca, Latina, & Germanica. His alii addunt quintam, putà Slavonicã. Re-

liquæ

liquæ dependent à cardinalibus. *Sextò* sunt magis, vel minùs usitatæ: & rursus, quæ sunt magis usitatæ, vel in scholis, vel in commerciis potissimùm usurpantur. Sic Hebraica, Græca & Latina in scholis, Slavonica & Arabica in oriente, Gallica in Germaniâ, potissimùm usurpantur.

3 *Dialecti* à quibusdam habentur in numero peculiarium linguarum. Sic lingua Chaldaica, & Syrica sunt dialecti linguæ Hebraicæ, & habentur pro linguis peculiaribus. Sed lingua Brabantica, item Flandrica, non censentur peculiares linguæ, sed dialecti linguæ Belgicæ.

4 Dialecti linguæ *Aramicæ* numerantur sex: videl. Babylonica, Syriaca, Hierosolymitana, Media inter Syriacam & Hierosolymitanam, Talmudica, & Antiochena, quæ etiam dicitur Comagena, & Maronitica.

5 Dialecti principes *linguæ Græcæ* numerantur quinque, hoc ordine: Communis, Ionica, Attica, Æolica, & Dorica. Speciatim autem hìc sunt populi XLIII, qui hâc linguâ olim sunt usi, & hodiè quoque aliquâ ex parte utuntur: putà, Alexandrini, Ambraciotæ, Apolloniatæ, Arcades, Bithyni, Boëoti, Chii, Cnidii, Corinthii, Cretenses, Cyprii, Cyriani seu Cyrenæi, Ephesii, Eretrienses, Gortinii, Hermionenses, Lacones, Lycii, Lydii, Macedones, Megarenses, Mesapii, Messenii, Nicaënses, Oropii, Pamphyli, Pergæi, Phryges, Põtici, Rhegini, Rhodii, Samii, Siculi, Syracusani, Thessali, Thraces, Thrœzenii: & *remotiores*, Itali qui & Latini, & Romani; Indi, Persæ, Phœnices seu Pœni, Syri, & Turci. Videris ἐτυμολογικὸν τὸ μέγα.

6 Linguæ Latinæ variæ fuerunt dialecti: è quibus præcipuæ commemorantur quatuor, Prisca, Latina, Romana, & Mixta.

7 Linguæ multifariam experiuntur *mutationem*. Sic Hebraica tempore captivitatis Babylonicæ valde fuit mutata: Græca hodiè usitata multùm recedit à prisco nitore: vetus Gallica erat Celtica seu Germanica.

8 Lingua *Arabica* in toto oriente est usitata: *Slavonica* in multis partibus orientis, septentrionis & meridiei. Gesnerus in Mithridate recitat LX populos, qui hodiè utuntur lingua Slavonica. Pragæ, in templo Slavorum, visitur tabula, in qua enumerantur LXXIX populi, qui hac lingua utuntur. Præcipui sunt Abjazari circa mare Caspium, Bosnenses, Bohemi, Bulgari, Carni, Corinthii usq; ad Dravum, Cassubii, Circassii circa Pontum & mare Caspium, Croatæ, Dalmatæ, Epirotæ, Gepidę, Hungari ad Vagum fluvium, Japides. Jazyges, Istri, Lithvani, Lusatii, Macedones mediterranei, Mysii, Moldavi, Moscovitæ, Moravi, Novogardi, Pannoniæ pars, Podolii, Poloni majores & minores, Rascii, Rugii,

Russi sive Rutheni, Samogitæ, Sorabi, Slavi, Servii, Silesii ultrà Viadrum, Smolnenses, Transylvani, Vandali, Walachi.

Anno M.

XXI. *Chronologia recitans origines & inventores rerum.*

000 DEus creavit cœlum & terram, & omnia quæ in iis sunt, invisibilia & visibilia. *Idem* instituit conjugium. *Gen. 1. & 2.*

1. *Adam* invenit nomina rerum, fuitque primus agricola *Gen. 2. & 3.* Idem introduxit peccatum & mortem in mundum. *Gen. 3.* Idem ordinavit annum. Idem invenit literas Hebræorum, quas Seth postea incidit duabus columnis, Abraham, Moses, Esdras, & alii excoluerunt. De punctis Hebræorum idem statuendum esse censeo. Hic est primus & antiquissimus Saturnus, qui dicitur fuisse cœli filius, primus agricola, & filiorum suorum devorator. Eva est prima illa *Isis* & *Rhea* uxor Saturni. Nomen Isis sumtum est ex Hebr. *Ischa*. Hîc memineris multiplicem esse deorum & dearum apud ethnicos originem, prout varii populi viros aut fœminas præstantes pro diis habuerunt: ut Assyrii & Babylonii Belum, Ægyptii Isidem, Pœni Uranum &c.

600. *Lamech* fuit author bigamiæ: *Jabal* ejus F. pecuariæ: *Jubal*, frater Jabalis, instrumentorum musicorum: *Thubal-cain* frater Jubalis, artis ærariæ & ferrariæ, adeoque ponderum & mensurarum, itemque armorum & artis militaris: *Naëma*, soror trium istorum, docuit conficere vestes ex lanâ & lino.

300. *Seth* fuit astrologiæ cultor post Adamum: & *Enoch* post Sethum an. 700. Hinc Enoch appellatur *Atlas* senior. Observa, posteros Cain invenisse & coluisse artes vitæ animalis, posteros Seth artes vitæ spiritualis & philosophiæ.

1556. *Noachus* est author architecturæ, primus nauta in diluvio, & inventor vini post diluvium an. 1157. Hic est Bacchus, & Janus bifrons.

1717. *Nobilitas* cœpit sub Nimrodo.

1757. *Divisio linguarum* hoc tempore accidit, & idololatria incipit authore Cham.

1799. *Tuisco*, pater Germanorum, invenit literas, ad quarum similitudinem Kadmus putatur conformasse literas Græcorum.

1947. *Zoroaster* invenit magiam & medicinam apud Bactrianos in Perside.

2000. *Hermes Trismegistus* Chymiam docuit Ægyptios, & literas ipsis dedit, & horas ordinavit, & primus libros edidit.

Abraham

2020. *Abraham* aſtrologiam, arithmeticam & geometriam docuit Ægyptios & Phœnices. Idem fœdera invenit. Vide Joſephum lib. 1. contra Apionem, & 1. antiquit. Cæterùm Phœnices inprimis excoluerunt arithmeticam propter mercaturam, Ægyptii, geometriam propter Nili exundationes.

2150. *Phoroneus* primus leges judiciaque conſtituit Argivis.

2200. *Oſiris*, qui & *Apis*, & *Serapis* rex Ægypti, venit ad Marſum regem Germ. & docuit Germanos rationem conficiendi cereviſiam, item agriculturam, artem molendinariam, fabrilem, & medicinam.

2280. *Iſis*, ſoror & uxor Oſiridis, venit ad Svevum regem Germ. poſt cædem mariti, & lanificii, olei, ac vini uſum docuit Germanos.

3210. *Prometheus* Græcos docuit Logicam, *Atlas* ejus frater aſtronomiam.

2400. Circa hæc tempora videtur extructa prima pyramis in Ægypto, in quâ laborarunt trecenta ſexaginta millia hominum annis viginti.

2410. *Trochilus* invenit quadrigas.

2440. Ægyptii incipiunt extruere obeliſcos.

2453. *Moſes* eſt pater hiſtoriæ, & primus edit libros ſacros in membranis. Idem eſt author juriſprudentiæ & politiæ apud Judæos Idem unà cum ſorore Mariâ eſt author carminis apud Hebræos Idem conſtituit primus aſylum.

2460. *Amazones* invenerunt bipennes & tympana.

2510. *Idæi Dactyli* diſcunt artem ferrariam.

2520. *Cadmus* invenit XVI literas Græcorum, quibus Palamedes bello Trojano adjecit quatuor, θ χ φ υ: & poſtea Simonides Melicus alias quatuor, ψ ζ η ω. Palamedes etiam invenit pondera & menſuras apud Græcos.

2580. *Phemonoë* ſcribit primum carmen apud Græcos.

2600. *Bellerophon* eſt primus prædo marinus. Comparato ſiquidem navigio, longè latèque maritimis locis eſt prædatus. Navigium ipſius appellatum fuit Pegaſus: quia inſigne ipſius erat equus alatus.

2630. *Amphion* apud Thebanos invenit muſicam.

2655. *Pelops* in Elide inſtituit certamen Olympicum.

2690. *Chiron* Græcos docet medicinam.

2710. *Hercules Libycus* primus invenit ſtatuas.

2730. *Dædalus*, inſignis ſtatuarius, extruxit labyrinthum. *Pyrrhus*, Dædali cognatus, invenit picturam.

2752. *Ludus ſcacchiæ* putatur inventus tempore obſidionis Trojæ ad fallendum tædium. Paulò ante inventus fuit *uſus pugillarium*. Ludum ſcacchiæ alii tribuunt Xerxi philoſopho, qui invenerit ad ſedandum furorem regis Evilmerodachi an. M. 3386.

3250. Numa primùm apud Latinos *nummos* imaginibus notavit, & titulo nominis sui præscripsit: unde nomen *nummus*.

3380. Simonides Ceus, vel, ut alii volunt Melicus, qui claruit an. 3240, *artem memoriæ* invênit.

3420. Papyrius est *primus* JC. apud Romanos.

3460. Æschylus est *primus tragœdus* apud Græcos.

3480. Anaxagoras primus *edit libros* in Græciâ. Alii hoc tribuunt Pisistrato tyranno.

3494. Empedocles *rhetoricam* invenit.

3540. Aristophanes primus *comœdiam* exhibet Græcis.

3570. Plato speculatur *Grammaticam*: quam Epicurus primus docuit Græcos an. M. 3680, Crates Mallotes Romanos an. 3780 sub mortem Ennii.

3620. *Chartæ* inventæ sunt in Ægypto domitâ ab Alexandro M.

3708. *Livius Andronichus* Romæ primus repræsentat comœdiam & tragœdiam.

Anno Chr.

938. Henricus I Imp. instituit *Torneamenta*, sive ludos equestres Magdeburgi. Ab eo tempore usque ad an. Chr. 1487 hæc solennitas celebrata est 36 admodum magnificè. Vide Cosmographiam Münsteri.

1300. Hoc tempore innotescere cœpit vis magnetis, quâ dirigitur ad polos: unde res nautica maximum accepit incrementum.

1380. Berchtoldus Niger, vulgo Schwartz / monachus Franciscanus & Alchymista usum *bombardæ* vulgavit, prout nunc est. Aliâs ante hæc tempora bombardæ etiam fuerunt in usu. Nam tempore Caroli M. Camoscus Frisiæ rex sclopeti ictu Hollandiæ comitem, cum duobus filiis transverberavit. Et Rogerius Baco, qui circa an. Chr. 1284 obiit, pulveris pyrii meminit. Portò Nauclerus originem hujus machinæ ad tempora Otthonis IV & Innocentii III. an. 1213 refert. Froissardus etiam mentionem facit bombardarum anno 1340 & an. 1355; item Petrarcha, qui obiit anno 1374. Historia item rerum gestarum Alphonsi XI Castellæ regis, docet, barbaros an. Chr. 1343 bõbardas, informes tamen (dolia namque ignivoma appellantur) multis antea seculis in bello usurpasse. Denique Petrus Maffeius tradit, ænea tormenta conflare, vetustissimo in usu esse apud Sinas sive Chinenses. Ex his constat, bombardarum inventionem non ita simpliciter, ut vulgo fit, adscribendam esse Bertholdo Schwartz: sed usum illum & perfectionem, vel potiùs imperfectionem, qualis hodiè cernitur.

1440. Sub Friderico III. Johannes Guttenberg Argentinensis *artem typographicam* invenit Argentinæ. Inde Mogun-

tiam veniens, eandem feliciter complevit, ut ſunt verba Johannis Wimphelingi, qui circa iſtud tempus vixit, & proinde magnam meretur fidem. Guttenbergium ſecuti ſunt Argentinæ Johannes Mentel, Adolphus Ruſchius & Martinus Flachus. Porrò hanc artem anno 1471 Neapolim attulit Sixtus Ruſinger Argentinenſis, & Ulricus Han Romam. Quidam inventionem hujus artis, quæ quodammodo videtur naturam ſuperare, adſcribunt Johanni Fauſto Moguntino an. 1452. Verùm ille fuit Guttenbergii adjutor. Petrus Bertius hanc gloriam tribuit Laurentio Johannis Harlemenſi, cui Fauſtus ſit artem & typos ſuffuratus, & Moguntiam detulerit, ibique anno 1442 libros edere cœperit. Denique rudimenta hujus artis Chinenſibus ante aliquot ſecula fuerunt cognita. Vide Chriſtophori Beſoldi Pentada, ubi recitat illud Ariſtotelis: Nil prohibet, artes eaſdem, a diverſis, vel eodem, vel etiam diverſo tempore, citra ullam communicationem inveniri.

XXII. Chronologia antiquiſſimarum urbium.

Anno M.

150. Cain extruit civitatem *Enochiam*, ſive *Chanochiam* *Gen. 4.* Alii appellant *Enos*, & ajunt hanc urbem in Syriâ Damaſcenâ fuiſſe gubernatam à gigantibus. Auguſtinus etiam meminit civitatis *Cainon*, quæ ſic dicta fuerat à Cain. Denique Philo recitat ſeptem civitates, quas Cain condiderit.

1657. Noë egreſſus ex arcâ ſcribitur condidiſſe urbem *Sagalbinam* juxta Araxim amnem majoris Armeniæ.

1717. Nimrod, ſive Belus, condit *Babylonem & Nineven.* Illam poſtea Semiramis, hanc Ninus amplificavit.

1970. *Treveris* eſt condita non à Trebetâ filio Nini, ſed à Trevire, filio Mani, regis Germanorum. *Tigurum* 30 annis poſt Treverim: item *Solodurum* eodem tempore ædificatum perhibetur. Unde hæ tres urbes appellantur ſorores. Circa hæc tempora etiam ædificata ſunt *Ur* (Ptolemæo Urchoa, Plinio Ura) *& Haran*, de quibus *Gen. 11.* item *Salem, Sodoma, Gomorrha, Damaſcus*, & aliæ civitates de quibus *Gen 14.* Sunt, qui *Ravennam* a poſteris Nimrodi circa hæc tempora conditam eſſe aſſerunt. Cæterùm urbs *Salem* poſtea appellata eſt *Hieroſolyma Pſ. 76. v. 3.* Multiplicem hæc urbs paſſa eſt viciſſitudinem. Fuit enim vicies oppugnata, primum à Davide, tum à Seſak rege Ægypti, Joas rege Iſraël, Sennacheribo, Aſſyriis ſub Manaſſe, bis a Nebucadnezare, à Magoſo duce Perſico, Ptolemæo Lago, Antiocho Epiphane, Apol-

lonio duce Antiochi, Pompejo, Gabinio & Crasso, Parthis, Sosio & Herode, Vespasiano & Tito, Adriano, Godefrido Bullionæo, Saladino, & denique Selimo Turcâ.

1960. *Telchinia* ædificatur à Telchine rege Sicyoniorum. Hoc nomine postea dicta est *Rhodus* an. M. 2220, cùm Telchines, expulsi Peloponneso, eò migrarent.

1980. Tempore Apidis regis Sicyoniorum regnavit Cres, qui ædificavit *Cretam*.

2140. Druides ædificant *Genabum* in Galliâ, ubi hodè est *Aurelia*.

2160. *Athenæ* conditæ ab Ogyge rege Actæ seu Atticæ, instaurantur à Cecrope an. M. 2400.

2170. *Eleusina* condita est ab Eleusine Ogygis Attici F.

2210. Apis rex Argivorum condidit *Memphin* in Ægypto. Hodie appellatur Alcairum.

2220. *Sparta* condita est à Spartone fratre Phoronei, vel à Sparto Phoronei F. qui regnare cœpit apud Sicyonios an. 1143. Amplificata est à Lacedæmone circa an M. 2600.

2260. *Epidaurus* in Argolide condita est ab Epidauro Argi F.

2300. *Hispalis* (hodiè Sevilia) conditur ab Hispali, filio Herculis Libyci. Hercules iste Libycus fuit filius Isidis, & regnavit in Hispaniâ. Præter hunc fuerunt alii hoc nomine. Varro enumerat XLIII.

2330. Tempore servitutis Ægyptiacæ conditæ sunt pyramides & multæ urbes Ægypti servili operâ Israëlitarum.

2430. *Corinthus* à Sisypho avo Ulyssis est condita, primitùs dicta *Ephyra*.

2440. *Lugdunum in Galliis* conditum est à Lugdo Francorum rege.

2460. Bojus, rex Germanorum condidit *Bojobinum* sive *Bubienum*, quæ nunc Praga appellatur. Eodem tempore Amazones, Cimbrorum uxores, in Asiâ condunt *Ephesum* multasque alias urbes.

2510. Phœnices tempore Josuæ fugientes in Ægyptum, Græciam & Africam, multas ibi urbes condiderunt, & nominatim in Africâ condiderunt regnum Mauritaniæ, Atlante duce. Cujus rei testimonium etiamnum visitur, teste *Procopio lib. 2. de bello Vandalico.* Nam in urbe Africæ Tingitanâ secundùm fontem duæ columnæ marmoreæ candidæ visuntur, quibus hæc verba linguâ Phœniciâ sunt inscripta: *Nos Maurisci sumus, qui fugimus à facie Jehoschuhæ filii Nunis prædatoris.*

2588. *Troja* condita à Troe, amplificata ab Ilo Trois F an. 2640.

2680. *Asciburgum* ad Mœnum conditum est ab Ulsing rege Germ. qui illud primò appellavit Ulsiburgium.

2690. *Tyrus* est condita.

Post

2769. Post excidium Trojanum duces Græcorum & reliquiæ Trojanorum hinc inde sunt dispersæ in Italiam, Germaniam, Galliam & alias provincias, ibiq; varias urbes cõdiderunt. *Æneas* in Italiã venit secundo anno à Trojæ excidio, & ibi condidit *Lavinium*. *Ulysses* decem annis hinc inde oberrans varias condidit urbes, è quibus nominatim est *Lubona*, primitùs dicta *Ulyssipone*, an. 2770. *Antenoris & Priami societas* Henetos in Illyricum traducit, ubi sedem figunt, & Patavium condunt circa an. 2779, item Venetiarum fundamentum jaciunt in aquis, nomine indito a Veneto seu Heneto. *Helenus*, Priami F. in Chaoniâ ædificat multas urbes. *Brutus*, rex Rutulorum, pulsus ab Æneá unà cum filio Turno venit in Galliam, ubi ædificavit urbem *Tours*, nomine indito à filio. Idem Brutus se contulit in Albioniam, eamque vocavit *Britanniam*, ubi condidit *Londinum*, & appellavit *Novam Trojam*. *Turcus*, Troili F. Priami nepos in Scythiam profectus nomen dedit *Turcis*. *Francio* Hectoris F. in Pannoniam progressus condit ibi urbem *Sicambriam*, quæ hodiè dicitur *Buda*. Posteri ipsius appellati fuerunt *Franci*, qui, quòd nimis multi essent, ex Hungariâ in Galliam progressi condiderunt urbem anno M. 3120. quam appellarunt *Paris* à nomine regis Trojani, qui rapuit Helenam. Duces suos appellârunt *Priamos* in memoriam Priami. *Moguntius*, itidem Trojanus, condidit Moguntiam. *Francofurtum ad Mœnum* condiderunt posteri Francionis. *Perusius*, itidem Trojanus, condidit Perusiam in Hetrutiâ tempore Salomonis.

2780. *Alba longa* condita est ab Ascanio Æneæ F.

2900. *Ephesus* reparata est ab Androclo.

3073. *Carthago* est condita a Didone.

3197. *Roma* est redacta in formam urbis à Romulo & Remo. Nam antea fuit pagus, qui an. M. 2350 nomen accepit à Româ Itali filiâ. Hæc urbs octavùm est capta a Germanis. Et primò quidem a Brenno, deinde ab Alarico, tertiò à Genserico, quartò a Ricimere, quintò ab Odoacro, sextò à Totilâ anno Chr. 547, septimò ab eodem an. 550, octavò a Germanis duce Carolo V. Nonùm itidem à Germanis capietur, ut auguror. Bis est obsessa, semel à Vitige, & semel ab Agilulfo, itidem Germanis, illo Gotho, hoc Longobardo.

3205. *Syracusæ* sunt conditæ.

3230. *Astacus* est condita, quæ postea dicta est Nicomedia.

3238. *Croto* in Italiâ conditur, & an. 3247 *Tarentum*.

3260. *Ecbatanam* condit Dejoces rex Medorum. Seleucus instaurat: a quo Plinius conditam esse scribit. Nomen est Chaldaicum. *Baithan* significat arcem.

3280. *Rhegium* in Italiâ est conditum.

An. M.

3309. *Byzantium* conditur circa hæc tempora: amplificatur à Pausaniâ circa an.3480,& anno Chr.328 à Constantino M. à quo inditum est nomen Constantinopoleos.

3360. Germani varias urbes in Italia condunt. Vide supra Chronol. Germ.

3400. *Massilia* in Galliis est condita à Phocensibus fugientibus ex Asiâ metu Cyri.

3620. *Alexandria* condita est in Ægypto ab Alexandro M.

3628. *Stada*, antiquissima urbium Saxoniæ, perhibetur condita 320 annis ante Christum.

3710. *Barzelona* in Hispaniis condita est ab Amilcare patre Hannibalis.

030. *Argentina, Wormatia, Spira, Berga Norwegiæ, Clivia, Ratisbona*, & aliæ quædam urbes longè ante Julii Cæsaris tempora floruerunt.

3910. Drusus sub Augusto per ripam Rheni quinquaginta amplius castella direxit usque ad Oceanum. In iis memorantur *Bonna*, olim Julia Bona, & *Bodobriga*, vulgo *Boppart*. Idem extruxit castellum Cattorum, quod hodie retinet nomen suum *Cassel*. Marobodus, rex Svevorum, Bubienum, caput Bojomiæ, *Marobodum* à se cognominat: quam nunc Pragam dicimus.

3940. *Posonium*, vulgò *Presburg*, conditum est à L. Pisone, cujus

An. Christi.

operâ Augustus & Tiberius in superandis Pannoniis, Noricis, & Dalmatis usi sunt.

43. & 50. *Colonia Aggrippina* conditur auspiciis Aggrippæ generi Augusti, & Agrippinæ Claudii uxoris, quæ in oppido Ubiorum nata erat. Nam ille Ubios, in fidem accepit, hæc in oppidum Ubiorum veteranos coloniamque deduci imperavit.

1:0. *Aquisgranum* conditum est à Serenio Grano præside Romano sub Adriano. Alii à Grano fratre Neronis, alii ab Apolline Grano, quem in Rhætiâ cultum esse constat, ædificatum tradunt.

160. *Francofurtum ad Oderam* conditur.

304. *Constantia* conditur à Constantio patre Constantini M. Is enim non uno in loco fecit hyberna suis militibus, quæ *Constantina castra* fuerunt appellata. Id nomen hæsit huic loco.

421. *Erfordia* sub Arcadio & Honorio cœpit. Eodem tempore *Venetiæ* ex multis pagis coalescunt in unum corpus.

520. Theodoricus Veronensis condit *Francobergam*.

610. *Sangallum* cœpit.

6:0. *Herbipolin* Gisbertus Francorum dux amplificat. Hoc tempore eò venerunt Cilianus, Colonatus, & Theudomannus Scoti, qui Gisbertum ad religionem Christianam con-

An. Christi.

verterunt. Sed Gailana, ducis conjux, ducem & Scotos interemit.

712. *Libyssa*, Croci filia, & maritus ejus Primislaus condunt Pragam.


788. Civitates Saxoniæ magnum incrementum acceperunt à Carolo M. nominatim *Brema*, *Hamburgum*, *Hildeshemium*, *Magdeburgum*, *Osnaburgum &c.* *Witeberga* à Witekindo, *Tremonia* à Carolo M. circa hæc tempora sunt extructæ.

816. *Lucerna* cœpit.

861. *Brunsvicum* conditum est à Brunone duce Saxoniæ. Hinc ipsi nomen, quasi Brunonis vicus.

900. *Dresda* est opus Slavorum, qui ante Henricum Aucupem ad Albim incoluere.

Quæ urbes post annum 1000 extructæ sunt, non rectè numerantur in antiquis.



XXIII. Chronologia Scholarum.

Anno M. — Num. schol. V.T.

0. & seqq. SCholæ patriarcharum privatæ & domesticæ cœperunt post an. M. 30, quo Abel natus perhibetur: & in familiâ Sethi fuerunt conservatæ usque ad diluvium. In his scholis theologia inprimis & astrologia fuerunt traditæ. 1.

1658. Post diluvium *Sem* instituit *scholam privatam*, quæ postea dicta est Hebræorum. Hæc per Abrahamum, Jacobum & 2.
Josephum translata fuit *in Ægyptum*, ubi peperit varias colonias, inter quas etiam fuit illa schola, quam frequentavit Moses auspiciis filiæ Pharaonis. 3.

1717. *Nimrod* instituit scholam *Chaldæorum* Babylone, & in urbe Nineve: quæ duæ scholæ diu floruerunt. Tandem Nineve à Babyloniis est occupata, & ita schola Babylonica sola remansit, quæ tempore Danielis adhuc floruit. Philosophi Chaldæorum dicti sunt *Asaphim*, ut Persarum, *Magi*. 4.

2050. *Scholæ Phœnicum* cœperunt tempore Abrahami, à quo illi didicerunt astronomiam, & alias artes. Hoc quoque tem- 5.
pore *Brachmanes* (qui putantur fuisse posteri Abrahami ex concubinis, ita ut sint dicti quasi Abrahamidæ) instituerunt scholas apud Æthiopes & Indos. Brachmanum propago sunt *Gymnosophistæ*, *Germanes* & *Hylobii*, qui malè dicuntur *Allobii*. Hodiè Brachmanes isti dividuntur in *Baneanes* & *Bramanes*. 6.

2140. Tempore Hermionis regis Germ. in Galliâ cœpit *collegium sive schola Bardorum* & *Druidum*, qui à Tiberio & Claudio Cæsaribus ex Galliâ pulsi sunt in Germaniam. 7.

2460. *Scholæ Levitarum*, institutæ à Mose & Aharone, conservatæ fuerunt à judicibus & regibus: in captivitate Babylonica 8.

etiam locum invenerunt: post captivitatem a Zorobabele, Esdrâ, Nehemiâ & aliis sunt propagatæ usque ad tempora Christi, qui passim docuit in synagogis. Vide *Act.15. v.21.* Finem istis scholis imposuit excidium Hierosolymæ per Romanos.

2500. *Scholæ in Africâ* cœperunt authoribus Phœnicibus illis, qui ex terrâ Canaan fugerunt à facie Josuæ, & primò se receperunt in Ægyptum, indeque in Africam. Hinc orti sunt philosophi Atlantici, Libyci & Hispanici, quorum meminit Augustinus. 9.

2507. *Scholæ Græcorum*, & in iis *Atheniensium*, primitùs cœperunt authoribus Phœnicibus illis, qui duce Kadmo se receperunt in Ægyptum, & inde in Græciam. Ab isto Kadmo (qui fuit Hermes sive Mercurius Græcorum) schola dicta est Kadmia sive Kadméa, & postea Academia. Primi Græcorum philosophi fuerunt appellati *Hierophantæ*. 10.

2638. *Amphion* Thebis regnavit, & saxa movit citharæ cantu, h.e. dura & agrestia corda permulsit eloquentiâ & artibus liberalibus, quas docuit in scholâ à se institutâ. 11.

2690. *Scholæ medicorum* cœperunt authore Chirone, & Æsculapio. Vide Chronologiam medicorum. 12.

2700. *Scholæ poëtarum* cœperunt authore Lino, qui fuit præceptor Herculis & Orphei. Orphei discipulus fuit Musæus. Has scholas instaurarunt Homerus & Hesiodus, & transmiserunt ad Græcos poëtas, successores suos, longâ serie. 13.

2709. *Scholæ Italicæ* primitùs cœperunt authore Evandro, qui ex Arcadiâ profugus loca Tiberi contermina occupavit. Ab eo tempore fuerunt creberrimæ Græcorum coloniæ in Italiam. 14.

2810. *Scholæ prophetarum* tempore Eli & Samuelis extra ordinem institutæ, diu durarunt in populo Dei. *1.Sam.1. 2.Reg. 2.4.6.* 15.

3248. Schola *Romana* exorta est ante Christum natum an. 700. anno ab urbe conditâ 51, tempore Numæ: idque ex Atheniensis scholæ reliquiis. Tempore Scipionis Africani, anno M.3760, ibi claruit Pantænus philosophus Stoicus, Scipioni admodum familiaris. Ciceronis ævo viguit ibi studium eloquentiæ. 16.

3320. Schola *Ionica* authorem habet Thaletem, unum è septem sapientibus. Ab hoc usque ad Proclum per annos ampliùs mille magno cum successu per continuam philosophorum successionem studia philosophiæ Athenis fuerunt propagata. 17

3370. Schola *Pythagoræ* cœpit, admodum clara. 18

3395. Scholæ *Persarum* sunt colonia scholæ Babylonicæ. Illis 19
præfue-

præfuerunt magi, id eſt, ſapientes, uſque ad an. Chr. 631. quo expiravit ſecunda Perſarum dynaſtia.

3520. *Socrates* erexit ſcholam Athenis. Hæc peperit ex ſe iſtas quinque 20.

1. *Cyrenaicam*, authore Ariſtippo Cyrenaico. 21.
2. *Eliacam*, authore Phædone Elienſi. 22.
3. *Megaricam*, authore Euclide Megarenſi. 23.
4. *Cynicam*; ex quâ ortum ſuum traxit ſchola *Stoica*, dicta ποικίλη & Cynoſarges. 24.
5. *Platonicam*; ex quâ natæ ſunt iſtæ duæ, 25.
   1. *Academia*, ſciſſa in quinque ramos: unde Academia dividitur in veterem, mediam & novam. 26.
   2. *Peripatus*, ſive Lycéum Ariſtotelis. 27.

Ex his ſcholis diu floruerunt Athenis hæ tres: Academia, Lycéum, & Stoa. Schola iſta ethnica duravit Athenis uſque ad Procli tempora. Nam Theodoſius II paulò pòſt Proclum ſacrificia ethnica & Orgia Bacchi ſuſtulit, totoque ethniciſmo abolito Chriſtianiſmum introduxit.

3540. Schola *Eleatica* incipit, authore Xenophane, auditore Anaxagoræ, & commilitone Socratis. Hæc peperit ex ſe ſcholam *Epicuri*. 28. 29

3540. Schola *Syracuſana* in Siciliâ habuit Platonem: poſtea Archimedem, Nicetam, Plautum, & alios. 30.

3545. Schola *Lugdunenſis* ad Rhodanum videtur hoc tempore inſtituta ab exulibus Græcis, qui eò confugerunt, cùm Athenæ captæ eſſent à Lyſandro. Appellarunt ſcholam ſuam *novas Athenas*. Ciceronis diſcipulus, Munatius Plancus, rector Galliæ comatæ, ſcholam inſtauravit. Julius Cæſar eo loco aram extruxit, ad quam quotannis fierent eloquentiæ Græcæ & Latinæ certamina. Anno Chr. 447 ibi docuit Eucherius epiſcopus diſertus. 31.

3600. Schola *Meſſana* in Siciliâ habuit Dicæarchum, Ariſtotelis auditorem: & ſuperioribus annis Johannem Gatium Cephaleditanum, qui tantus fuit theologus, ut profiteri auderet, ſi libri ſacri perirent, ſe per Dei gratiam reſtituturum. Franciſcus Maurolycus ibidem docuit. 32.

3670. Schola *Alexandrina* in Ægypto, inſtaurata eſt à Ptolemæo Philadelpho: qui bibliothecam luculentam, quadringentis librorum millibus ibi inſtruxit. Ea bello Pompejano magnam partem ibi conflagravit. 33.

3690. Scholæ *Phariſæorum*, *Sadducæorum*, & *Heſſenorum* poſt hæc tempora incipiunt. 34

3700. Schola *Maſſilienſis* in Galliâ, à Julio Cæſare, Cicerone, Strabone, Tacito, S. Hieronymo, & aliis valde celebrata, hoc tempore videtur cœpiſſe. 35.

Anno M. | | Num schol V. T.

3750. Schola *Catinensis* in Siciliâ cœpit post captas Syracusas. 36.
Hodie omni disciplinarum genere est frequentissima.

3800. Schola *Mediolanensis* videtur huc referenda. Virgilius ibi literis operam dedit, anno M.3900. Augustinus eloquentiam ibidem docuit. Hermolaus Barbarus, Franciscus Philelphus, Georgius Merula, Cælius Rhodiginus, Hieronymus Cardanus, Jason IC. & alii celeberrimi viri hanc academiam superiori seculo nobilitarunt. 37.

3870. Schola *Neapolitana* putatur viguisse ævo Pythagoræ. Sed hoc tempore inprimis floruit. Nam Lucilius, Virgilius, Livius, Silius, Statius & Claudianus ibi vixerunt. Exolescentem restauravit ann 1216 Fridericus II. Imp. post centum annos exornata est à Roberto Rege, & post alios 100 ab Alphonso rege. 38.

3870. *Oscana* schola instituta est à Sertorio in regno Arragoniæ. 39.

3880. Schola *Panormitana* in Siciliâ, à Verre sublata, à L. Metello prætore restituitur. Hodiè privilegiis est ornata. 40.

Anno Chr. | | Num. schol. N. T.

1. & seqq. *Schola Pharisæorum, Sadducæorum & Essenorum* sunt celebres. 1.

31. *Christus* instituit scholam 12 apostolorum, & 70 discipulorum. Huic se aggregant pii quidam viri & fœminæ, ut Nicodemus, Josephus de Arimathæâ, Lazarus, Maria, Martha &c. 2.

32. Schola *Augustodunensis*, teste Tacito, sub primis Cæsaribus erat magni nominis. Instaurata est à Constantio Imp. Constantini M. patre. 3.

36. & seqq. Apostoli opposuerunt se *scholis Libertinorum*, *Cyrenæorum*, & *Alexandrinorum* Act 6. & reformarunt multas *synagogas Judæorum Act.13.14. & 17.* Instituerunt etiam *scholas novas*, putà Antiochenam, Alexandrinam & similes in variis provinciis. *Antiochena & Alexandrina* etiamnum Constantini M. tempore extiterunt. De scholâ Alexandrinâ Eusebius ex Philone, & Hieronymus, referunt, Marcum evangelistam cœtus atque agmina philosophantium, lectionibus, disputationibus, meditationibus, & interpretationibus Scripturæ sacræ totos dies incumbentium, coëgisse in celeberrimâ urbe Ægypti Alexandriâ. Dedit hæc Pantænum, Clementem, Origenem, Tryphonem, Heraclam, Dionysium, Anatolium, Pierium, Theonem, Athanasium, Didymum, Ambrosium, Maximum phisophum episcopum Constantinopolitanum, aliosque innumeros. Cæterùm apostoli varias scholas instituerunt iis in locis, ubi docuerunt. Vide Chronologiam conversionis populorum. 4. 5. 6.

50. *Gentiles philosophi*, nominatim Platonici & Aristotelici 7.

varias

An. Christi. | *Num. schol. N. T.*

varias habuerunt ſcholas in variis imperii Romani provinciis.

100. *Succeſſores apoſtolorum* (Ignatius, Polycarpus, & alii) varias ſcholas hinc inde plantarunt uſque ad tempora Conſtantini M. Vide Chronolog. converſ. populorum. Nazianzenus meminit ſcholarum Palæſtinæ, in quibus rhetoricam didicit: Sozomenus meminit ſcholæ Plotinianæ: Laodiceæ ſcholam habuit Epiphanius ſophiſta, quam frequentavit Apollinarius. Nicomedienſis Lactantio clara fuit; qui ibi docuit rhetoricam. 8.

140. *Schola Electiva* tempore Antonini Pii cœpit, authore Potamone Alexandrino. Vide Genealogiam philoſophiæ. 9.

150. *Rabbini Judæorum* varias habuerunt ſcholas poſt excidium Hieroſolymitanum. 10.

170. *Cantabrigienſi* ſcholæ in Angliâ primùm Lucius rex hoc tempore privilegia dedit. Deinde Sigebertus Pius, rex Eſtanglorum, id eſt, Anglorum orientalium, amplificavit an. 630. Tertiò Hugo Balſamus, epiſcopus Elyenſis, ornavit an. 1250. Alii tradunt, an. 370 à Cantabro Hiſpaniæ rege conſtitutam eſſe. 11.

170. Lucius rex fundavit etiam ſcholam *Bannachorenſem* in Angliâ. Ex hâc ſcholâ prodiit Pelagius hæreticus an. 390. 12.

298. *Cliviæ* ſcholam erexit Conſtantinus Imp. eique præfecit Eumenium rhetorem, ſalario ſexcentorum millium nummûm ei attributo. 13.

310. Tempore *Conſtantini M.* ſcholæ Chriſtianorum valde floruerunt. 14.

330. *Treverenſis* ſchola eſt antiquiſſima omnium Germaniæ Academiarum. Athanaſius exul, Hieronymus, & alii ibi vixerunt. Paulus confeſſor epiſcopatum iſtius loci geſſit. 15.

340. *Burdegalenſis* ſchola, quæ per excellentiam appellatur gymnaſium Aquitanicum, valde fuit celebris tempore Hieronymi, qui anno 359 meminit Minervii rhetoris, quem ſchola iſta ſuffecit Romæ. Anno 1441 eſt inſtaurata reſcripto Eugenii V Papæ. 16.

425. Academia *Conſtantinopolitana* fuit inſtituta ab Imper. Theodoſio II. 17.

447. Academia *Bononienſis* auſpiciis Theodoſii II fuit inſtituta. Ex reſcripto Theodoſii appellatur fons omnium ſcientiarum. Uſitatè nominata fuit mater ſtudiorum. Carolus M. eam collapſam inſtauravit. Fridericus Imp. quòd contra ipſum ſedi Romanæ adhæreret, Patavium anno 1240 transtulit. Azo, Bartholus, Accurſius, Marinus Socinus. Salicetus, Maginus, & alii clariſſimi viri multum ſplendoris conciliarunt huic academiæ. Senatus Bononienſis fertur quotannis quadraginta coronatorum millia in ſuos profeſſores 18.

exponere. Est ibi bibliotheca instructissima, quæ inter alia continet Biblia Esdræ.

470. *Legi nensis* schola in Britanniâ celebratur à ducentorum philosophorum sepulchris, qui circa tempora Arturi astronomiam & alias artes ibi docuerunt. 19.

540. Academia *Berytiensis* instituta fuit à Justiniano Imp. Beryti urbe Phœniciæ. 20.

550. *Carleonensis* schola antiquitùs celebratur in Angliâ. 21.

650. Academia *Erfordiensis* fundata est à Dagoberto Francorum rege, qui à patre constitutus fuit rex Thuringiæ & Hassiæ. Anno 1391 instaurata fuit ex academiâ Herbipolensi, quæ eò migravit propter diuturna bella. Variis privilegiis est ornata à Bonifacio IX & Pio II Papis. Magnus studiosorum numerus eò confluxit, cùm è Pragensi academiâ Lipsiam, & inde Erfordiam multi se reciperent. 22.

791. Academia *Parisiensis* de consilio Alcuini sive Albini fundatur a Carolo M. Sub Ludovico VII, an. 1139, & Francisco an. 1530 valde crevit. Robertus Ludovici frater fundavit ibi Sorbonam. 23.

791. Academia *Patavina* instituitur à Carolo M. Privilegia accepit ab Urbano IV, Clemente VI, & Eugenio IV. Fridericus II Imp. hanc academiam instauravit è Bononiensi, in odium Honorii Papæ, an. 1222. Urbanus V 150 pòst annis eam confirmavit. 24.

794. Academia *Papiensis* sive Ticinensis instituta est à Carolo M. instaurata à Johanne Galeatio, primo duce Mediolanensi. Syrus Aquiliensis tempore apostolorum ibi docuit sacram theologiam, indeque statutum, ut civitas non ampliùs Ticinum à flumine, sed Papia vocaretur, quasi patria pietatis. 25.

800. Academia *Tholosana* itidem fundata est à Carolo M. 26.

805. Schola *Osnaburgensis* in Westphaliâ instituta est à Carolo M. ut authores Græci & Latini ibi explicarentur. 27.

810. *Collegia canonicorum & clericorum* adjuncta episcopatibus institutis à Carolo M. fuerunt totidem scholæ. Canonici sunt dicti, quòd libros canonicos explicarent; clerici, quòd sustentarentur ex bonis ecclesiasticis. Huc pertinet *schola Fuldensis*, quæ tantam à Rabano Mauro an. 830 lucem accepit, ut fuerit judicata omnis eruditionis penu. 28.

872. Oxoniensis *academia* instituta est ab Alphredo Angliæ rege, confirmata à Papâ Adriano an. 884. 29.

926. Academia *Lovaniensis* hoc tempore cœpit. Ornata est privilegiis à Johanne duce Brabantiæ, confirmata à Martino V. Papâ, an. 1425. Johannes Goropius Becanus nullam vel in Italia, vel Gallia, vel Hispania reperiri scholam scribit 30.

cum

Anno Chr. | Num. ſchol. N.T.

cum hâc comparandam elegantiâ ſitus atque jucundicate: atque etſi Salamantica Hiſpaniarum omnibus præſtet Europæ gymnaſiis magnificentiâ ſcholarum publicarum, ſuperari tamen à Lovanio facie locorum.

990. Academia *Hiſpalenſis* in Hiſpaniâ erudivit Sylveſtrum II. Papam. Avicenna & Iſidorus ibi floruerunt. 31.

1145. *Remenſis* academiæ in Campaniâ fundamenta ſunt jacta in Concilio ibi habito ſub Eugenio III: ſed res ad exitum perducta eſt à Carolo Guiſio cardinale Lotharingo & archiepiſcopo Remenſi an. Chriſti 1560. 32.

1196. Academia *Montiſpeſſulana* ſive Monſpelienſis inſtituta eſt: olim jurisprudentiæ, nunc medicinæ ſtudiis frequentiſſima. 33.

1200. *Mutinenſis* ſchola magnum lumen accepit ab Azone, qui Bononiâ Mutinam eſt vocatus munere centum marcarum auri. 34.

1216. Schola *Neapolitana* eſt valde antiqua. Vide paulò ante. 35.
De ſcholâ *Romanâ* vide itidem paulò ante in ſcholis Vet. Teſt. 36.

1216. Schola *Ferrarienſis* hoc tempore incipit. Inſtaurata eſt ab Alberto Eſtenſi Marchione an. 1300, privilegiis ornata à Bonifacio VIII. Docuerunt ibi Salicetus, Angelus Aretinus, Andreas Alciatus, Theodorus Gaza. Rodolphus Agricola ibidem eſt cruditus. 37.

1227. Schola *Biturigenſis* inſtituta eſt à Ludovico Sancto, & Carolo fratre Ludovici XI, confirmata à Paulo II Papâ. Docuerunt ibi Rebuffus, Alciatus (ſtipendio 1200 coronatorum) Duarenus, Hotomannus, Donellus & Cujacius, qui ibidem obiit an. 1590. 38.

1236. *Viennenſis* academiæ fundamenta jaciuntur à Friderico II. Imp. ad exemplum Romanæ & Pariſinæ. Renovavit eam Albertus III archidux Auſtriæ, an. 1363. Urbanus Pontifex privilegiis munivit an. 1365. Singulæ ibi facultates ſuum patronum elegerunt: theologi Johannem evangeliſtam, JCti S. Ivonem, medici S. Coſmam & S. Damianum, philoſophi, oratores & poëtæ S. Catharinam. 39.

1279. Academia *Conimbricenſis* in Luſitaniâ inſtituta eſt à Dionyſio VI rege Portugalliæ. Aliquando traducta eſt Liſibonam, ſed Johannes III eam reduxit, aſſumtis doctoribus ex ſocietate Jeſu. 40.

1286. *Navarræ* ſcholam erexit Johanna regina. 41.

1290. Academia *Peruſina* in Hetruriâ florere incipit. Iisdem ornatur privilegiis, quibus Conſtantinopolitana. 42.

1312. *Aurelianenſis* academia conditur à Philippo Pulchro Galliæ rege, & inſignitur iisdem privilegiis, quibus Tholoſana. 43.

Anno Chr.		*Num. ſchol. N. T.*
1320.	Academia *Cadurcenſis* fundatur à Johanne XXII, aliis XXI, Pontifice.	*44.*
1330.	Schola *Ilerdenſis* in Aragoniâ ſeu Cathalauniâ, & *Majoricana* ſeu Balearica in metropoli inſulæ Majoricæ, hoc tempore videntur cœpiſſe. In Majoricanâ docetur Philoſophia Raimundi Lullii.	*45. 46.*
1339.	Academia *Piſana* in Thuſciâ inſtituitur. Novos quaſi natales accipit anno 1487 ſub Laurentio Medice, & iterum an. 1543 ſub Coſmo Medice.	*47.*
1346.	Academia *Heidelbergenſis* inſtituitur à Ruperto II, ſeu Rufo, duce Bavariæ: confirmatur an. 1387 ſub Urbano VI Pontifice. Inſignem habuit bibliothecam.	*48.*
1360.	Academia *Pragenſis* fundatur à Carolo IV. Imp. & rege Bohemiæ. In hâc academiâ quatuor nationes, Germanica, Polonica, Bohemica, & Bavarica, eandem habebant poteſtatem. Sed cùm anno 1409 Imperator Bohemis indulſiſſet, ut ipſi tantum valerent, quantum reliquæ nationes tres ſimul, Rectorem agente Johanne Huſſo, uno die ſupra duo millia Germanorum Lipſiam ſe contulerunt, & intra octiduum 24 M. ſcholaſticorum diſceſſerunt, & paulò poſt reliqui dilapſi ſunt, ita ut in univerſum inde abierint 40 M. ſtudioſorum. Erant enim ibi 44 M. exterorum.	*49.*
1364.	Academia *Cracovienſis* fundatur à Caſimiro II rege, qui privilegia impetrat ab Urbano V. inſtauratur an. 1400 à Vladislao Jagellone.	*50.*
1330.	Academia *Senenſis* poſt aliquot vexationes iterum conſtitit: inprimis an. 1387. Privilegia accepit à Pio II Pontifice, an. 1460.	*51.*
1388.	Academia *Colonienſis* inſtituitur à Senatu, privilegiis ornatur ab Urbano VI, paribus Lutetianæ. Docuerunt ibi Albertus M. Thomas Aquinas, Johannes Scotus. Præter ſcholas theologorum, juriscoſſ. & medicorum ſunt ibi tria publica gymnaſia: Montanum, à primo gymnaſiarchâ Gerhardo de Monte; Laurentianum, à primo regente Laurentio denominatum; Cucanum, quod hodie appellatur Novum gymnaſium coronarum. Montani ſequuntur doctrinam Thomæ, Laurentiani, Alberti M.	*52.*
1390.	*Avenionenſis* academia confirmatur à Pontificibus in ſchiſmate ibi ſedentibus. Paulus Caſtrenſis ibi ſcripſit in jus civile commentaria, quæ vocantur Prælectiones Avenionicæ. Alciatus ibidem docuit ſalario 600 aureorum.	*53.*
1396.	Academia *Andegavenſis* erigitur à Ludovico II duce Andium.	*54.*
1403.	Academia *Herbipolenſis* inſtauratur à Johanne duce Wirtzeburgico, cùm anno 1391. eſſet dilapſa.	*55.*
1404.	Academia *Salmanticenſis* in regno Caſtellæ erigitur, &	*56.*

confirma-

An. Christi.		Num. schol. N. T.
	confirmatur à Benedicto XIII tempore schismatis, cùm antehac fundamenta essent jacta ab Alphonso VIII rege. Ex decreto concilii Viennensis ibi docebantur Hebraica, Chaldaica, & Arabica linguæ.	
1404.	Academia *Palentina* in Salmanticensem mutata intercidit.	57.
1409.	Academia *Lipsensis* oritur ex ruinis academiæ Pragensis, auspiciis Friderici ducis Saxoniæ.	58.
1411.	Academia *Sanctandreana* fundatur in Scotiâ à Jacobo I reverso ex carcere Anglicano.	59.
1415.	Academia *Rostochiensis* conditur à Johanne & Alberto primis, ducibus Megapolitanis. Plenè constituitur an.1419. Est colonia academiæ Erfordiensis & Lipsensis.	60.
1418.	Academia *Cadomensis* in Normandiâ conditur ab Henrico V rege Angliæ. Alii natalem ejus rejiciunt ad an.1431.	61.
1426.	Academia *Dolana* in Burgundiâ fundatur à Philippo Bono duce Burgundiæ. Valde inclaruit anno 1484.	62
1430.	Academia *Pictaviensis* in Galliis constituitur à Carolo VII rege Francorum. Celebratur proximè Parisiensem. Johan. Capnion, & Christophorus Longolius ibi docuerunt.	63.
1438.	Academia *Florentina* vetus admodum putatur. Sed Cosmus Medices evocatis è Græciâ viris doctissimis eam reddidit florentissimam an.1438: florentiorem verò ejus filius Laurentius, dedicatione bibliothecæ per Johan. Lascarem collectæ, cui nihil orbis dicitur habere comparabile.	64.
1454.	Academia *Glasquensis*, sive Glascaviensis, fundatur in Scotiâ sub Jacobo II.	65.
1456.	Academia *Grypswaldensis* in Pomeraniâ inchoatur à Vratislao IX duce Pomeraniæ: instauratur an.1547 à Philippo Pomeranorum duce.	66.
1459.	Academia *Basiliensis* erigitur à Pio II Pontifice, qui fuit scriba Concilii Basiliensis. Honorata fuit iisdem privilegiis, quibus Bononiensis, Coloniensis, Viennensis, cæteræque in Germaniâ Universitates ornatæ fuerunt.	67.
1460.	Schola *Veneta* perpetuò floruit, ex quo literæ Græciâ exactæ fuerunt. Emanuel Chrysoloras ei lumen intulit. Bessarion Cardinalis, olim archiepiscopus Nicænus, eam ibi moriens dotavit bibliothecâ 30 M. aureorum pretio. Illustrarunt hanc academiam Hermolaus Barbarus, Johan. Baptista Egnatius, Cœlius Secundus Curio, Petrus Bembus, Aldus Manutius, ejusque filius Paulus, Antonius Sabellicus, & alii.	68.
1460.	Academia *Friburgensis* in Brisgojâ fundatur ab Alberto VI, archiduce Austriæ. Zasius superiori seculo ibi docuit.	69.
1460.	*Veronensis* schola florere incipit.	70.

An. Christi.		Num. schol. N T.
1470.	*Valentina* schola mirificè claret. Docuerunt ibi S. Dominicus & S. Vincentius Ferrerius.	71.
1472.	Academia *Ingolstadiensis* in Bavariâ floret. Orta dicitur anno 1410 ex academiâ Viennensi. Amplificata fuit à Ludovico duce Bavariæ, qui anno 1459 egregia privilegia ei impetravit à Pio II. Exinde eam ornarunt Ernestus & Albertus duces Bavariæ.	72.
1477.	Academia *Tübingensis* oritur curante Eberhardo duce Wirtenbergico.	73.
1480.	*Aberdonensis* academia instituitur in Scotiâ auspiciis Jacobi III. Vixit ibi Hector Boëtius philosophus, historicus, & theologus insignis, an. 1526.	74.
1480.	*Mantuana* schola hoc tempore floret sub Mario Philelpho Francisci F. & Victorino.	75.
1482.	Academia *Moguntina* aperitur à Diethero Isenburgico. Alii referunt ad an. 1461.	76.
1489.	Schola *Londinensis* in Angliâ fundatur sub Henrico VII, liberalitate Johannis Coleti. Floruerunt ibi Thomas Linacer, Thomas Morus, Polydorus Virgilius, Erasmus Roterodamus, Ludovicus Vives, Hadrianus Junius.	77.
1490.	Schola *Salernitana* in regno Neapolitano floret.	78.
1490.	Schola *Taurina* seu Tuariensis in Italiâ Cisalpinâ floret. Erasmus Roterodamus ibi creatus est doctor theologiæ, quam ibidem docuit.	79.
1500.	*Barcinonensis* schola in Cathalauniâ videtur huc referenda.	80.
1502.	Academia *Wittenbergensis* conditur à Friderico electore. Æternum nomen ei compararunt Martinus Lutherus & Philippus Melanchthon.	81.
1505.	Schola *Vratislaviensis* instituitur à Senatu.	82.
1506.	Academia *Francofurtensis* ad Oderam incipit procurantibus Joachimo, Electore Brandeburgico, & fratre ejus Alberto postea Cardinale & Electore Moguntino.	83.
1515.	Schola *Complutensis* in regno Castellæ magnificè restituitur à Francisco Ximenio Cardinale & Archiepiscopo Toletano. Edita ibi sunt Biblia Complutensia trium linguarum.	84.
1515.	*Eburensis* schola in Lusitaniâ instituitur.	85.
1518.	Academia *Toletana* erigitur à Francisco Alvaro. Andreas Schottus ibi docuit an. 1580.	86.
1518.	Schola *Granatensis* in Bætico seu regno Granatæ instituitur. Ibi Johannes Latinus æthiops Rhetoricam docuit nostrâ tempestate.	87.
1520.	Schola *Goldtbergensis* in Silesiâ instituitur: *Tigurina* etiam inclarescit in Helvetiâ.	88. 89.

Acade-

An. Christi.		Num. schol. N. T.
1526.	Academia *Marpurgensis* fundatur à Philippo Hassiæ Landgravio; confirmatur à Carolo V.	90.
1530.	*Coronensis* schola in Transylvaniâ inclaruit per Johan. Hunterum theologum & mathematicum.	91.
1530.	Schola *Lausannensis* inclarescit.	92.
1530.	Schola *Cæsaraugustana* in regno Arragoniæ instituitur à Carolo V. instauratur an. 1584. Alii natalem ejus conferunt in an. 1522 sub Adriano VI Papa.	93.
1535.	Schola *Genevensis* in Sabaudiâ incipit.	94.
1538.	Schola *Argentinensis* instituitur à Senatu, Johanne Sturmio rectore. Accepit privilegia quædam à Maximiliano II Imp. an. 1566 in Comitiis Augustanis. Colophonem privilegiis istis imposuit Ferdinandus II an 1621.	95.
1539.	Academia *Hafniensis*, sive Coppenhagensis, in Daniâ conditur à Friderico rege, instauratur à Christiano III.	96.
1540.	Schola *Upsaliensis* in Sveciâ originis est vetustæ. Sed anno 1540 inprimis claruit sub Jacobo Zieglero & Olao Magno.	97.
1542.	Schola *Elbingensis* in Borussiâ fundatur ab Alberto duce.	98.
1543.	Schola *Misnensis* instituitur à Mauritio duce Saxoniæ.	99.
	Eodem anno ab eodem duce fundatur schola *Portana* ad Salam.	100.
	Eodem anno fundatur schola *Stetinensis*.	101.
1544.	Academia *Regiomontana* instituitur in Borussiâ ab Alberto marchione Brandeburgico, rectore primo Georgio Sabino.	102.
1548.	Academia *Jenensis*, sive Salana, conditur à Johanne-Friderico electore Saxoniæ.	103.
1549.	Academia *Dillingana* in Bavariâ superiore instituitur ab Othone Truchsesio Walpurgio, episcopo Augustano & Cardinali, qui ipsemet disputavit in hac schola, & lectionibus interfuit. Alii referunt ad an. 1564.	104.
1549.	Academia *Ossunensis* instituitur in Illiberico seu regno Granatensi.	105.
1550.	Schola *Grimensis* instituitur à Mauritio electore Saxoniæ	106.
1550.	Schola *Bergomensis* abundat peritissimis omnium facultatum doctoribus.	107.
1560.	Schola *Gratianopolitana* in Delphinatu floret. Docuit ibi Jacobus Cujacius.	108.
	Circa hoc quoque tempus instituitur schola *Gandiana* in regno Valentiæ.	109.
1560.	Schola *Lavingensis* instituitur in superiore Palatinatu à Wolfgango Palatino, annuente Ferdinando I Imp.	110.
1562.	Schola *Duacensis* in Belgio instituitur à Philippo II rege Hisp.	111.
1565.	Schola *Gorlicensis* in Lusatiâ superiori aperitur.	112.

An. Chr.		Num. Schol. N. T.
	Eodem anno fundatur schola *Neuhusiana* prope Wormatiam, à Friderico III electore Palatino.	113.
1570.	Schola *Compostellana* in regno Galliciæ, & *Visontina* in Burgundiâ erigitur.	114. 115.
1572.	*Tarraconensis* schola incipit.	116.
1574.	*Seguntinensis* schola in regno Castellæ inclarescit.	117.
1575.	*Lugdunensis* schola in Bataviâ, sive Leidensis, instituitur ab Ordinibus Belgicis & Wilhelmo principe Auraico.	118.
	Eodem anno instituitur schola *Altorfina* à Senatu Norimbergensi, qui privilegia academica impetravit à Rudolpho II. an.1581.	119.
1576.	Academia *Helmstadiensis* fundatur à Julio duce Brunsvicensi, unde & Julia vocatur.	120.
1578.	*Neostadiana* schola in Palatinatu inferiori fundatur à Johanne-Casimiro Comite Palatino. Docuerunt ibi Zacharias Ursinus & Hieronymus Zanchius.	121.
1579.	Schola *Corbachiensis* in comitatu Waldeccensi fundatur, item *Zwiccaviensis* in Misniâ.	122. 123.
1580.	Schola *Pontamussana*, sive Mussipontana, in Lotharingiâ inclarescit: similiter *Monasteriensis* in Westphaliâ: *Posnaniensis*, seu Posnensis, in Poloniâ: *Onnatensis* in Cantabriâ.	124. 125. 126. 127.
1581.	Schola *Franekerana* instituitur ab Ordinibus Frisiæ.	128.
1585.	Schola *Herbornensis* instituitur à Johanne Comite Nassovio. Eodem anno inchoatur schola *Servestana*.	129. 130.
1588.	Schola *Stadensis* ad Albim erigitur: & *Steinfurtensis* in Westphaliâ.	131. 132.
1590.	Schola *Hardevicensis* in Geldriâ inclarescit: *Murgitana* in Hispaniis: *Neracensis* in Galliis, fundatur à matre Henrici IV. regis Galliarum. Ibi docuit Lambertus Danæus.	133.134. 135.
1592.	Schola *Sedanensis* in Galliâ inclarescit: item schola *Bremensis* in Saxoniâ inferiori.	136.137.
1600.	Schola *Dantiscana* inclarescit in Borussiâ: *Nemausensis* in Galliâ Narbonensi.	138. 139.
1604.	Schola *Salmuriensis* erigitur à Philippo Mornæo in Galliis.	140.
1607.	Academia *Giessena* donatur privilegiis à Rudolpho II. Imp.	141.
1617.	Schola *Gröningana* fundatur ab Ordinibus Gröningæ.	142.
1620.	Academia *Schaumburgica* privilegiis ornatur à Ferdinando II. Imp.	143.

Succes-

Successio Philosophorum in quibusdam scholis.

I. *Schola patriarcharum.* Vide propriam chronologiam.
II. *Schola prophetarum.* Vide propriam chronologiam.
III. *Schola Ionica.* 1. Thales. 2. Anaximander. 3. Anaximenes. 4. Anaxagoras. 5. Archelaus Milesius. 6. Euripe .es physicus. 7. Xenophanes. 8 Parmenides Eleates. 9 Zeno Eleates 10. Melissus Samius. 11. Leucippus Eleates. 12. Democritus Abderites. 13. Protagoras Abderites. 14. Methrodorus Chius. 15. Varii usque ad Proclum, qui claruit anno Chr. 400.
IV. *Schola Pythagorica.* 1. Pittacus Mitylenæus. 2. Pherecydes. 3. Pythagoras. 4. Parmenides. 5. Heraclitus. 6. Alcmæon. 7. Empedocles. 8. Lysias. 9. Thelanges, aliis Thelauges. 10. Archytas. 11. Epicharmus. 12. Philolaus. 13. Zamolxis. 14. Varii usque ad tempora Ovidii.
V. *Schola Socratica.* 1. Socrates, auditor Anaxagoræ. 2. Varii ipsius discipuli sectas peculiares excitarunt: putà Plato, Aristoteles, Eudoxus, Antisthenes, Phædo, Aristippus, Euclides.
VI. *Schola Platonica.* 1. Plato. 2. Speusippus. 3. Xenocrates. 4. Polemon. 5. Crates. 6. Crantor. 7. Arcesilaus. 8. Lacydes. 9. Euander. 10. Hegesinus. 11. Carneades. 12. Clitomachus. 13. Cratippus. 14. Aristarchus. 15. Ammonius Alexandrinus. 16. Plotinus. 17. Porphyrius. 18. Jamblichus. 19. Syrianus. 20. Proclus. 21. Heliodorus. 22. Hermias, anno Chr. 520.
VII. *Schola Peripatetica.* 1. Aristoteles. 2. Theophrastus & Menedemus Eretriensis. 3. Strato Lampsacenus. 4. Lycon. 6. Aristo Ceus. 7. Critolaus. 8. Diodorus. 9. Erynnius, & incerti aliquot. 10. Andronicus Rhodius. 11. Sosigenes mathematicus. 12. Alexander Ægeus, præceptor Neronis anno Chr. 50.
VIII. *Schola Cynica.* 1. Antisthenes. 2. Diogenes. 3. Crates. 4. Zeno Cirriæus. 5. Cleanthes. 6. Chrysippus. 7. Erasistratus, & Diogenes Babylonius. 8. Antipater. 9. Posidonius. 10. Phylon.
IX. *Schola Cyrenaica.* 1. Aristippus Cyrenæus, qui à Diogene vocatus est canis regius, quòd summum bonum in voluptate corporis collocaret. 2. Arete filia. 3. Aristippus filius, cognomento μητροδίδακτος. 4. Ptolemæus. 5. Antipater 6. Hegesias. 7. Anniceris. 8. Theodorus Atheos, octavus & postremus hujus scholæ.
X. *Schola Eliaca.* 1. Phædo Eliensis. 2. Anaxarchus Abde

rita. 3. Pyrrho. 4. Theodorus, auditor Zenonis. 5. Incerti aliquot Pyrrhonii. 6. Herodotus Philadelphus. 7. Sextus Chæronensis, M. Antonini temporibus.

XI. *Schola Megarica.* 1. Euclides Megarensis. 2. Eubulides. 3. Clitomachus. 4. Stilpo Megarensis, qui scholæ Megaricæ tantâ inventionis & eloquentiæ laude præfuit, ut parum abfuerit, quin omnis Græcia in illum intenta μεγαρίσαι, id est, Megaricam sectam amplecti diceretur. 5. Menedemus Eretriensis, ejus scholæ quintus & postremus, à quo philosophi Eretriaci & secta Etetriaca est appellata. Alii Menedemum referunt ad scholam Eliacam: quâ de re vide infra genealogiam philosophiæ.

XXIV. *Chronologia Pontificum sive Episcoporum Romanorum, & schismatum XXIX, quæ sub illis contigerunt.*

An. Christi. — *Num. Pontif.*

PEtrum vulgo faciunt primum. Sed crassum hoc est σφάλμα. Vide Chronologiam convers. gent. — Prima classis Paparum à Lino ad Sylvestrum.

70. *Linus* an. 11. — 1.
81. *Cletus* 12. — 2.
93. *Clemens* 9. — 3.

Horum, & aliquot sequentium, incerta & confusa est historia. Scripta, quæ ipsorum nomine circumferuntur, sunt partim corrupta, partim supposititia. Primi hi Pontifices, ut & aliquot sequentes, sub cruce vixerunt, & pro Christi nomine plerique ferè omnes supplicio affecti sunt.

103. *Anacletus* an. 9. m. 3. — 4.
112. *Euaristus* an. 9. m. 3. — 5.
121. *Alexander* an. 10. m. 5. — 6.
132. *Sixtus* an 10. m. 1. — 7.
142. *Telesphorus* an. 11. m. 9. Putatur author jejunii Quadragesimalis. — 8.
154. *Hyginus* an. 4. — 9.
158. *Pius* an. 9. m. 6. Hic decretum de Paschâ celebrando edit. — 10.
167. *Anicetus* an. 8. m. 9. Hic decrevit, ne clericus comam nutriret. — 11.
175. *Soter* an. 5. — 12.
179. *Eleutherius* an. 15. d. 23. Est primus episcoporum Romanorum, qui non periit morte violentâ. Ab hoc Pontifice Lucius rex Britannorum petit & impetrat, qui fundamenta Christianismi jaciant in suo regno. — 13.
194. *Victor* an. 9. m. 1. Hic quæstionem de Paschatis celebratione violenter tractat, & ab Irenæo reprehenditur. Quæstio — 14.

autem

An. Christi.		*Num. Pontif.*
	autem erat, an feſtum Paſchæ die Dominico, vel decimâ-quartâ lunâ cum Hebræis eſſet celebrandum.	
203.	*Zepherinus* an.18.d.18. Fuit Montaniſta.	*15.*
221.	*Calixtus,* ſive *Caliſtus* an.5.m.1.	*16.*
227.	*Urbanus* an.6.m.7.	*17.*
233.	*Pontianus* an.5.	*18.*
238.	*Anterus* an.1.	*19.*
239.	*Fabianus* an.14.	*20.*
254.	*Cornelius* an.2. Hoc tempore ortum eſt *primum ſchiſma* Novatiani Antipapæ contra Cornelium.	*21.*
255.	*Lucius* an.1. menſ.8.	*22.*
257.	*Stephanus* an.3.m.3.	*23.*
260.	*Sixtus II.* an.1.	*24.*
261.	*Dionyſius* an.11.m.3.	*25.*
273.	*Felix* an.2.m.5.	*26.*
275.	*Eutychianus* an.8.m.6.d.4.	*27.*
284.	*Cajus* an 11.m.4.	*28.*
297.	*Marcellinus* an 8.	*29.*
304.	*Marcellus* an 5.m.1.d.25.	*30.*
309.	*Euſebius* an.2.m.7.	*31.*
311.	*Miltiades* an.2.m.2.	*32.*
314.	*Sylveſter* an.21.m.10. Hoc tempore celebratur concilium Nicenum an.316; & Conſtantinus M. eccleſiis, nominatim Romanæ, opulenta ſuppeditat ſubſidia, non tamen ea, quæ patrimonium Petri vocant Papiſtæ.	*33.* II. Claſſis Pontificũ à Sylveſtro ad Bonifacium III.
336.	*Marcus* m.8.	*34.*
337.	*Julius* an.15.m.5.	*35.*
352.	*Liberius* an.15.m.4. Fuit Arianus.	*36.*
358.	*Felix II.* an.1.m 3. vivente Liberio. Huc refer *ſchiſma ſecundum* Felicis cum Liberio. Hieronymus & Athanaſius ſcribunt, Liberium ſubſcripſiſſe pravitati hæreticæ.	*37.*
367.	*Damaſus* an.17.m.3. Urſicinus movet *ſchiſma* contra Damaſum: quod alii faciunt *tertium*, alii appellant continuationem præcedentis ſchiſmatis. Hinc eſt, quòd deinceps variat calculus ſchiſmatum.	*38.*
385.	*Syricius* an.13.m.1.	*39.*
398.	*Anaſtaſius* an.4.m.1.	*40.*
402.	*Innocentius* an.15.m.1.	*41.*
417.	*Zoſimus* an.1.m.4.	*42.*
419.	*Bonifacius* an.4.m.10. Contra hunc Eulalius movet *ſchiſma*, quod aliis eſt *tertium*, aliis *quartum*.	*43.*
424.	*Calcſtinus* an.8.m.5.	*44.*
432.	*Sixtus III.* an.7.m.11.	*45.*
440.	*Leo Magnus* an.20.m.11.	*46.*
461.	*Hilarius* an.6.m.10.	*47.*
468.	*Simplicius* an.15.m.5.	*48.*

Anno Chr.		Num.Pontif
483.	*Felix III.* aliis *II.*an.9.	49.
492.	*Gelasius* an. 4.m.8.	50.
497.	*Anastasius II.*an.2.Fuit patronus Eutychianorum & Nestorianorum.Effudit in morte intestina,ut olim Arius.	51.
499.	*Symmachus* an.15.m.8. *Schisma quartum* (al. *quintum*) à Laurentio contra Symmachum excitatur.	52.
514.	*Hormisda* an.9.Hujus filius Silverius à Vigilio per schisma dejicitur à Paparu. Vide paulò post.	53.
524.	*Johannes I.*an.2.m.9.	54.
526.	*Felix IV.* aliis III.an.4. m.2.	55.
530.	*Bonifacius II.*an.1.d.2. Hic successorem sibi elegit Vigilium. Sed cassavit paulò pòst electionem illam, quam sentiebat omnibus displicere. Dioscorus movet *schisma quintum* (al. *sextum*) contra Bonifacium , & est Antipapa dies 28.	56.
532.	*Johannes II.* an.3.	57.
535.	*Agapetus* an.2.	58.
537.	*Sylverius* an.3. Vigilius excitat *schisma sextum* (aliis *septimum*) contra Sylverium.	59.
540.	*Vigilius* an.15.	60.
555.	*Pelagius* an.4.m.10.	61.
560.	*Johannes III.* an.13.	62.
573.	*Benedictus* an.4.m.1.	63.
578.	*Pelagius II.* an.12.m.3.	64.
590.	*Gregorius Magnus* an.13. m.6.d.9. Hic missis in Angliam monachis, magnam partem Angliæ à Paganismo ad fidem Christi convertit: unde à Bedâ vocatur apostolus Anglorum.Instituit multas ceremonias & nugas.Appellavit se servum servorum.	65.
605.	*Sabinianus* m.5.d.19.	66.
606.	*Bonifacius III.* mens.8.d.23. Ab hoc usque ad Johannem VIII incipit regnum bestiæ: quia Bonifacius aperuit os suum ut ambitiosa bestia.	67 III.Classis Paparum a Bonifacio III. ad nostram ætatem.
607.	*Bonifacius IV.*an.8.m.6.d.13. Sub hoc Romæ celebratum fuit concilium,in quo promulgatum fuit privilegium Phocæ de primatu ecclesiæ Romanæ.	68.
615.	*Deus dedit* an.3.	69.
618.	*Bonifacius V.*an.7.m.10.d.25.	70.
626.	*Honorius* an.12. m.5. Hic Papa accusatur à Græcis,quòd faverit Monotheletis.	71.
639.	*Severinus* mens.11.	72.
640.	*Johannes IV.* an.1. m.9.	73.
641.	*Theodorus* an.7.m.5.	74.
649.	*Martinus* an.6. m.3. d.12.	75.
654.	*Eugenius* m.6.d.23.	76.
655.	*Vitalianus* an.14.m.5. Hic anno 666 præcipit sacra peragi La-	77.

gi Latinè. Unde quidam existimant numerum 666 *Apoc.13.* non solùm huic tempori, sed etiam ordinationi (putà voci Λατεῖν@) quadrare.

669. *Adeodatus* an.7. m.2. 78.

676. *Donus* an.1. m.5. 79.

678. *Agatho* an.4.

682. Vacat sedes. 80.

683. *Leo II.* mens.10.d.18. 81.

684. *Benedictus II.* an.1. 82.

685. *Johannes V.* an.1.d.11. *Schisma septimum* Petri & Theodoreti ante Cononem incipit. Aliis est *octavum.* 83.

687. *Conon* mens.11. d.23. *Schisma octavum* Theodori & Paschalis ante Sergium incipit. Aliis est *nonum.* 84.

688. *Sergius* an.13. m.8. 85.

702. *Johannes VI.* an 3 m.2. 86.

705. *Johannes VII.* an.2.m.7. 87.

708. *Sisinnius*, aliis *Zosimus*, d.20. 88.

708. *Constantinus* an.6. m.1. 89.

715. *Gregorius II.* an 16. m.8. 90.

731. *Gregorius III.* an.10.m.9. d.12. 91.

742. *Zacharias* an.10. m.3. Hic incipit *schisma nonum* (aliis *decimum*, Bellarmino *octavum*) per Theophylactum Antipapam. Zacharias Virgilium episcopum damnavit hæreseos, quòd statueret antipodas. 92.

752. *Stephanus II.* d.4. 93.

752. *Stephanus III.* an.5.d.28. 94.

757. *Paulus*, frater Stephani, an.10. m.1. & vacat sedes annum unum. Huc quidam referunt *schisma decimum* per Philippum Antipapam. Aliis est *undecimum.* 95.

768. *Constantinus* m.1. 96.

768. *Stephanus IV.* an.3.m.5.d.28. 97.

772. *Hadrianus I.* an.23. m.10. 98.

796. *Leo III.* an.20. m.5. 99.

816. *Stephanus V.* mens.7. 100.

817. *Paschalis* an.7. m.3. d.16. 101.

824. *Eugenius II.* an. 3. m. 2. d.20. *Schisma undecimum* (aliis *duodecimum*) excitatur per Zinzinum Antipapam. 102.

827. *Valentinus* d.4. 103.

828. *Gregorius IV.* an.16. 104.

844. *Sergius II.* Os porci dictus. an.3. m.1. 105.

847. *Leo IV.* an.8. m.3.d.5. 106.

855. *Johannes VIII*, sive potiùs Johanna Papissa. an.2. m.5. d.4. Ab hoc Papâ incipit regnum meretricis magnæ usque ad Sylvestrum II. Hæc meretrix dæmoniacum adjurans, interrogabat quando dæmon recedere vellet: cui diabolus respondit, 107.

Anno Chr.		Num. Pontif.
	P:pa pater patrum, Papissa pandito partum,	
	Et tibi tunc edam, de corpore quando recedam.	
857.	*Benedictus III.* mens.8. dies 16. *Schisma duodecimum* (aliis *decimumtertium*) excitatur per Anastasium III Antipapam.	108.
858.	*Nicolaus* an 9. m.6.d.20.	109.
868.	*Hadrianus II.* an.4. m.17.	110.
873.	*Johannes IX,* al. VIII. an.10.	111.
883.	*Marinus* an.1. d.20.	112.
884.	*Hadrianus III* an.1.m.3. d.19.	113.
885.	*Stephanus VI.* al.V. an.6.	114.
891.	*Formosus* an.4. m.6. Contra hunc Sergius Antipapa excitat *schisma decimumtertium,* aliis *decimumquartum.*	115.
895.	*Bonifacius VI.* d.15.	116.
895.	*Stephanus VII.* al.VI. mens.2. Hic abrogat decreta Formosi, & ejus cadaver è sepulchro extractum ignominiâ afficit.	117.
895.	*Theodorus II.* an.6. Hic causam Formosi defendendam suscipit.	118.
901.	*Johannes X.* aliis IX.an.4.	119.
905.	*Benedictus IV.* an 3.	120.
907.	*Leo V* dies 40.	121.
908.	*Christophorus* m.7. Huc refertur *schisma decimumquartum,* aliis *decimumquintum,* inter Leonē & Christophorum.	122.
908.	*Sergius III* an. 2.	123.
910.	*Anastasius III* an.2. m.2.	124.
912.	*Lando* mens.1. d.22.	125.
912.	*Johannes XI.* al.X. an.16.	126.
928.	*Leo VI.* mens.7.	127.
929.	*Stephanus VIII.* al. VII. an.2.	128.
931.	*Johannes XII.* al.XI. an.5.	129.
936.	*Leo VII.* an.4.	130.
940.	*Stephanus IX.* al.VIII. an.3. m.4.	131.
943.	*Marinus II.* an.3.m.3.d.13.	132.
946.	*Agapetus II* an.10. m.3 d.10.	133.
956.	Johannes XIII al.XII.an 9. Hîc incipit *schisma decimumquintum* (aliis *decimumsextum,* Bellarmino *duodecimum*) inter Leonem, Benedictum, & Johannem XIII.	134.
964.	*Leo VIII.* an.1. Hic fuit creatus ab Imperatore, Johanne XIII adhuc vivente.	135.
965.	*Benedictus V.* an.1 Huc pertinet *schisma decimumsextum,* aliis *decimumseptimum,* inter Benedictum V & Leonem VIII.	136.
966.	*Johannes XIV.* al.XIII.an.6. m.11. d.5.	137.
972.	*Donus* an.1.m.3. Hunc quidam omittunt, & ejus loco collocant Benedictum quendam, & Bonifacium VII, cui tribuunt mens.1. d.12.	138.

Benedi-

973. *Benedictus VI.* al. VII. an. 1. mens. 3. 139.

974. *Benedictus VII.* an. 9. d. 10. 140.

984. *Johannes XV.* al. XIV. an. 1. 141.

985. *Johannes XVI.* al. XV. an. 10. 142.

995. *Johannes XVII.* al. XVI. mens. 4. 143.

996. *Gregorius V.* an. 2. m. 8. *Schisma decimum septimum* (aliis *decimum octavum*, Bellarmino *decimum tertium*) excitatur per Antipapam Johannem contra Gregorium V. 144.

999. *Sylvester II.* an. 4. m. 6. d. 12. Hunc scribunt fuisse necromanticum. Ab hoc incipit regnum draconis magni usq; ad Innocentium IV. 145.

1003. *Johannes XVIII.* al. XVII. m. 5. 146.

1003. *Johannes XIX.* al. XVIII. an. 6. 147.

1009. *Sergius IV.* an. 2. m. 8. 148.

1012. *Benedictus VIII.* al. VII. an. 12. 149.

1024. *Johannes XX.* al. XIX. an. 10. Bellarminus in chronologiâ suâ ita scribit: *His temporibus, quibus Pontifices Romani à pietate veterum degeneraverant, principes seculi sanctitate florebant. Talis fuit Imperator Henricus cum uxore Chunegundâ, Romanus Imp. Græcus, Chnutus rex Daniæ & Angliæ, Stephanus rex Hungariæ cum filio sancto Emerico, Robertus Sanctus rex Francorum, Magnus Ferdinandus rex Castellæ & Legionis cum uxore Sanctiâ.* 150.

1034. *Benedictus IX.* an. 11. 151.

1044. *Gregorius VI.* an. 3. *Schisma decimum octavum* (aliis *decimumnonum*, Bellarmino *decimumquartum*) oritur inter Sylvestrum & Johannem Antipapas: quibus sublatis, & Benedicto IX renuntiante, creatus est Gregorius VI, qui depositus fuit tanquam Simoniacus a Concilio Sutrino. 152.

1047. *Clemens II.* mens. 9. 153.

1048. *Damasus II.* d. 23. Hoc tempore vacat sedes an. 1. 154.

1049. *Leo IX.* an. 5. m. 2. d. 8. 155.

1055. *Victor II.* an. 2. m. 3. d. 13. *Schisma decimum nonum* (aliis *vigesimum*, Bellarmino 15.) excitatur à Benedicto Antipapâ. 156.

1057. *Stephanus X.* an. 10. m. 9. 157.

1058. *Nicolaus II.* an. 2. m. 6. Hic est constitutus ab Henrico IV. Imperatore. 158.

1061. *Alexander II.* an. 11. m. 6. d. 22. *Schisma vigesimum* (aliis 21. Bellarmino 16.) excitatur per Honorium Antipapam contra Alexandum. 159.

1073. *Hildebrandus*, dictus *Gregorius VII.* an. 12. m. 1. d. 3. Hic primus imperatorem excommunicavit, & potestatem constituendi imperatorem sibi arrogavit. *Guibertus*, qui dici voluit *Clemens*, constituitur Antipapa ab Henrico IV. Huc Bellarminus refert *schisma decimum septimum*: quod aliis est *vigesimum primum*, sed revera est *vigesimum secundum*. 160.

An. Christi.		Num. Pontif.
1086.	*Victor III.* an.1.	161.
1087.	*Urbanus II.* an.11.m.4.d.18.	162.
1099.	*Paschalis II.* an.18. m.5. Albertus & Theodoricus Antipapæ excitant *schisma vigesimum secundum* (aliis 23. Bellarmino 18.) contra Paschalem. Alii hoc schisma tribuunt Gregorio VIII Antipapæ. Paschalis primus in epistolis suis annos Imperatoris, ut consuetum erat, numerare desiit, & Pontificatus annos substituit.	163.
1118.	*Gelasius II.* an.1. d.4.	164.
1119.	*Calixtus II.* aliis Callistus. an.5.m.10.	165.
1125.	*Honorius II.* an.5. m.1. d.17. Anacletus II. Antipapa excitat *schisma vigesimum tertium*, quod aliis est 24. Cœlestinus & Victor *vigesimum quartum*, quod aliis est *vigesimum quintum*.	166.
1130.	*Innocentius II.* an 13. mens.7. Huc Bellarminus collocat *schisma decimum nonum* Petri Leonis contra Innocentiū II.	167.
1143.	*Cœlestinus II* mens 5.d.13.	168.
1144.	*Lucius II.* mens.11. d.14.	169.
1145.	*Eugenius III.* an.8.m.4 d.13.	170.
1153.	*Anastasius IV.* an.1.m.4. d.14.	171.
1154.	*Hadrianus IV.* an 4.m.8.d.28.	172.
1160.	*Alexander III.* an.22. Victor, Callistus & Paschalis excitant *schisma vigesimum quintum* contra Alexandrum. Bellarmino est *vigesimum primum*, aliis *vigesimum sextum.*	173.
1181.	*Lucius III.* an.4. m.2. d.18.	174.
1186.	*Urbanus III.* an.1.m.10. d.25.	175.
1187.	*Gregorius VIII.* mens.2.	176.
1188.	*Clemens III.* an.3.m.2. d.26.	177.
1191.	*Cœlestinus III.* an.6. m.9. d.11.	178.
1195.	*Innocentius III.* an.18. m.6. d.9.	179
1198.	*Honorius III.* an.10. m.8.	180.
1216.	*Gregorius IX.* an.14.m.5. Hic est consarcinator epistolarum decretalium.	181.
1227.	*Cœlestinus IV.* d.17.	182.
	Sedes vacat an.2.	
1243.	*Innocentius IV.* an.11.m.5.d.14. Ab hoc usq; ad Julium II. incipit regnum Locustarum.	183.
1254.	*Alexander IV.* an.6.m.5.d.5.	184.
1261.	*Urbanus IV.* an.3.m.1.d.4.	185.
1265.	*Clemens IV.* an.3. m.9.d.25.	186.
	Sedes vacat an.2.m.9.	
1271.	*Gregorius X.* an.4.m.4.d.10.	187.
1276.	*Innocentius V.* mens. 5.	188.
1276.	*Hadrianus V.* mens.1. d.7.	189.
1276.	*Johannes XXI.* al. XX. mens.8.d.8 Bellarminus ait: *Mirum, cur iste Johannes Papa dici voluerit XX: cùm nullus præces-*	190.

serit

Anno Chr.		Num. Pontif.
	ferit XX. Sed errat Bellarminus. Nam Papa iste rectè fecit: quia Johanna VIII est adnumeranda catalogo Paparum, atque ita iste Papa reverâ fuit Johannes 21. Quòd si omittatur Johanna, est 20.	
1277.	*Nicolaus III.* an. 4. m. 8. d. 29.	191.
1281.	*Martinus II.* aliis IV. an. 4. m. 1.	192.
1285.	*Honorius IV.* an. 4. d. 2.	193.
1288.	*Nicolaus IV.* an. 6. m. 1. d. 14.	194.
1294.	*Cœlestinus V.* m. 5. d. 17. Hic Papa, raro exemplo, dimissâ sponte hâc dignitate, ad monasterium rediit.	195.
1294.	*Bonifacius VIII.* an. 8. m. 9. d. 18. Hic primus jubilæum instituit anno 1300: & intravit ut vulpes, regnavit ut leo, mortuus est ut canis. Cœli clavigerum se jactitavit, & tempore jubilæi respondit oratoribus Alberti Cæsaris, electionem non habere robur, quòd sine suâ authoritate facta esset. Hinc primo die se ostentavit in Pontificalibus, postero autem die habitu & infulâ imperiali indutus gladium ante se nudum deferri jussit, & altâ voce proclamavit: Ecce duo gladii hîc!	196.
1303.	*Benedictus IX.* al. X. al. XI. mens. 8. d. 6.	197.
	Sedes vacat mens. 11.	
1305.	*Clemens V.* an. 8. m. 10. d. 16. Hic transtulit sedem Pontificiam in Galliam, Avenionem: ubi mansit annis circiter 70.	198.
	Sedes vacat an. 2.	
1316.	*Johannes XXII.* al XXI. an. 18. m. 3. d. 18. Huc refertur *schisma vigesimum sextum* Nicolai Antipapæ: quod aliis est *vigesimum septimum.*	199.
1334.	*Benedictus X.* al. XI. al. XII. an. 7. m. 4.	200.
1342.	*Clemens VI.* an. 10. m. 7. Hic Papa revocat jubilæum ad annum quinquagesimum.	201.
1352.	*Innocentius VI.* an. 9. m. 8. d. 26.	202.
1362.	*Urbanus V.* an. 8. m. 2. d. 23.	203.
1371.	*Gregorius XI.* an. 7. m. 6. d. 5. Hic Papa reducit sedem ad Urbem, quia Itali incipiebant deficere à sede apostolicâ.	204.
1378.	*Urbanus VI.* an. 11. m. 6. d. 5. Schisma *vigesimum septimum* (aliis 28. Bellarmino 23.) omnium gravissimum & longissimum, quippe 50 annorum, excitatur à Clemente Antipapâ Avenione, contra Urbanum Romæ sedentem. Clementi successit in schismate Benedictus XIII: cui schismati volens Concilium Pisanum remedium adhibere (sunt verba Bellarmini) illud auxit, depositis duobus Pontificibus, & creato Alexandro V. Inde enim tres Pontifices simul sedebant: Gregorius XII. Benedictus XIII. & Alexander V. & paulò post Johannes XXIII.	205.
1389.	*Bonifacius IX.* an. 14. m. 11.	206.
1404.	*Innocentius VII.* an. 2. d. 21.	207.

An. Christi. — Num. Pontif.

1406. *Gregorius XII.* an.8.m.7.d.5. 208.
1409. *Alexander V.* menſ.10. vivente Gregorio XII. 209.
1410. *Johannes XXIII.* al. XXII.an.5. d.15. vivente Gregorio XII. Hic Papa (quemadmodum etiam Gregorius XII & Benedictus) fuit depoſitus in Concilio Conſtantienſi,ita ut tres Papæ ab uno Concilio fuerint dejecti. 210.
1417. *Martinus III.* dictus V. an.13. m.3. d.10. Contra hunc Clemens Antipapa excitavit *ſchiſma vigeſimumoctavum*, quod aliis eſt 29, Bellarmino 25. 211.
1431. *Eugenius V.* an.15.m.11. d.21. Hic deponitur à Concilio Baſilienſi,ſuffecto in ejus locum Felice. Atq; hoc eſt *ſchiſma vigeſimumnonum:* aliis 30, Bellarmino 26. Memineris, Onuphrium commemorare XXX ſchiſmata, Bellarminum XXVI, alios XXIX. 212.
1447. *Nicolaus V.* an.8.d.19. Felix abdicat ſe. 213.
1455. *Calixtus III.* al Calliſtus. an.3 m.4. 214.
1458. *Pius II.* antea dictus Æneas Sylvius.an.5.m.11.d.27. 215.
1464. *Paulus II.* an.6.m.10.d.26. 216.
1471. *Sixtus IV.* an. 10.d. 4. Hic revocat jubilæum ad annum 25. Ejus epitaphium indicat ingenium bellatoris: 217.

Dic unde Alecto pax iſta refulſit, & unde
Tam ſubito reticent prælia? *Sixtus* obit.

1484. *Innocentius VIII.* an.7. m.10. d.27. Ejus epitaphium tale circumfertur. 218.

Spurcities,gula,avaritia,atque ignavia deſes
Hoc, *Octave*, jacent, quo tegeris tumulo.

1492. *Alexander VI.* an.11.m.6. Ejus epitaphium tale eſt: 219.

Vendit Alexander ſacramenta, altaria, Chriſtum:
Emerat ille priùs; vendere jure poteſt.

1503. *Pius III.* d. 26.
1503. *Julius II.* an.9.m.3. Ab hoc incipit revelatio & occaſus 220.
antichriſti. Fuit bellator ſtrenuus, qui Venetis eripuit Ravennam, Forolivium, & alia loca ab ipſis occupata. 221.
1512. *Leo X.* an 8.m.8. d.20. Sub hoc incipit docere Lutherus. Ejus encomium tale eſt: 222.

Raptorem forſan ſi tu mirare Leonem,
Ignoras uncis unguibus eſſe feram.

1522. *Hadrianus VI.* menſ.8.d.6. 223.
1523. *Clemens VII.* an.10.m.10. Sub hoc Roma diripitur à militibus Caroli V. Ei factum eſt epitaphium tale: 224.

Conditus hoc tumulo eſt *Clemens*, qui jura fidemque
Perdidit, & miſeras orbis & urbis opes.

1534. *Paulus III.* an.15. d.25. 225.
1550. *Julius III.* an.5.m.1.d.16. 226.
1555. *Marcellus II.* d.22. 227.
1555. *Paulus IV.* an.5.m.2.d.27. 228.

Pius

An. Christi.		Num. Pontif.
1560.	*Pius IV.* an.5.m.2.d 15. Sub hoc concluditur Concilium Tridentinum.	229.
1566.	*Pius V.* an.6.m.3.d.24.	230.
1572.	*Gregorius XIII* an.12.m.10.d.27. Hic promulgavit Kalendarium novum sive reformatum anno 1582.	231.
1585.	*Sixtus V.* an 5.m 4.	232.
1590.	*Urbanus VII.* d.12.	233.
1590.	*Gregorius XIV.* m.10.d.10.	234.
1591.	*Innocentius IX.* menſ. 2.	235.
1592.	*Clemens VIII.* an.12.m.1.d.3. Hic fuit Papa *πολιτικώτατος*.	236.
1605.	*Leo XI.* d. 26.	237.
1605.	*Paulus V.* an 15.m.10.d.13.	238.
1621.	*Gregorius XV.* an.2.m.7.	239.
1623.	*Urbanus VIII.*	240.

Obſervatio.

Epiſcopi Romani rectè diſtribuuntur in tres claſſes. *Prima* continet paſtores ſimplices ſine mithris, & ferè martyres, à Lino ad Sylveſtrum I, id eſt ab anno Chr. 70 ad an. 314. *Secunda* continet epiſcopos mitratos, qui etſi non fuerunt peſſimi, traditionibus tamen ac decretis ſuis antichriſto magno ſedem pararunt, inde à Sylveſtro I uſque ad Bonifacium III, id eſt ab anno Chr. 314. ad an. 606. *Tertia* claſſis continet Papas, vel potiùs *πόπους*, conſtituentes corpus antichriſti magni, inde à Bonifacio III uſque ad an. Chr. 1623. Hæc ultima claſſis ſubdividitur in quinque periodos, putà in quatuor regna, & regni occaſum. *Primum regnum* dicitur *beſtiæ magnæ:* quia Bonifacius III aperuit os ſuum ut ambitioſa beſtia. Duravit à Bonifacio III uſque ad Johannem VIII, hoc eſt, ab anno Chr. 606 uſque ad an. 855. *Secundum regnum* dicitur *meretricis magnæ:* quia Johannes VIII, vel potiùs Johanna, tanquam lupa ſedit Romæ. Lupæ hujus ingenium ſucceſſores imitati ſunt in hoc regno, quod duravit ab an. 855 uſque ad Sylveſtrum II anno 999. *Tertium regnum* eſt *draconis magni,* à Sylveſtro II an. 999 uſque ad Innocentium IV an. 1243. Nam Sylveſter ille II fuit necromanticus & impoſtor, cujus fraudes & tyrannidem reliqui ſunt imitati. *Quartum regnum* eſt *locuſtarum,* ab Innocentio IV an. 1243 uſque ad Julium II an. 1503. Appellatur locuſtarum, quia varii monachorum ordines hoc tempore ſunt enati. *Occaſus antichriſtiani hujus regni* eſt à Julio II an. 1503, qui Petri clave in Tiberim projectâ cum exercitu armatus urbe excedens, dixit, Quia clavis S. Petri non ampliùs valet, valeat gladius Pauli. Quo quidem facto inclinatio regni hujus ſignificata videtur. Cæterùm *conceptio antichriſti* incidit tempore Victoris temerè ac ſuperbè excommunicantis Aſiaticos : *nativitas & infantia,*

tempore Sylvestri, quo audita est vox in aëre, *Hodie venenum infusum est ecclesiæ*, scilicet per luculenta illa dona, quibus Constantinus M. affecit ecclesias: *adolescentia*, tempore Bonifacii III, qui primatum à Phocâ impetravit: *juventus* & robur tyrannicum cum variis nundinationibus conjunctum tempore Caroli M. usque ad Lutherum: *ætas ingravescens*, tempore Lutheri.



Anno M.

XXV. Chronologia mirabilium quorundam beneficiorum & judiciorum Dei.

987. ENoch vivus transfertur in cœlum. *Genes. 5.*

1656. *Diluvium universale* suffocat omnes homines exceptis octo. *Genes. 7. & 8.* Aventinus & Sebastianus Franck existimant plures homines tum fuisse suffocatos, quàm unquam fuerint in hoc mundo uno & eodem tempore simul.

2047. *Sodoma & Gommorrha* igne cœlitùs demisso delentur. *Genes. 18. 19.* Uxor Lothi mutatur in statuam salis: *ibid.*

2229. *Joseph* venditus à fratribus fit prorex Ægypti, ubi prædicit septem annos fertilitatis, & totidem sterilitatis sive famis. *Genes. 37. & 41.*

2189. *Diluvium Ogygium* contigit, quod fuit majus eo quod Deucalionis seculo fuit. Vide Augustinum.

2437. *Diluvium Deucalionis* accidit, quo Græcia, Italia & Atlanta insula fuerunt vastatæ. Hoc est aliud ab illo Deucalionis, quod universum terrarum orbem inundavit. Istud enim est ipsissimum Noachi diluvium.

2374. *Moses* recens natus miraculosè conservatur *Exod. 2.*

2452. *Ægyptus universa* decē plagis exercetur *Ex. 7. usq; ad c. 12.*

2453. *Sexcentena millia Israëlitarum* exeunt ex Ægypto, duce Mose, & transeunt per mare rubrum, in quo suffocatur Pharao cum omnibus suis copiis. *Israëlitæ* ita liberati à tyrannide Pharaonis ingrediuntur desertum, in quo detinentur annis 40, ita ut fuerint mansiones XLI inde à Succoth usque ad campestria Moabitarum. Toto isto tempore variis beneficiis Deus testatus est suam longanimitatem, & populus novem murmurationibus suam ingratitudinem, ut è seqq. patebit. Vide *Exod. 12. & 13. Num. 11. & seqq.*

2453. Deus populum ducit in deserto, præmittēdo *angelum* ante faciē ipsius; interdiu obumbrando castra *nube*, ad depellendum solis ardorem; noctē illustrādo *columnâ igneâ*, ad sedandum terrores nocturnos. Populus primò *murmurat propter aquas amaras*, quas Moses *edulcat* injecto ligno. Deinde *murmurat ob cibi penuriam*: ubi Deus cœlitùs *dat manna*,

quo

quo aluntur annis 40,& *mittit coturnices* in castra. Tertiò *murmurat ob defectum aquæ*,quam Deus *educit è petrâ*. Porrò populus *deficit à Deo* faciendo sibi aureum vitulum, & ideò cæduntur 3000 à Mose & Israëlitis. Vide *Exod.13.15.16.17.32.*

2454. *Nadab & Abihu*,filii Aharonis,transgressi officium suum, exanimantur igne cœlitùs immisso. Populus *quartò murmurat* carnis desiderio,& fastidio mannæ. Desiderium istud fuit expletum datis coturnicibus,& punitum morte subitaneâ multorum. *Quintò Aharon & Maria murmurant*, ubi Maria plectitur leprâ septiduanâ. Sextò *populus murmurat ob relationem exploratorum.* Eam ob causam Deus minatur majoribus 20 annis,illos non ingressuros terram Canaan,excepto Caleb & Josuâ. Vide *Levit.10.& Num.11.*

2460. *Dathan,Abiram,& Corah* pereunt hiatu terræ,quòd authores essent seditionis contra Mosem & Aharonem *Nu.16.*

2470. Populus *septimò murmurat* in Deum ex clade immissâ. *Virga Aharonis* floret.*Num.17.*

2492. Populus *octavò murmurat* ex penuriâ aquæ,quæ datur ex petrâ. *Nonò populus murmurat* ex tædio itineris,panis & vitæ. Ideò Deus immittit serpentes ignitos,à quibus liberantur intuitu ænei serpentis,&, Emoræis regibus expugnatis, eorum regna obtinent. *Asina Balaam* loquitur. Ob idololatriam & libidinem cadunt Israëlitæ 24000. *Num. 20.21. 22.25.*

2493. *Moses mortuus* à Deo sepelitur.*Deut.34.* *Josua* cum populo ingreditur terram Canaan:quorum ingressu *Jordan dividitur*. Primis sex annis debellantur Cananæi:ubi *Jericho expugnatur* tubis,*sol & luna sistunt motum suum* pugnante Josuâ,& cæsis regibus XXXIII terra occupatur.*Jos.1.ad c.13.*

2510. *Mons Ida* incendio deflagrat.

2517. *Viginti sex millia Benjaminitarum* confligunt cum quadringentis millibus Israëlitarum,& primâ vice prosternunt ex iis vigintiduo millia, secundâ vice octodecim millia. Tertiâ vice & die Israëlitæ prosternunt vicies quinquies mille & centum. *Judic.20.*

2520. *Israëlitæ deficiunt à Deo* per idola & conjugia. Ideò puniuntur servitute octennali sub Cushan Mesopotamiæ rege. Ab illâ liberantur per Othnielem an.2528.*Jud 3.*

2532. *Israëlitæ deficiunt à Deo*,& ideò puniuntur servitute octodecim annorum,à quâ liberantur per Ehud,qui trucidato rege Moabitarum Eglon occidit 10000 Moabitarum, an M 2550.*Jud.3.*

2611. *Samgar* liberat populum oppressum à Philistæis,cædendo sexcentos stimulo bovis.*Jud.3.*

2612. *Israëlitæ deficiunt à Deo*,& ideò opprimuntur à Jabin re-

ge Canaan 20 annis. Ab hâc servitute liberantur per Deboram & Barak an.2632. Totus enim exercitus Siseræ, qui erat dux Jabinis, cæsus est à Barako, & Sisera occisus à muliere Jahele, quæ infixit paxillum in tempora ejus. *Jud. 4.*

2652. *Israëlitæ deficiunt à Deo*, & ideo castigantur à Midianitis septem annis. Ab hâc servitute liberantur per Gideonem an.2659. Is miro strategemate fudit hostes *Jud.7.*

2692. *Abimelech* interficit fratres suos numero LXIX, & fragmine molæ læsus à muliere confoditur ab armigero. *Jud.9.*

2740. *Israëlitæ quintò deficiunt à Deo*, & ideò deduntur in manus Philistæorum & Ammonitarum, à quibus liberantur per Jephtham an.2762. *Jud.11.* Jephtha etiam fudit 42000 Ephraimitarum. *Jud.12.*

2767. *Troja* post bellum decennale exciditur.

2770. *Israëlitæ sextò deficiunt à Deo*, & ideò puniuntur sextâ servitute sub Philistæis an.40. Liberantur à Simsone, qui moritur an.2809: in quo anno desinunt XL anni servitutis sub Philistæis. Alii terminant hos annos nuptiis Simsonis an. 2791, ideoque initium figunt in an.2752: quod non convenit cum veritate chronologiæ. Cæterùm Simson trecentis vulpibus incendit segetes, vineas, & oliveta Philistæorum: cædit multos pede solo, & mille ex iis maxillâ asini: denique tria millia ipsorum interficit dejectis ædibus. *Jud.13.14.15.16.*

2848. *Israëlitæ* vincuntur à Philistæis numero 4000: & postea 30000, captâ arcâ fœderis: ad cujus rei famam Eli perterritus frangit cervicem. *1.Sam.4.*

2868. *Samuel* reportatâ insigni victoriâ de Philistæis recuperat omnes civitates ab hoste ereptas. *1.Sam. 7.*

2885. *David* prosternit Goliathum *1.Sam.17.*

2904. *David* circa hoc tempus varias reportat victorias de Philistæis, Moabitis, Sobæis, Damascenis, Edomæis, Ammonitis & Syris. Nominatim cepit 1000 currus, 700 equites & 20000 pedites Sobæorum: 22000 Syrorum: 18000 Edomæorum: rursus 7000 equites & 40000 pedites Syrorum *2.Sam.8. & 10. 1.Chron.19.*

2925. *Pestis sub Davide* absorbet 70000 die non toto. *1.Chron. 21. vers.14.*

2937. *Salomon* est exemplum heroicæ sapientiæ & magnificentiæ, sed & insignis infirmitatis. Nam elocutus est 3000 sententias, & composuit cantica 1005: obtulit 1000 holocausta: cibarium ejus quotidianum erant 300 cori similæ, 60 cori farinæ, 10 boves pingues, 20 boves pascuales, 100 oves capræve præter cervos &c: habebat 4000 præsepiorum equilium ad equitatum, 12000 equites, currus 1400: dabat Hiramo quotannis 20000 coros tritici in cibum pro familiâ, 20000 coros olei tusi, 20000 coros hordei, & vini bathos

20000:

Anno M.

20000: habuit delectum 30000 virorum: erant ei 70000 bajuli, 80000 cæsores lignorum, & ἐργοδιώκται, qui illis præessent, 3600: in dedicatione templi sacrificavit 2000 boves, & 120000 oves caprásve: à rege Tyri Hiramo accepit 120 talenta auri: habuit præfectos ædificationi templi 550: singulis navigationibus ex Ophir accipiebat 420 talenta auri: à reginâ Austri dono accepit 120 talenta auri: quotannis accipiebat 666 talenta auri: ex auro fecit clypeos 200, quorum unicuique imposuit aureos siclos 600: fecit scuta 300 ex auro, quorum unicuique imposuit tria pondo auri, sive siclos aureos 300: ab Ægyptiis netum vehentibus per terram suam pro curru accipiebat vectigal 600 siclorum argenti, & pro equo 150: habebat uxores principes 700 & concubinas 300: habebat homines peregrinos in regno suo 153600: cùm arcá fœderis inferretur in templum ejus, actui isti intererant sacerdotes 120. Vide *1. Reg 3. 4. 5. 8. 9. 10. & 2. Chron. 1. 2. 5. 8. 9.*

2986. *Abia* rex Judæ contra Jeroboamum regem Israëlis collegit 400000 virorum delectorum: Jeroboam verò contra illum dûxit 800000, è quibus 500000 occubuerunt in prælio. *2. Chron. 13.*

3002. *Assa* ingenti prælio vincit regem æthiopum Zaram, qui eduxerat in aciem decies centies mille viros, & currus 300.

3035. *Elias* propheta claudit cœlum annis 3 & mensibus 6. *1. Reg. 17.* Idem impetratis à Deo pluviis mactat 850 sacerdotes Baal *1. Reg. 18.* Idem turbine raptus in cœlum transfertur vivus. *1. Reg. 2.*

3041. *Ahab* percutit centum millia Syrorum, & murus Apheki corruit super 27000 fugientium. *1. Reg. 20.* *Jesabel*, uxor Ahabi, per fenestram deturbata devoratur à canibus. *2. Reg. 9.*

3076. *Sardanapalus* se ipsum abjicit in rogum, quo etiam palatium conflagravit.

3090. *Alladius*, Latinorum rex, cùm tonitrua imitari conaretur, cum toto palatio absorbetur hiatu terræ. Vestigia ædium adhuc extitisse in lacu pellucente Dionysius Halicarnass. scribit de suo tempore.

3122. *Amasia* rex Judæ percutit Idumæorum 10000, & 10000 captivorum dejicit è fastigio petræ. *2. Chron. 25.*

3192. Circa hoc tempus *Pekah* rex Israëlis interficit ex Judæis centies vicies mille die uno, omnes robustos: & Israëlitæ, bellatores illius, è Judæis captivos duxerunt 200000 mulierum, puerorum, & puellarum. *2. Chron. 28.* —

3227. Samaria expugnatur à Salmanassare post obsidionẽ triennalem, & decem tribus in captivitatem perpetuam abducuntur in Colchos, Iberos &c. *2. Reg. 18.*

Hoc

3235. Hoc anno accidit *prodigium solis retrogradi*, de quo legati *Merodach filii Baladan* venerunt sciscitatum ad regem Ezechiam. *2.Chron.22 v.31.* Eodem anno *Sennacherib* rex Assyrius cæsis 185000 suis militibus relinquit obsidionem Hierosolymorum,& domum reversus à filiis suis occiditur. *2.Chron.32.*

3350. *Nebucadnezar* Hierosolymâ in Babyloniam deportat decies mille captivos *2.Reg 24.* Atque hîc incipit captivitas Babylonica LXX annorum.

3356. *Nebucadnezar* conjicit tres socios Danielis in ignem, à quo illi non læduntur. *Dan.3.* Idem in sortem brutorum detruditur. *Dan.4.*

3420. *Captivitas Babylonica* laxatur per Cyrum, cui in prælio contra Massagetas resectum est caput.

3459. *Miltiades* in campis Marathoniis decem millibus Atheniensium sexcenta Persarum millia profligavit.

3471. *Xerxes* anno septimo regni sui collegit exercitum ter & vicies centenorum millium, & septendecim millium, sexcentorum & decem, eoq; ducto trans Hellespontum intra biennium quater victus est à Græcis, totâque Græciâ expulsus. Et primò quidem victus est ad Thermopylas, ubi tria millia Græcorum vicerunt viginti millia Persarum: deinde mari duobus præliis, ad Artemisium & Salaminem: quartò ad Plateas. Xerxes parvâ cymbâ aufugit post pugnam ad Salaminẽ, relicto Mardonio duce, qui victus est ad Plateas.

3519. *Bellum Peloponnesiacum, Pugna Leuctrica, Bellum sociale,* & sequentia bella ita exhauserunt Græciam, ut Plutarchus tradat, eam universam suo ævo non fuisse conficiendis tribus millibus militum: quot tamen olim bello Persico unum Megarensium oppidulum confecerat. Cæterùm bellum Peloponnesiacum duravit tres novenarios, ut prædictum erat, h.e.27 annos.

3562. *Roma capitur* à Gallis duce Brenno. Occisi fuerunt senatores, diruta ædificia,& nihil Romanis relictum est nisi Capitolium. Post septem menses urbs liberatur à Camillo.

3614. *Alexander Magnus* in exercitu suo habuit 32000 peditum, 4500 equitum, 182 naves. Hoc tam exiguo apparatu totum orientem sibi subjecit. Prima illi congressio cum Dario in campis Adrastis fuit, ubi ultra centum millia peditum,& decem millia equitum cæcidit, sexcenta millia militum in fugam vertit,& de suo exercitu vix 32 pedites, equites 120 amisit. Ad Granicum verò cùm barbarorum viginti millia peditum, equitum autem duo millia occubuissent, tantùm ex Alexandri exercitu 34 cecidêre. In secundo bello Darius aggreditur Alexandrum cum trecentis millibus peditum,& centum millibus equitum: sed cæsa sunt Persa-

rum,

rum, peditum unum & sexaginta millia, equitum decem millia, capta quadraginta millia. Ex Macedonibus cecidêre pedestres tantùm 130, equites 150. Darius in tertio conflictu eduxit contra Alexandrum 40000 peditum & 100000 equitum: sed superatus & captus fuit ab Alexandro, qui hoc prælio totius Asiæ imperio potitus postea reliquas provincias ad Indos usque domuit.

3685. *Bellum Punicum I* cœpit, & duravit annis 24. Post varias utrinq; clades victi sunt Carthaginenses, ita ut 73 naves captæ sint, 125 demersæ, 22000 hostium cæsa, 13000 capta.

3700. *In bello Gallico* M. Marcellus Viridomarum obtruncavit & 30000 hostium fudit.

3730. *Bellum Punicum II*, quod Romani cum Hannibale gesserunt, in solis Italiâ, Hispaniâ & Siciliâ quindecies centena millia hominum non totis annnis septendecim consumsit. Inprimis memorabile est prælium ad Cannas, ubi Hannibal fudit 60000 Romanorum, in quibus fuerunt LXXX Senatores. Tandem tamen Hasdrubal, frater Hannibalis, & paulò pôst ipse Hannibal à Romanis victi fuerunt. *Q. Fabius*, cujus virtus in hoc bello emicuit, etiam centum decem Gallorum millia occîdit.

3760. *Cato Censorius* gloriatur plura oppida se in Hispaniâ cepisse, quàm dies in eâ egerit. *Sempronius Gracchus* trecenta in eâdem delevit.

3775. *Antiochus Epiphanes* triduo 80000 hominum gladio sustulit, 40000 compedibus vinxit, totidem vendidit. Non semel tamen à Matathiâ & Judâ Maccabæis fuit victus.

3781. *Paulus Æmilius* vicit Perseum regem Macedonum, occisis 20000.

3801. *Bello Punico III* Carthago capta fuit, & inflammata 17 dies arsit. Migrarunt 50000 hominum, reliquis flammâ & ferro consumtis. Eversâ Carthagine pestis in solâ Numidiâ octingenta millia hominum delevit, in maritimâ Africâ 20000, & apud Uticam 30000 militum.

3830. *Mithridates* rex Ponti unâ epistolâ interemit 80000 civium Romanorum per Asiam dispersa negotiandi causâ. Ipse victus fuit à Pompejo, cui ideò Magni nomen inditum.

3846. *Cimbri & Teutones* in bello Cimbrico cædunt supra centena viginti millia Romanorum. Inde tantus Romæ luctus metusque obortus est, quantus vix ex Hannibalis victoriis.

3860. *Alexander Jamneus* contra Ptolemæum Lathurum eduxit 80000 Judæorum, è quibus cæsa sunt 50000.

3815. *Bella Servilia* in Siciliâ & Italiâ absumserunt infinita servorum millia. Semper enim illi in his præliis fuerunt inferiores.

3860. Hoc anno & sequentibus variè pugnatum est Romæ, & à Romanis alibi. Nam *proscriptio Syllæ* 4700 cives abstulit, & in iis senatores CXL. Idem *Sylla* quatuor legiones Marii, misericordiam ipsius implorantes, obtruncavit. *Marius* 200000 Cimbrorum delevit. *Bellum civile Cæsaris & Pompeji* ad millia trecenta, & plura Bruti, Cassii & Sex. Pompeji bellum abstulit. *Cæsar* gloriatur, undecies centena & nonaginta duo millia hominum diversis præliis à se occisa, exceptis iis qui bello civili perierant. In bello Belgico CCLXXII millia ad internecionem ferè delevit: & biennio pòst CCCCXL millia Germanorum. *Pompejus* in delubro Minervæ inscripsit, fusa à se, fugata, occisa, in deditionem accepta, hominum vicies semel centena LXXXIII millia. Bello Pompejano deflagravit celeberrima Alexandriæ bibliotheca, in quâ fuerunt 40000 librorum; ex quibus aliqui creduntur è flammis erepti. Idem Pompejus captis Hierosolymis trucidavit 12000 Judæorum. Idem victus est à Cæsare, etsi habebat plus quàm duplum copiarum Cæsarianarum. Nam Cæsar habuit 22000, Pompejus 48000, ad Pharsalum. *Triumviri* proscripserunt 300 Senatores, & equites Romanos supra bis mille. *Antonius & Cæsar* novem decemque annorum tributa exegerunt in unum annum. Cæsare interfecto, cùm arma sumerentur pro libertate, singuli cives *vigesimam quintam* omnium bonorum dependere sunt jussi, & hoc ampliùs, Senatorii ordinis omnes, in singulas ædium suarum tegulas, sex asses. Pleræque omnes provinciæ sub Romano imperio, fructuum ex agro pascuo *quintam* quotannis persolvebant, *decimam* ex agro arvo. *Deductio coloniarum* fuit longè tristissima, & usitatissima Romanis. Deducebantur enim passim legiones cohortesque veteranæ in agros & oppida, miserique provinciales momento temporis bonis omnibus provolvebantur: in quo gurges quidam calamitatum apparet. Distrahebantur aliquot millia hominum, liberi à parentibus, domini à familiaribus, uxores à viris, & in varias terras spargebantur. Solus Augustus in solâ Italiâ duodetriginta colonias collocavit.

An. Christi. 10. *Harminius dux Cheruscorum*, interficit tres legiones Romanorum, totidemque alas, & sex cohortes, duce Quintilio Varo. Clades ista Variana adeò gravis fuit Romanis, ut cum Cannensi possit conferri. Ab eo tempore Romani sub Tiberio, Caligula, & seqq Impp. usque ad Valentiniani tempora, variè pugnarunt adversus Germanos & Anglos, & victores nomen primò *Germanici*, postea etiam *Allemannici* assumserunt.

27. Theatrum Fidenense opprimit *50000 hominum.*

46. Sub Claudio *fames* universum terrarum orbem corri-

Anno Chr.

pit. Hanc prædixerat Agabus *Actor.11.* Duravit ſeptem annos.

64. *Judæi* arma arripiunt: ſed triſti eventu. Nam juſſu Flori interfecti ſunt *Hieroſolymis* 630, *Cæſareæ* ab incolis 20000, *Scythopoli* in Cœleſyriâ 13000, *Aſcalone* in Palæſtinâ ab incolis 2500, *Ptolemaide* 2000, *Alexandriæ* in Ægypto, ſub Tiberio Alexandro præſide, 50000, Damaſci 10000: atque hæc veluti per ſeditionem & tumultum geſta ſunt: legitimo deinde & aperto à Romanis bello, *Joppe* captâ à Floro cæſi 8400, *in monte Cabulone* 2000, in pugnâ *ad Aſcalonem* 10000, *per inſidias* 8000, *Aphacæ*, cùm capta eſſet, 15000, *in monte Garizim*, 11600; *Jotapæ*, in qua fuit Joſephus, 30000, *Joppe iterum captâ* ſubmerſi 4200, *in Tarichæis* cæſi 6500, *Gamalæ* interfecti & ſponte præcipitati 9000, nec quisquam homo ex ea ſalvus elapſus eſt præter duas mulieres ſorores: *Gucalâ* deſertâ, in fuga trucidati 2000, fœminæ & pueri capti 3000, *Gedarenſium* cæſa 13000, capta 2200, præter eos qui in flumẽ deſilierunt infiniti: *in Idumææ vicis cæſi* 10000, *Geraſii* 1000, *Machærunte* 1700, *in ſilvâ* Jardes 3000, *in Maſſadâ caſtello*, ſua manu peremti 960, *in Cyrene* à Catulo præſide cæſi 3000: *in ipsâ Hieroſolymorum urbe*, per omne tempus obſidionis mortui fame immani, aut cæſi, undecies centena millia; capti & venditi centum millia, vel, ut Lipſius computat, decies centena millia cæſi, & nonaginta ſeptem millia capti ſunt. Summa hæc colligit duodecies centena quadraginta millia: in quem calculum non veniunt innumeri, qui exilio & fame hinc inde perierunt. Ita nempe Judæi dederunt pœnas ingratitudinis ſuæ erga Chriſtum, & per totum terrarum orbem diſperſi ſunt.

63. *Servius Galba* in Hiſpaniâ, trium civitatum convocato populo, quaſi de commodis ipſorum acturus, ſeptem millia, in quibus flos juventutis conſiſtebat, repente trucidavit.

65. Hoc anno incipit *prima perſecutio* ſub Nerone, quam aliæ novem exceperunt, de quibus vide Chronologiam propriam. Hic iſta breviter accipe. Anno 74 *Felix* epiſcopus Romanus propria manu 300 martyres ſepelivit: an. 119 *Alexander* epiſcopus Romanus cum duobus diaconis, & Hermes urbis Romanæ Quæſitor cum 1250 familiaribus ſuis in ſuccenſam fornacem fuit conjectus: an. 121 *decies mille Chriſtiani* in crucem ſublati ſunt in Armenia.

82. Sub Tito contigit horrenda conflagratio montis Veſuvii in Campania: quam vide apud Aventinum.

114. Anno 17 Trajani incipiunt *Judæi* rebellare duce Barcochab: unde paſſim ad internecionem deleti ſunt in Ægypto, Meſopotamiâ, Palæſtinâ, & alibi. Infinita millia tum perierunt. In ſola Ægypto trucidantur 200000.

237. *Maximinus* Imp. per trecenta vel quadringenta millia Germanici soli vicos incendit.

252. Sub Gallo & Volusiano Impp. *pestis* ab Æthiopia exoriens omnes Romanas provincias pervasit, & per 15 continuos annos exhausit.

270. Tercentum vicena millia Gothorum aliorumque septentrionalium cæduntur à Flavio Claudio.

279. *Probus Imp.* liberat Gallias à Chroco rege Alemannorum, cæsis quadringentis millibus hostium.

306. *Constantinus M.* pacem reddit ecclesiis: verùm ita, ut illæ semper tamen fuerint sub cruce. Nam Licinius an. 319 episcopis interdixit conventus, & an. 320 movit persecutionem in oriente, & an. 321. evertit templa, atque trucidavit episcopos, quos sciebat Constantino favere: an. 329 Sapor in Persia obtruncavit 18000 Christianos: Julianus quoque apostata, Valens Arianus, Persæ, Vandali Ariani in Mauritania, & alii alibi Christianos afflixerunt. De Licinio refert Sozimus lib. 2. illum una pugna ex 130000 militum, quos habebat, amisisse omnes, tribus exceptis.

327. *Persæ* rebellionem faciunt, & per provincias Romanas grassantur. Idem faciunt *Gothi, Sarmatæ, Getæ, Franci, Saxones, & reliqui Germani.* Nominatim Franci & Saxones diripiunt 40 urbes ad Rhenum, & in iis Coloniam, Moguntiam, Wormatiam, Spiram & Argentinam.

340. Multæ urbes in oriente pereunt terræmotu.

357. *Germanorum universitas* coacta septem sibi reges designat, & cum Juliano concurrit.

358. *Nicomedia* periit terræmotu.

359. *Sapor* Persarum rex in Mesopotamiam movet cum centies mille & ampliùs, & ex urbe Amida abducit 30000. Julianus trucidatur à Persis, qui Syriam cum quinque provinciis & variis urbibus eripiunt Romanis, anno 362. Eodem anno pereunt aliquot millia Judæorum, qui auspiciis Juliani instituerant ædificare templum Hierosolymis.

364. Nuntiato Juliani obitu arma conclamat universus orbis: videl. Germani cum Svevis in Galliis & Rhętia: Quadi cum Sarmatis in Pannonia & Mysia: Gothi in Thracia: Pictones, Scoti & Saxones cum Angliis: Mauri in Africa.

367. Terræmotus ingens totum fere terrarum orbem concutit, diluvium Niceam & multas insulas perdit, grandines magnæ Constantinopoli homines multos humi sternunt & è medio tollunt, deniq; templum Hierosolymæ à Juliano apostata reædificatum corruit & igne cœlitùs delapso comburitur.

373. *Quadi* cum Sarmatis Aquileiam spoliant, & ibi duas legiones Romanorum fundunt. *Hunni* ad decies centena o-

ctoginta millia trajiciunt in provincias Bessorum, Sudaliorum, Rutheniorum, Cumaniorum, indeq; ad Osthrogothos pergunt, & inde in Pannoniam, ubi sedes invitis Romanis occupant.

377. *Wisigothi & Gothi* effundunt se in Thraciam, Thessaliam & Epirum. Valens Gothis orientem adeò urgentibus occursurus ab iis vincitur & vivus crematur: quo casu post Cannensem pugnam nullus fuit luctuosior, affirmante Marcellino. Hieronymus quoque & Ruffinus annotant, imperium illo die inclinari cœpisse: quia tunc barbari provincias Romanas ita occuparant, ut inde non potuerint ampliùs expelli.

378. *Theodosius Imp.* Thessalonicæ per summum scelus septem millia innoxiorum capitum in theatrum quasi ad ludos convocatos, immisso milite necavit.

394. Venti pugnant pro Theodosio Imp.

401. *Hunni*, Attila duce, prælio altero Romanos vincunt, Pannoniam sibi subjugant, Buda imperii sede delecta. Anno 402 *Alaricus* rex Gothorum Romanos fundit fugatque: an. 405 Isauri rebellant: an. 406 Germani & Scythæ partem occidentalem imperii vastant: Vandali Alanis juncti proficiscuntur in Gallias: an. 407 *Vandali* prædantur & incendunt Moguntiam, Spiram, Argentinam, Rhemos, Ambiacum, Regiacum, Tornacum &c. an. 409 *Alaricus* Romam obsidet, & an. 410 capit.

407. *Rhadagisus*, rex Gothorum, plus quàm ducenta millia Gothorum duxit in Italiam. Sed tanta multitudo partim fame, siti & peste, partim à Stilicone consule deleta est. Zosimus author est quadringenta millia fuisse in exercitu Rhadagisi.

409 & 410. *Sub Honorio Imp.* Romæ tanta caritas & raritas omnis annonæ fuit, ut homines hominibus jam imminerent, & in Circo palam audita sit illa vox, *Pone pretium humanæ carni.*

421. *Hunni* cum numerosissimo exercitu in Slaviam impetum faciunt: an. 422 *Alani cum Vandalis* Granatæ Portugalliæq; regna populantur: an. 425 *Gothi* urbes plerasque Thraciæ occupant, ibiq; an. 58 habitant: an. 427 *Vandali* cum octingentorum millium juventute Mauritaniam in Africa occupant: an. 428 *Attila* se jactat mundi terrorem, Deique flagellum, & poscit Mysiam utramque, Thraciam, Achajam, Macedoniam, Illyricum, Germaniam: an. 429 *Vandali* Hipponem expugnant, Augustino priùs vita perfuncto: an. 431 *Vandali* sumunt incrementum in Africa, cæsis Theodosii junioris legionibus. Eodem tempore *Clodius* secundus rex Francorum post multas clades Romanis illatas totum illum sinum, qui inter Scaldim & Somonam interjacet, occupat: an. 433 Constantinopolis maximam partem deflagrat spa-

tio tridui: an. 439 *Gensericus* occupat Carthaginem, totamque Africam sibi subjicit: an. 441 *Persæ, Saraceni, Isauri, & Hunni orientales*, in provincias Romanas exundant: & Attila cum ingenti exercitu ex Pannonia irrumpit in Græciam, urbibus non paucis captis, & populis compluribus in deditionem acceptis: anno 445 *Salvianus*, Massiliæ episcopus, ad tot tantaque mala attonitus, octo libros conscribit de providentia & justitia divina.

446. Muri Constantinopoli unà cum LXXVII turribus corruunt.

447. *Attila*, domitis universis propè Scythiæ populis, toti orbi ferrum & flammam minitatur, & in Dacia cum Romanis præliatur. Idem an. 450. LXX urbes in oriente vastat, & domito septentrione cum quinquies centenis millibus in Germaniam progreditur, & an. 451 cum Aëtio bis pugnat in campis Catalaunicis, ubi centum & nonaginta millia Hunnorum occumbunt, præter nonaginta millia Gepidarum & Francorum, qui nocte ea, quæ prælium antecessit, inter se armis congressi, mutuis vulneribus concidere. Atque ita furor Attilæ fractus fuit.

461. *Gensericus* cum trecentis millibus Italiam populatur & Romam spoliat 14 diebus. Idem seqq. annis Siciliam, Corsicam, Sardiniam & Balearicas insulas capit.

471. *Vesuvius*, mons Campaniæ, ingentem copiam minutissimi pulveris evomuit, ut totam ferè Italiam obtenebraverit Hoc etiam accidit anno primo Titi Imp. & tempore Theodorici regis Italiæ.

473. Roma tertiùm capitur à Ricimere.

476. *Odoacer* victo Augustulo Imp. se appellat Italiæ regem occupata Roma.

477. *In Galliis* Imperator nullum ampliùs nomen gerit, & plerique se dedunt Francis: an. 482 *Theodoricus* Ostrogothorum rex Macedoniam infestat.

480. Terræmotus durat tres septimanas: pluit sanguine aliquot dies: lanceæ ardentes in cœlo visuntur.

495. *Clodoveus*, quartus rex Galliæ, victricibus armis pergit usque ad maritimas Galliæ oras, & an. 498 victis Germanis Christianismum amplectitur.

508. *Clodoveus* cædit Wisigothos interfecto Alarico, & sic acquirit Tholosam, Burdegalam, Pictones &c.

520. *Theodon* Bohemorum rex Noricum universum in suam potestatem redigit.

539. *Vitiges* Dalmata Mediolani jugulat trecenta millia civium.

547. *Totilas* Romam adoritur & spoliatam incendit: & an. 550 illam iterum capit. An. 553 *Narses*, dux Justiniani, Totilam

opprimit & interficit, unà cum successore Theia. Unde totam Italiam recipit Imperator Justinianus: sub quo *pestis* grassatur Byzantii finitimisque locis, tantâ vi, ut in singulos dies quinque millia, interdum etiam decem, perierint. Sub eodem quoque in totâ Italiâ, vastantibus eam Gothis, fuit *fames*, ut in solo Piceno quinquaginta hominum millia fame perierint, & passim in usum ciborum versæ sint non carnes solùm humanæ, sed humana etiam excrementa. Duæ mulieres septendecim viros per insidias noctu interfecerant, & comederant: ipsæ à decimo octavo, qui id senserat, cæsæ. Matres quoq; filiorum carnibus pastæ sunt.

554. *Ostrogothi* cum 70 millibus Gallorum in Italiam profecti à Narse, profligantur: atque ita Imperium, a barbaris liberatum, veluti renovatum substitit usque ad tempora Caroli M. à quo sanatum est & in novam nobilioremque formam immutatum. Etsi enim inde ab anno 556 usque ad an. 773 varia quoque bella sint gesta, & nominatim Longobardi suam in Italiâ dynastiam habuerint, Saraceni denique, Mahumedo duce, orientem infestarint; imperium tamen Romanum suo quasi tenore continuo decurrit in oriente, & Impp. Græci partem Italiæ cum urbe per suos exarchos tenuerunt, ita ut post Theiam Longobardi nunquam totâ Italiâ sint potiti.

557. *Romani* Persas vincunt: *Britones* ingenti prælio à Saxonibus funduntur: *Hunni* altero prælio in Pannonia succumbunt.

568. *Alboinus*, Longobardorum rex, Thusciam, Umbriam, & Papiam occupat.

578. *Romani* in Asiâ, Perside & Armeniâ multas urbes Persis eripiunt.

589. Inundationem Tiberis & aliorum fluminum maximam sequitur gravissima pestis.

609. *Mahumed*, sive Muhamed, annos 13 impendit compositioni Alcorani.

614. *Slavi* in Illyricum & Dalmatiam irrumpunt; quam exinde tenuerunt, fuitque ab ipsis Slavonia dicta. *Persæ* sub Heraclio crudeliter grassantur in Syriâ & Asiâ, & Palæstinam cum Ægypto armis occupant. Cosroës, rex Persarum, tandem vincitur ab Heraclio.

622. *Mahummed* palam obtrudit absynthium suum: & ab illo tempore crevit ipsius regnum in oriente. Quid? Ipsas quoque Hispanias anno 714 ingressi sunt Saraceni, & ibi appellati sunt Mauri à proximo portu, è quo solverat cùm in Hispanias venirent. Tenuerunt illud regnum annos 800. Iidem ceperunt Hierosolymam anno 636 sub Heraclio, & tenuerunt usque ad ann. 1100.

678. Hoc anno & tribus annis seqq. non pluit multis in locis.

719. *Zulcimin* sive Solymannus obsidet Constantinopolim, classe navium 3000, armatorum 300000. Sed exercitus adeò minuitur bello, tempestate maris, speculisque ardentibus, ut vocant, ut decem tantùm naves ex tanto numero reductæ fuerint obsidione solutâ. Hoc tempore Saraceni inde ab anno 622 potiti sunt Arabiâ, Palæstinâ, Syriâ, Persiâ, Ægypto & Africâ. Et postquam ex Africâ trajecissent in Hispaniam, inde in Galliam progressi sunt trecentis & septuaginta millibus armatorum.

726. Rex Saracenorum *Abidiram* trecenta millia & septuaginta quinque millia hominum ducit in Galliam, ibique Burdegalam capit, & usque ad Turonum internecione delet multa Christianorum millia. Hanc tantam Saracenorum multitudinem *Carolus Martellus*, Brabantiæ dux, aliàs Tudites, funditus delet uno prælio, trucidato Abidiramo. Carolus iste Martellus fuit pater Pipini, & avus Caroli M.

729. Pestis Constantinopoli tollit 300000 hominum.

731. *Muhammedani* discedunt in quatuor sectas. Ab hoc tempore vires Saracenorum valde debilitantur sub Carolo M. & seqq. imperatoribus. Nam anno 806 Pompejopolis cum Navarræ regno ipsis eripitur: 808 in Rhodo nihil possunt: 820 in Italiâ cæduntur: 846 frustrà Romam petunt: 849 à Romanis ad internecionem delentur, cùm secundam obsidionem parant: an. 1000 & deinceps Tangrolipix Turcorũ dux ex ipsorum regno multas provincias decerpit: 1089 in Hispaniis extenuantur ipsorum vires in pugna cum septem comitibus: 1090 rursus cæduntur, cùm ipsorum copiæ equestres essent viginti millium, & ann. 1092 tertiùm, cùm exercitum ductarent regibus viginti duobus nobilem, è quibus 17 vivi sunt capti: eod. an. 1092 rursus instaurant vires, & Valentiam Hispaniarum adoriuntur: sed ex 26 regibus occumbunt 22.

791. Romæ contigit inaudita Tiberis inundatio, ut etiam supra muros urbis aqua elevaretur.

800. *Carolus Magnus* infinitis hominum millibus victis fit terror mundi, & ecclesiam ditat vectigalibus amplissimis. Præcipua ipsius bella sunt hæc 1. *Aquitanicum*, quod ipsi reliquerat parens Pipinus. 2. *Saxonicum primum*, in quo, anno 772, vicit Saxones ad fontes Lippiæ. 3. *Longobardicum*, in quo victo Desiderio rege finem imposuit regno Longobardorum in Italiâ. 4. *Saxonicum secundum*, in quo Saxones iterum sunt victi. Bellum hoc, primo annumerato, duravit totos annos 33, usque ad an. 808 Saxonibus ad quascunque defectionum occasiones bellum reparantibus. Bis tantùm justo prælio decertatum est, & ideò numeramus

duo

duo solùm bella Saxonica. Witekindus & Albion, duces Saxonum, non tam adversitate belli, quàm lenitate Caroli victi nomen dederunt Christo. 5. *Bellum Saracenicum* sive *Hispanicum*; in quo an. 778 (tempore scilicet belli Saxonici) victus à Saracenis amisit quadraginta millia hominum. Pòst reparato exercitu, & superatis Saracenis, totam citeriorem Hispaniam usque ad Betim fluvium recepit. Paulò pòst copiæ Francicæ, perfidiâ Vasconum, denuò à Saracenis circumventæ, magnam cladem acceperunt, in qua periit Rolandus filius sororis Caroli. Ultus est hanc perfidiam Carolus in Vasconibus, & repulsis Saracenis, quæ in Hispania receperat, præsidiis confirmavit. Debilitati fuerunt Saraceni hac strage, & paulatim, accedente Gothorum fortitudine, ex Hispania ejecti. 6. *Bellum Longobardicum secundum*, in quo compescuit reliquias Longobardorum in Italia tumultuantes. 7. *Bellum Bavaricum*, in quo finem imposuit regno Bojorum, quod cœperat an. Chr. 556. 8. *Bellum Sorabicum*, in quo domuit Sorabos in Mysia, qui Saxoniam & Thuringiam crebrò infestabant. 9. *Bellum adversus Hunnos & Avaros*, quos octo annorum spatio debilitatos domuit, primo anno, qui fuit Christi 791, maxima parte nobilitatis Hunnorum felici prælio deleta.

811. *Locustæ* ex Africa volant in Italiam, eamque vastant.

824. *Popielus*, rex Poloniæ, devoratur à muribus.

832. In Gallia ingentes grandines è medio tollunt homines & pecudes, & terræmotus in Italia absorbet oppida & montes.

843. Ab hoc anno, sedente Sergio, usque ad annum 1000 status ecclesiasticus valde degeneravit, Pontificibus Romanis præbentibus exemplum Simoniæ, scortationis, ambitionis, & similium infularum.

851. Sæva *fames* grassatur in Germaniâ, & cogit parentes devorare propios liberos, & liberos vicissim parentes.

862. *Ludovicus*, Germaniæ rex Slavos vincit, & ad fidem Christianam adducit.

864. Prope Brixiam pluit sanguinem: maxima Romæ est inundatio: in Galliâ locustæ tegunt terram instar nivis & omnia vastant.

890. *Arnolphus* Imp. contra Guidonem Anticæsarem in Italiam profectus Romam capit. Idem anno seq. fundit centum millia Normandorum.

911. Hungari vastant Germaniam: & iterum anno 915 per triennium.

912. *Conradus Imp.* bellum atrocissimum gerit cum Henrico duce Saxoniæ.

930. *Henricus Auceps Imp.* Vandalos domat, Pragam capit &

Bohemiam facit tributariam, Vandalos denuò cædit, & Hungaros vincit.

932. Saraceni devastant Hetruriam & Genuam.

940. *Ottho Magnus Imp.* Bohemos rebelles domat, Hungaros fugat, & alios rebelles ad officium redigit. Præterea Belgium & Burgundiam occupat, Danos vincit & ad Christianismum perducit: Italiam ingressus Berengarium Anticæsarem regno pellit, filium rebellem domitum in gratiam recipit, Hungaros vincit, fundat episcopatum Magdeburgensem & Misnensem, Vandalos & Slavos fugat: Italiam denuò ingressus, Berengarium capit, Johanne Papâ deposito Leonem VIII substituit, & Benedictum relegat.

950. *Ramirus*, rex Legionis, Saracenos ad internecionem delet, prælio ingenti ad Talavera commisso.

969. *Hatto Bonosus*, præsul Moguntinus, à muribus devoratur.

970. *Ottho II. Imp.* regem Galliæ feliciter reprimit, sed non perinde Græcos & Saracenos.

989. Tempore hyberno & verno flumina passim exundant magno cum terrore: æstas siccissima sequitur.

997. *Wilderolphus* episcopus Argentinensis à muribus devoratur.

1010. Fames, & pestis omnium maxima, toto orbe grassantur: an. 1011 mare exundans submergit multas urbes.

1014. *Aliquot millia hominum* in Flandriâ *suffocantur* aquis exundantibus.

1042. *Fames* per septennium integrum grassatur.

1047. *Tangrolipix* dux Turcorum condit regnum, quod 150 annis permansit, & regno Saracenorum valde nocuit.

1056. *Guntherus* Henrici III Cæsaris cancellarius videt Deum in solio majestatis suæ sedentem, & stricto gladio ad turbam astantem dicentem: *Retribuam hostibus meis, & osoribus meis rependam.* Paulò pòst, cùm multi magnates extincti essent, denuò videt Dominum, gladium recondentem & dicentem: *Ignis exarsit in irâ meâ, & pertinget ad infernum usq;.*

1060. Hoc anno & deinceps perturbatus est status imperii occidentalis ab Henrico IV usque ad Carolum IV an. 1346. Fuerunt enim anticæsares, interregna, & contentiones inter Impp. & Pontifices Romanos.

1061. *Turci* invadunt Hierosolyma, & usque ad an. 1200 occupant Syriam, Cappadociam, Antiochiam, Bithyniam, Lyciam, Pisidiam, Paphlagoniam, Galatiam, Ciliciam utramque, Pontum, Anatoliam (quæ hodiè Turcia dicitur) Mediam universam, Chium, Samum, Rhodum, Cyprum, Cretam. Anno 1194 *Saladinus Sultanus*, maximæ orientalium provinciarum partis dominus, fatis concedit, relictis septem filiis, qui à patruo Saphadino trucidantur, uno exce-

pto.

An. Christi.

pto. Hinc bella civilia inter duos istos nata, & ipsorum imperium magis magisque inclinare cœpit, Tartaris anno 1200 surgentibus, *Changio Chamo* imperatore, à quibus Turci semper victi sunt.

1062. Horrenda fames & pestis grassantur toto orbe.

1065. *Henricus IV* Imp. hoc tempore incipit bella gerere, & 62 prœliis interest.

1068. *Michaëlis Ducæ* imperio tam sæva fuit pestis, ut vivi prorsus pares non essent mortuis sepeliendis.

1070. Tanta est rerum omnium raritas, nominatim vini, ut ob illius defectum missifici quibusdam locis non potuerint celebrare missam.

1095. *Diluvium* accidit in Syriâ, quo innumeri homines fuerunt oppressi. Hoc diluvium prædixit astrologus Mahumedanus argumento conjunctionis omnium planetarum (excepto Saturno) in signo piscium, quæ fuerit similis illi tempore Noë, quo omnes septem planetæ coierint in eodem signo.

1096. Bellum sacrum adversus Saracenos à Christianis suscipitur, & duodecim expeditionibus in terram sanctam institutis continuatur usque ad an. 1270, ita ut duraverit annis 196, magno cum damno Romani Imperii, utpote cujus vires attrivit.

1098. *Centum millia Saracenorum* cæduntur.

1100. *Pestilitas* corripit orientem; & Hierosolymis quotidiè tollit 300.

1105. *Henricus V* Cæsar impulsu Papæ persequitur parentem. Postea ulciscitur impietatem Papæ, & Romam redigit in suum obsequium.

1112. *Tamesis, Trenta, & alii fluvii* sistunt cursum per integrum diem. Moguntia ultra mediam partem deflagrat, incendio sublatis 2000 hominum.

1114. *Terræmotus* universam Syriam concutit.

1115. *Lotharius* Saxo, postea Imperator, vincit Henricum V Imp. Utrinque cadunt 40 millia hominum.

1125. *Fame & peste* tertia hominum pars perit.

1126. Hyems aspera enecat aves, & parit famem ac pestem. Item terræ motus in Italiâ 40 dies durat, eversis multis pagis.

1128. *Ultrajectum* maximam partem deflagrat ipso die paschæ.

1132. *Multæ urbes deflagrant:* putà Augusta, Moguntia, aliquot monasteria Spiræ & Argentinæ, Goslaria, Hala Saxonum.

1135. *Flandria* & vicina loca diluvio puniuntur.

1138. *Johannes de Stampis*, sive de Temporibus, armiger Caroli M. moritur in Galliâ, anno ætatis 361.

1140. *Guelphi & Gibellini* turbant Italiam.

1062. Aliquot millia hominum & bestiarum in Frisiâ pereunt *diluvio.*

1170. *Terræmotus* in Siciliâ tollit 15000 homines, & multas urbes in oriente & Germaniâ concutit.

1176. *Diluvium* oritur in Hollandiâ.

1183. Terræmotus evertit bonam partem Antiochiæ, Tripolis & Damasci. Eodem anno Catina in Sicilia evertitur terræ motu, 10000 hominum deletis.

1200. *Tartari* oppresserunt Turcos; & deinceps devastarunt inferiorem Pannoniam, Poloniam, Silesiam, Bohemiam, Moraviam, Croatiam, Serviam, Rasciam, & Bulgariam. Memorabile est prælium, quod an. 1242 cum Silesiis commiserunt.

1212. Reges Hispaniæ cædunt *200 millia Saracenorum.*

1221. In castris prope Damiatam *pestis* 3000 relinquit de 70 millibus.

1230. In Frisiâ pereunt 100000 hominum diluvio: an. 1233 Alphonsus rex Hisp. cædit 200000 Saracenos.

1232. *Mechtildis*, comitissa Hennebergensis, parit unâ vice 350 liberos.

1233. *Wormatia* conflagrat.

1236. *Miecislaus Cassisconus* devoratur à muribus.

1239. Eclipsin solis sequitur *pestis*, item *fames* tanta, ut matres devoraverint liberos suos.

1241. *Mons in Burgundiâ deserit suam stationem*, & alii cuidam monti se aggregat. In hoc suo itinere tollit 5000 homines.

1242. *Wormatia* denuò conflagrat. In Hungariâ aliquot millia hominum fame pereunt.

1246. Octo urbes in Scotia *deflagrant.*

1260. *Albigensium* ad centum millia vincuntur ab octo millibus Papistarum.

1270. Comitissa quædam prope Cracoviam una vice *parit 36 liberos.*

1276. Comitissa quædam Hollandiæ *parit unâ vice 365 liberos.*

1280. *Brema & Hamburgum* conflagrant.

1282. *Vespera Sicula* 30 Martii sunt fatales Gallis: quippe qui spatio bihorii omnes ad unum in Sicilia sunt trucidati.

1287. In Selandia *suffocantur* XV millia hominum.

1289. *Terræmotus* universum orbem concutit.

1290. Suldan Ægypti *delet reliquias Christianorum* in terra sancta.

1295. In alpibus XV arces pereunt *terræmotu.*

1300. Hoc tempore *Ottomannus* imperium Turcorum à Tartaris hactenus oppressum longè lateque propagare cœpit, erepta Tartaris Anatolia & omnibus provinciis, quas Græci in

Aſia tenuerant. Ab eo dicitur *Imperium Othomannorum*, qui uſque ad hunc an. 1623 adhuc rerum potiuntur in magna orientis parte. Anno 1320 Turci per Helleſpontum trajecerunt in Europam: an. 1328 univerſam Lydiam ſibi ſubjugant: an. 1332 cum quadraginta millium exercitu pleroſque omnes Græciæ portus populantur: an. 1341 Thraciam & Myſiam devaſtant: an. 1352 Macedoniam frequentes ſolicitant: an. 1363 Johannem Palæologum Imp. Conſtantinopolitanum ſibi faciunt tributarium; & ab illo tempore Imperatores Conſtantinopolitani inconſultis Turcis non ſunt auſi capeſſere imperium. Anno 1393 Bajazetes Thraciam, Macedoniam, Theſſaliam, maximamque Myſiæ & Bulgariæ partem ſibi ſubigit, & anno 1396 trecentis millibus aggreditur ſexaginta millia Chriſtianorum, cæſis viginti millibus, & ſuis amiſſis ad 60000. Adverſus illum excitatur fulmen illud belli *Tamerlanes*, ſive *Temir Cham*, Tartarus an. Chr. 1397. qui quater centenis equitum millibus, & peditum millibus ſexies centenis Bajazetem vicit, (cæſis 200 millibus Turcarum,) & catenis aureis vinctũ in cavea cancellata per Aſiam circumduxit, ipſoque, equum conſcenſurus, uſus eſt loco ſcabelli. Anno 1408 *Muhammed* inſtituit Janniſaros, quorum opera totum fere orientem Turcæ ad ſe traxerunt. Anno 1438 *Amurath* cum trecentis equitum millibus excurrit in Pannoniam inferiorem: an. 1452 *Mahomet II* vaſtat Athenas, & anno ſequente ſub Conſtantino expugnat Conſtantinopolim trecentis millibus, in ipſis feriis Pentecoſtes, Deo ſic puniente ſchiſma Græcorum circa proceſſionem Spiritus S. Idem an. 1461 univerſam Peloponneſum debellat, & an. 1464 octoginta millium juventute rurſus eò ſe confert: an. 1470 ex Stiria & Carinthia aliquot millia captivorum abducit: an. 1473 in Aſiâ ducentûm & triginta millium acie conflatâ Euphratem trajicit & in Perſia plerasque urbes capit: an 1480 amittit 30 millia ſuorum, Hydruntum in Apulia intrat cæſis 12 millibus Chriſtianorum: & anno ſequenti obit poſtquam duo imperia & duodecim regna ſibi ſubjeciſſet. Ipſi ſuccedit filius natu minimus *Bajazeth*, qui an. 1484 Vallachiam depopulatur, an. 1486 Getas ſubjugat, an. 1491 Epidamnum in Slavoniâ occupat, an. 1493 vincit Chriſtianos in Croatiâ amiſſis X millibus ſuorum, an. 1498. ſeptuaginta millia in Ruſſiam mittit, & in Dalmatiam rurſus ſe effundit, an. 1500 Modenam Venetorum in Peloponneſo occupat. Anno 1517 *Selimus*, Bajazetis filius, Ægyptum univerſam domat, extincto Suldanorum & Mamalucorum nomine atque imperio, cæſis 20000 hoſtium & ampliùs. Anno 1521 *Solimannus*, Selimi F. Belgradum in Hungariâ expugnat: an. 1525 Rhodum accipit quadringentis triremi-

bus, & ducentenis hominum millibus: an. 1527 regem Hungariæ Ludovicum in paludes præcipitat, ducentena millia hominum partim cædit, partim capit, captivos mille quingentos obtruncari in conspectu suo jubet, Budam expugnat: ann. 1529 Viennam obsidet centenis & quadraginta millibus, sed obsidet tantùm, amissis 80000 ex innumerabili exercitu: an. 1531 iteratò Viennam, sed haud minùs irrito conatu aggreditur: an. 1533 tertiâ obsidione tentat Viennam: anno 1534 arma victricia in orientem transfert contra Tecmasem Sophum, & Mesopotamiam omnem atque Assyriam occupat: anno 1535 aliquot adhuc urbes capit. Ab eo tempore Turci non multum promoverunt. Etsi enim Selimus II anno 1566 Cyprum Venetis eripuerit, Tunes & Guletam Hispanis in Barbariâ, Valachiam Hungaris: illa tamen non veniunt in comparationem cum iis regnis, quæ Turci antea sibi acquisiverunt.

1311. Sub Henrico VII Imp. tanta pestis orbem terrarum afflixit, ut vix tertia hominum pars superesset. Eodem anno *Templarii* tolluntur uno die.

1314. Ex dissentiente Cæsarum electione *bellum civile* oritur, quod gravissimè Germaniam affligit. Hoc anno vacat solium Papæ, Imperatoris, & regis Galliæ.

1315. *Pestis & fames* adeo sæviunt, ut plures judicati fuerint mortui esse quàm superesse. Parentes devorarunt proprios liberos.

1321. Leprosi in Galliâ *fontes inficiunt veneno.*

1346. Angli *cadunt* ultra XXX millia Gallorum, & in iis XI principes, LXXX barones, MCC nobiles.

1348. Sub Carolo IV pestis epidemia triennalis per totum terrarum orbem grassata est: Lubecæ abripuit 90000; monachos nudipedes 124434: Florentiæ 100 millia hominum. Pluit etiam sanguinem, & terræmotus duos montes absorpsit.

1359. Tempore Petrarchæ, ut ipse refert, tam valida in Italiam incubuit *pestis*, ut ex millenis hominibus vix decem superessent.

1384 & 1400. Hoc tempore Judæi passim malè tractantur & mactantur.

1420. *Johannes Zisca* in Bohemiâ colligit 40000 militum, & passim diruit monasteria. Vulgo appellatur bellum Hussiticum.

1421. In Hollandiâ pereunt 100000 hominum diluvio, absorptis 72 egregiis pagis.

1427. Electores & principes Germaniæ magnum exercitum ducunt adversus Bohemos. Sed *Panico terrore correpti* aufugiunt.

giunt. Idem fatum experiuntur anno 1431 in altero suo 40 millium apparatu.

1428. Leodium *vastatur*; & 600 infantuli projiciuntur in Mosam.

1430. Tria millia Helvetiorum trucidant viginti millia in Gallico exercitu ad Basileam.

1442. Asperrima hyems ingruit, 36 nivibus se invicem excipientibus.

1450. Ingens terræmotus in regno Neapolitano delet 30000 hominum, & totam Neapolim concutit.

1474. Tantus fuit æstus, ut aliquot sylvæ conflagraverint.

1476. Hoc anno *Carolus Burgundus* ad Nanseum ab Helvetiis est superatus & trucidatus, postquam anno superiori Lotharingum adortus magnâ parte ditionis eum pepulisset, ac paulò post ab Helvetiis, Lotharingi sociis, clade quoque ingenti affectus fuisset. In ultimo conflictu Helvetii acceperunt immensas opes: putà magnum sigillum aureum, sceptrum & pileum, aurea & argentea vasa, vestes, ornamenta sacra, arma, signa & tormenta militaria. Tanta pecuniarum vis militibus prædæ cessit, ut pileis eas inter se partiti sint. Tabernaculum ipsius longè pulcherrimum in multa frusta divisum est. Pateas argenteas nonnulli, cùm stanneas putarent, vilissimo pretio vendiderunt. Adamantem ipsius, toto orbe celeberrimum, quidam vendidit sacrifico aureo nummo: & sacrificus, duobus coronatis Postea emtus est septies mille florenis: rursus, undecies mille ducatis: denique vicies mille ducatis venditus fuit, & infulæ Pontificis Romani hodieque insertus visitur.

1484. Tantus fuit vini proventus, ut non potuerit excipi ob defectum doliorum.

1492. *Ferdinandus* virtute Consalvi Magni regno Granatæ potitus est, exclusis totâ Hispaniâ, vel sub jugum redactis, & ad fidei Christianæ professionem adactis regulis Maurorum & subditis, unde cognomentum *Catholici* postea tulit. Tenuerant Mauri sive Saraceni regnum istud an. circiter 780. Cæterùm eodem anno *Christophorus Columbus* detexit novum orbem versus septentrionem, qui hodiè appellatur America septentrionalis. *Americus Vespucius* anno 1497 detexit Americam meridionalem. Ubi non est silentio prætereundum, detectionem novi orbis, reformationem religionis, culturam denique linguarum & artium eodem ferè tempore cœpisse.

1494. *Maximilianus Imp.* bella gessit plurima & difficillima, domi forisque. Octodecim victoriæ ipsius commemorantur à Sebastiano Franck. In *bello Sicambrico* fudit 20000 Gallorum. In *bello Belgico* capitur à Brugensibus, sed totius im-

Anno Chr.

perii auxiliis liberatur à patre Friderico. In *bello Hungarico* feliciter pugnavit; non item in *bello Florentino*. In *bello Veneto* omne imperium terrestre Venetis ademit. In *bello Gallico* Germani milites corripiuntur morbo, qui dicitur Gallicus, eumque anno 1495 in Germaniam deferunt.

1517. Rustici tumultuantes, ad 90000, à Maximiliano coguntur in ordinem.

1518. *Carolus V*, tum rex Hispaniæ, expulit è regno suo Marranos, qui erant reliquiæ Saracenorum, occisis barbarorum ampliùs 40000. Idem an. 1519 factus Imperatór gessit bella XIV. In *primo* cepit regem Galliæ Franciscum an. 1525: in *secundo* expugnavit Romam, & cepit Pontificem Clementem VII an. 1527: in *tertio* domuit Franciscum, qui contra datam fidem repetebat Neapolim: *in quarto* pugnavit adversus Carolum Geldriæ ducem, partes Galli secutum: in *quinto* coëgit Turcam deserere obsidionem Viennæ: in *sexto* Florentiam subegit, restitutis Medicéis: in *septimo* 700 navibus Africam domat, constituto Muleasse Imperii vasallo: verùm hoc bellum anno 1541 infeliciter cecidit, naufragio absorptis 130 navibus: in *octavo* domat Juliacensem ducem: in *nono* Protestantes vincit: in *decimo* Magdeburgenses obsidet: in *undecimo* dimittit principes Protestantium captivos: in *duodecimo* Metin obsidet: in *decimotertio* aggreditur Gallum: in *decimoquarto* apud antipodes in novo orbe per Ferdinandum Cortesium & Franciscum Pizzarum 28 præliis vincit 28 reges & regna. Ab eo tempore aliquot myriades Indorum ab Hispanis sunt cæsæ. Cuba, Hayti, Jucaiæ, quæ olim sexcentis singulæ aut denis hominum millibus succinctæ, hodiè paucissimos habent incolas. In Mexicâ & Peruanâ similiter sævitum est, aliquot millionibus hominum deletis.

1525. Bellum rusticorum in universâ Germaniâ supra 600000 homines sustulit.

1530. In Flandriâ & Selandiâ magna fuit inundatio 5 Decembris. Vide Sebast. Franck.

1540. Mare opprimit monasterium quoddam Neapoli monte ejecto, qui hodie appellatur *mons cinerum*.

1566. Circa hæc tempora incipit *bellum Belgicum*, quod hodieque durat. Causa fuit Inquisitio Hispanica & tyrannis Ducis Albani, qui moribundus gloriatus est se 18000 per manum carnificis trucidasse. Aliquot millia hominum ab illo tempore sunt cæsa. In prælio ad Neoportum sunt trucidati 7000 Hispani: obsidio Ostendæ utrinque abstulit 80000: nuper admodum, an. 1622, obsidio Bergopzomii sustulit 15000 Hispanorum.

1562. *Bellum Gallicum* supra 300000 Christianos abstulit, inde

ab an-

ab anno 1562. usque ad an. 1623. Nominatim autem crudelitate Pharaonicâ nobilitata est laniena Parisiensis an. 1572.

1570. *Mare perdit* in Belgio multa oppida, multosque homines.

1572. *Nuptiæ Parisinæ* aliquot hominum millia in Galliis absorbent.

1586. Constantinopoli *pluit locustis.*

1588. Formidabilis illa *classis Hispanica* profligatur ab Anglis duce Francisco Drake. *Thomas Candisch,* Anglus, redit domum, postquam totum orbem circumnavigasset. Id aute ipsum præstiterant Ferdinandus Magellanes anno 1520, & Franciscus Drake anno 1580. Olivarius, Hollandus, idem fecit anno 1601.

1589. Constantinopoli oritur seditio, quâ *conflagrant* XII millia domorum.

1590. Henricus IV rex Galliæ obsidet Lutetiam: ubi XIII millia hominum *fame* pereunt.

1598. Tiberis exundat Romę, & *perdit* 1500 homines, damnumque inæstimabile urbi & locis vicinis adfert.

1600. Henricus IV rex Galliæ totam fere Sabaudiam occupat.

1601. Magnus est *terræmotus* 8 Septemb.

1605. Botzkai pugnat pro *libertate religionis.*

1610. *Unio* quorundam evangelicorum incipit Halæ Svevorum, & *Liga* Papistarum, Herbipoli.

1612. *Terræmotus* durat 4 septimanas Lemgoviæ & Bileveldæ.

1613. In Galliâ pereunt XII pagi & 4000 hominum *exundatione* fluvii Marne. Toto hoc anno mira hinc inde contigerunt. Nam 1 Aprilis Osnaburgi in Westphaliâ perierunt 1400 ædes *incendio:* 6. 7. 8. Aprilis Cadæ in Bohemiâ duo pueri clamarunt: Kehret umb/ kehret umb/bessert euch/ worauff wartet ihr? postea disparuerunt. 17 Aprilis *conflagrant* 500 ædificia Madeburgi. 20. 21. Aprilis Ziccaviæ duo exercitus in aëre visi sunt confligere, & vox audita est integrum octiduum, dies & noctes, Wee/wee dir Teutschland. 29. Maji ædificia, homines & pecudes *perierunt* exundatione Vinariæ &c.

1618. *Bellum Bohemicum & Germanicum* oritur, quod hodieque affligit patriam nostram Germaniam, & sustulit supra 80000. Eod. anno, 25 Augusti, oppidum *Plours* in Rhætiâ obruitur monte, qui celerrimo motu oppressit 1500 homines. Eod anno & seq. fulget horribilis cometa mense Novembri, Decembri & Januario.

1620. *Levis terræmotus* fuit observatus, mense Januario.



XXVI. Chronologia symbolorum.

An Christi.		Num. symb.
50.	*Symbolum apostolicum*, catholicum & œcumencium, hoc tempore videtur compositum ab apostolis in concilio Hierosolymitano, de quo *Act. 15.* Huc pertinet illud Cypriani in exposit. symb. *Discessuri ab invicem apostoli, normam prædicationis in commune constituunt.*	1.
92.	*Symbolum Clementis Papæ* est expositio symboli apostolici. Vide epist. 1. Clementis ad Jacobum fratrem Domini.	2.
170.	*Symbolum Irenæi* est repetitio quædam symboli apostolici. Vide apud ipsum lib. 1. contra hæreses c. 2. & 3.	3.
210.	*Tertullianus* recitat *Regulam fidei*, lib de præscriptionibus hæreticorum.	4.
260.	*Gregorius Neocæsariensis* sive Thaumaturgus edit symbolum contra Paulum Samosatenum.	5.
269.	*Symbolum concilii Antiocheni II* est editum contra Paulum Samosatenum.	6.
325.	*Symbolum Nicenum* est editum contra Arium.	7.
333.	*Symbolum Athanasii* ab illo scriptum est Romæ itidem contra Arium. Publicatum est post 300 fere annos in concilio Toletano, & inde usque ad nostra tempora in ecclesiâ usurpatum.	8.
346.	Ariani edunt *symbolum in concilio suo Antiocheno II*, illudque mittunt ad episcopos occidentales, quos nulla adhuc perfidiæ Arianæ labes contaminaverat.	9.
347.	*Symbolum concilii Sardicensis* à quibusdam improbatur, quòd Patres istius concilii omiserint nomen ὁμοουσίου.	10.
351.	Ariani cudunt duo *symbola in concilio Sirmiensi*, & cogunt Osium episcopum ad subscriptionem posterioris. Damnarunt Photinum in duobus hisce conciliis.	11.
370.	*Symbolum synodi Illyricæ* confirmat symbolum Nicenum. Huc pertinet *symbolum Basilii & Epiphanii.*	12.
376.	*Symbolum Damasi*, episcopi Romani, extat 4 tomo operum Hieronymi. Hoc symbolum anno 381 roboratum fuit decreto imperatorio Gratiani, Valentiniani & Theodosii.	13.
380.	*Symbolum Hieronymi* ad Damasum Papam hoc tempore videtur ab ipso conscriptum.	14.
380.	*Symbolum concilii Romani* adversus Apollinaristas instituti, damnat Apollinarem, Arium, Sabellium, Macedonium, Eunomium & Photinum.	15.
381.	*Symbolum concilii œcumenici II, quod est Constantinopolitanum primum*, editum est contra Macedonium πνευματομάχον.	16.
400.	*Concilium Toletanum I edit symbolum* contra Priscillianistas & Arianos.	17.

Symbo-

400. *Symbolum Ambrosii & Augustini* est potiùs hymnus, qui 18.
sic incipit: *Te Deum laudamus.*

451. *Symbolum Pelagii* à Baronio habetur pro orthodoxo. Et 19.
sanè multa habet egregia.

431. *Symbolum concilii Ephesini magni*, quod est tertium œcu- 20.
menicum, editum est contra Nestorium. Appellatur vulgo
symbolum Cyrilli, quia ab ipso scriptum est nomine concilii,
additis capitulis XII, in quibus sunt anathematismi. Du- 21.
rante hoc concilio *quidam Nestoriani ediderunt symbolum*,
quo Patribus concilii persuadere conabantur se concedere
unum tantùm esse Christum, cùm revera duos statuerent.
Contra hoc symbolum Charisius Philadelphiæ ecclesiæ 22.
presbyter edidit confessionem fidei, quæ appellatur *Symbo-
lum Charisii*, quod repetitum fuit in concilio Chalcedonensi
œcumenico.

444. *Confessio Leonis Magni* episcopi Romani est edita contra 23.
Eutychem, & approbata in concilio Chalcedonensi.

451. *Symbolum concilii Chalcedonensis*, quod est quartum œcu- 24.
menicum, editum est contra Eutychetem. Memorabilia
sunt quatuor illa adverbia, quæ in hoc symbolo egregiè ex-
primunt naturam unionis hypostaticæ in Christo, quòd
nempe illa sit facta ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδιαιρέτως, ἀχωρί-
στως. Cæterùm Patribus hujus concilii exhibuit Eutyches 25.
libellum confessionis suæ, quæ solet appellari *symbolum Eu-
tychetis.*

493. *Symbolum Gelasii Papæ* fuit missum ad episcopos Macedo- 26.
niæ, cùm episcopus Thessalonicensis totius Macedoniæ
Metropolitanus Acacianis adhæsisset.

550. *Symbolum concilii Constantinopolitani II*, quod est quintum 27.
œcumenicum, editum est contra Theodorum.

552. In Codice de SS. Trinit. l.1. tit.1. recitantur *duo symbola* 28. 29.
Justiniani Imp. quæ proculdubio hoc anno, post concilium
nempe œcumenicum, fuerunt promulgata.

619. *Symbolum concilii Hispalensis II* editum est contra Ace- 30.
phalos.

640. *Symbolum synodi Lateranensis* editum est sub Heraclio. 31.

655. *Symbolum concilii Toletani VIII* est editum. 32.

675. *Symbolum concilii Toletani XI* est editum. 33.

675. Eodem anno est editum *symbolum synodi Bracarensis III.* 34.

680. *Symbolum Trullanum* editum est in concilio sexto œcu- 35.
menico, quod est Constantinopolitanum III. Editum au-
tem est contra Monotheletas. Hoc eodem tempore scri-
ptum est *symbolum Mediolanense*, itidem contra Monothele- 36.
tas. Cùm enim Imperator Constantinus Pogonatus tum
orientis, tum occidentis episcopos ad concilium universale
Constatinopolim invitasset, episcopi autem occidentales

partim per ætatem, partim per corporis morbum, partim per
itineris difficultatem concilio generali non possent interes-
se, legatione suam sententiam pro fide catholicâ adversus
Monotheletas Patribus concilii significare statuerunt. Ita-
que Mediolanum vocatis episcopis 125, Monotheletarum
hæresim condemnarunt, & fidei formulam unanimiter con-
ceptam ad eosdem Patres transmiserunt. Eodem tempore
Agatho episcopus Romanus per legatum suum Constanti-
nopolim ad Constantinum Imp. & omnes episcopos ibi
congregatos mittit fidei confessionem, quæ dicitur *symbo-
lum Agathonis*, item *synodi Romanæ*, in quâ fuit conscriptum 37.
tum temporis. Porrò in eodem concilio Constantinopoli-
tano Macarius archiepiscopus Antiochenus, fautor Mono-
thelitarum Patribus exhibet *symbolum quoddam*. Macarius 38.
iste tandem in castra Monothelitarum transiit. Denique
symbolum Sophronii in eodem concilio fuit lectum & appro 39.
batum.

680. *Symbolum veteris Alemannicæ ecclesiæ* hoc tempore vide- 40.
tur concinnatum.

Illud sic habet: Ich widersaig diem Tiuvel vnd allen sinen werchen / vnt allen sinen gezierdin. Ich geloub an ain Got Vaiter almachtigen/ain schepfer hilmelo vnt erde/vnt aller geschepfde. Ich geloub an sinen ainbornun Sun/vnsurn Herren Jehsum Kristum. Ich geloub an den hailigun Gaist. Ich geloub/daß die drie benembde ain gware Got ist/der ie was an angenge / vnt immatar ist an ende. Ich geloub/ das derselbe Gottes Sun geandott wart von dem hailigen Engil Sant Gabrihel. Ich geloub/das er empfangen wart von dem hailigen Gaist/vnt er geborn wart von Sant Mariun der rainun maigede. Ich geloub/das er an dirre werlte was als ain ander mensche/wan das er nie gesundot. Ich geloub/das er an dem drisgosten jar getofet wart in dem Jordan von Sant Johans. Ich geloub/das er gefangen wart von den Juden/vnt gebundun wart/ vnt sin gespotet wart / vnt angespuuit wart. Ich geloub/das er gemartiret wart/vnt an das Cruzze erhangen wart/vnt daran er starb an der menschait vnt niut an der gothait. Ich geloub/das er ab dem Cruzze genomen wart/vnt zer erde begraben wart/vnt darinne lag dri tag vnt dri nacht. Ich geloub/das er an dem dritten tag erstuond/geware Got vnt geware mensche. Ich geloub/das er entschain nach siner vrstendi sinen jungern vnt sinen guoten friundin. Ich geloub/ das er an dem vierzogstē tag nach siner vrstendi ze himelo fuer/ ze der angesicht siner junger vnt aller mangei/die sin wirding warent. Ich geloub/das er da sizit ze der zesuin sines Vaiter in ebun gewaltig vnt ebun ewig. Ich geloub in dannan kiunftig an denn jungesten tag ertailen viber lebend vnt viber tot nach ir

werchen. Jch geloub an die Kriſtanhait gotlich vnt allich. Jch geloub gemanſami der hailigen. Jch geloub ablaſʒ miner ſiunde nach gewarer ruue. Jch geloub vrſtendi mines libes. Jch geloub nach diſem lib dem ewigen lib. Jch geloub/das mir gelonet ſol werden nach minen werchen ꝛc.

683. *Symbolum concilii Toletani XIII* eſt editum, anno 4 Ervigii regis Weſtgothi. 41.

693. Tempore Sergii Papæ editum eſt *ſymbolum concilii Toletani XVI.* 42.


787. *Symbolum concilii Nicæni II* eſt editum. 43.

794. *Symbolum concilii Francofurtani* eſt celebre. Huc pertinet *ſymbolum Caroli Magni*, quod in eodem concilio promulgavit. 44. 45.

829. *Symbolum concilii Pariſienſis* eſt editum ſub Ludovico & Lothario Impp. 46.

868. *Symbolum concilii Wormatienſis* eſt editum. 47.

Ex his ſymbolis excellunt iſta tria, Apoſtolicum, Nicenum & Athanaſii.



XXVII. Chronologia converſionis populorum ad fidem Chriſtianam.

Anno Chr. | Num. converſ.

1. MAgi ex oriente proficiſcuntur ad Chriſtum, *Matth.2.* 1.

31. *Duodecim apoſtoli,* ſeptuaginta diſcipuli, Nicodemus, Maria, Martha, & alii ex Judæis ſequuntur & confitentur Chriſtum. 2.

35. *Judæi Hieroſolymis habitantes*, viri religioſi ex omni natione, converſi ſunt decimo poſt aſcenſionem Chriſti die, in ipsâ pentecoſte *Actor.2.* & ab hoc die eccleſia valde crevit *Actor.6.* 3.

36. Diſperſio eccleſiæ Hieroſolymitanæ poſt lapidatum Stephanum, occaſionem præbuit divulgandi evangelii per regiones Judææ & Samariæ, uſque ad Phœnicen, Cyprum, & Antiochiam. *Actor.8.* Atque hæc *prima quaſi colonia fuit eccleſiæ Hieroſolymitanæ.* 4.

36. *Philippus diaconus & evangeliſta* convertit eunuchum reginæ Candaces. *Actor.8.* 5.

36. *Saulus* convertitur, unde proverbium: *Ex Saulo Paulus.* Hiſtoriam vide *Act.9.* 6.

37. 38. *Petrus* Lyddæ, Joppæ, & alibi paſſim docet evangelium 7.
39. in Judæâ, Samariâ, & Galilæâ, *Act.9.* Atque hæc eſt *ſecunda colonia eccleſiæ Hieroſolymitanæ.*

40. *Petrus* convertit Cornelium & plantat eccleſiam Cæſareæ *Act.10.* Atq; hæc eſt *tertia colonia.* 8.

An. Christi. | *Num. convers.*

41. *Quarta colonia ecclesiæ Hierosolymitanæ* est ecclesia Antio- 9.
chena *Act.11.* Hîc incipit nomenclatura Christianorum.

43. *Petrus* liberatus ex carcere, hinc inde propagat evange- 10.
lium *Act.12.* Hic non est silentio prætereundum, quòd He-
rodes Agrippa anno 3 Claudii, h.e. anno Christi 43, perierit
phtiriasi, ut author est *Josephus antiq. lib.19. cap.7.* Quare si
Petrus hoc eodem anno ab Agrippâ fuit incarceratus, non
potuit anno præcedenti sive secundo Claudii occupare se-
dem Romanam, ut nugantur quidam. Apostolus *Jacobus*,
cognomento *Major*, hoc anno decollatus est ab Herode A-
grippâ, adeoq; breve admodum habuit apostolatus sui cur-
riculum. *Act.12.*

45. *Paulus & Barnabas* peragratâ Seleuciâ, Cypro, Pamphy- 11.
liâ, Pisidiâ, Lycaoniâ, aliisque locis Asiæ, *quintam ecclesiæ co-
loniam* ducunt. *Act. 13.14.*

47. *Paulus & Barnabas* redeunt Antiochiam, elapso biennio.
Act.14. Commorantur ibi longum tempus. Huc, nempe in
annum 49, refer historiam, cujus Paulus meminit *Galat.2.
vers.1.*

50. *Concilium sive synodus apostolorum* habetur Hierosolymis
Act.15. Hoc tempore videtur facta divisio apostolorum:
quâ de re sunt duæ traditiones. *Una* est *Cypriani & Ruffini
in exposit symb.* qui tradunt, apostolos, priùs quàm in orbem
terræ dispergerentur, normam prædicationis & summam
doctrinæ Christianæ in commune constituisse. Norma ista
usitatè appellatur symbolum apostolorum. *Altera* est *Ori-
genis in explic. Gen. & Eucherii Lugdunensis*; qui scribunt, cer-
tas provincias apostolis designatas fuisse, in quibus præci-
puè docerent: orientem Thomæ & Bartholomæo, meri-
diem Simoni & Matthæo, septentrionem Philippo & Thad-
dæo, mediterraneas regiones Matthiæ & Jacobo Justo, pro-
vincias maris mediterranei Johanni & Andreæ, occiden-
tem Petro & Jacobo Zebedæi, sed totum pariter mundum
Paulo. Hinc *festum divisionis apostolorum* quotannis in ec-
clesiâ Romanâ die 15 Julii celebratur. Alia quædam divisio
inter Petrum & Paulum commemoratur *Gal.2.* ut Paulus
gentibus, Petrus circumcisioni, h. e. Judæis, evangelium
annuntiaret.

51. *Petrus* post concilium Hierosolymitanum venit Romam, 12.
ut expugnaret Simonem Magum: & inde se recepit in A-
siam, ibiq; evangelium prædicavit Judæis. Antiochiæ com-
moratus est septennium: quò pertinet ejus septennalis epi-
scopatus Antiochenus. Anno 58 scribit priorem epistolam
Babylone. Anno 67, qui est imperii Neronis 14, redit Ro-
mam, ibique pauculos menses vivit, non ut episcopus, sed
ut hospes, martyriique coronam unà cum Paulo ibidem ac-

cipit.

cipit. Damaſus tamen Papa ſcribit, Petrum veniſſe Romam ſub Nerone an. Chr. 60, qui eſt 7 Neronis. Hinc patet, errare illos, qui contendunt Petrum 25 annos eccleſiæ Romanæ præſediſſe. Nam cùm Nero 14 tantùm annos, eosque non ſolidos, imperaverit, & Petrus, omnium calculo, palo affixus ſit ultimo Neronis anno, quomodo potuit 25 annos Romæ agere epiſcopum? Cæterùm quæ traduntur de modo disceptationis Petri cum Simone Mago, δραματικὰ potiùs quàm ἱστορικά eſſe videntur: etſi res ipſa certa ſit.

51. *Paulus* hoc anno viſitat eccleſias in Aſiâ, *Act 15.16:* convertit Phrygiam & Galatiam: anno 52 recipit ſe in Macedoniam, quam Chriſto adducit, ut & quosdam Athenis, *Actor.17:* anno 53 confert ſe Corinthum, ubi ferè biennium commoratur, *Act.18:* anno 54 ex Aſiâ redit Hieroſolymam; & inde rurſus viſitat eccleſias Aſiaticas, atque Epheſi docet biennium & ampliùs, *Act.19:* anno 56 redit Hieroſolymam, ibique capitur, & captivus ducitur Cæſaream, ubi biennium ferè docet in vinculis *Actor.24:* anno 57 ducitur captivus Romam, *Act.27:* anno 58 Romæ in liberâ cuſtodiâ docet evangelium, & multas ſcribit epiſtolas: anno 60 liberatur ex ore leonis *2.Tim 4 v.17.* h. e. abſolvitur à Nerone: deinceps viſitat eccleſias, & peragrat Hiſpaniam atque Aſiam: anno 67 redit Romam, ibique cæditur gladio juſſu Neronis. 13.

51. *Johannes*, Zebedæi filius, frater Jacobi Majoris, ſortitus eſt Aſiam, & Epheſi maximè vixit, unde vicinas Aſiæ eccleſias adminiſtravit. Epheſo Romam adductus fuit ad perferendum ſupplicium. Sed cùm ante portam Latinam in ferventis olei dolium demiſſus non læderetur, in Pathmum relegatus eſt ſub Domitiano. Sub Nervâ tamen Epheſum rediit, & ſub Trajano apoplexiâ correptus obiit, anno Chriſti 104, ætatis 120. quanquam alii ſcribunt, à Trajano occiſum eſſe. 14.

51. *Andreas* prædicavit in Scythiâ, Sogdianâ, Æthiopiâ interiori, Cappadociâ, Galatiâ, Bithyniâ, ad Pontum Euxinum, in Thraciâ, Macedoniâ, Theſſaliâ, Achaiâ, & Epiro. Sub Veſpaſiano crucifixus eſt Patris urbe Achaiæ. 15.

51. *Philippus apoſtolus* prædicavit in Scythiâ, annis 20: & tandem peragratâ minori Aſiâ cruci affixus eſt cum duabus filiabus. 16.

51. *Thomas* docuit in Indiâ, Æthiopiâ, Taprobanâ, extremaque orientis orâ, & ad ultimum Oceanum Brachmanum gentem convertit 17.

51. *Bartholomæus* docuit primùm in Lycaonia, poſtea in Syria & India, ac poſtremò in Armenia, ubi juſſu regis Aſtyagis excoriatus eſt: quod ſupplicii genus Perſis erat uſitatum. 18.

An. Christi.		Num. converſ.
	Indis reliquit evangelium Matthæi Hebraicè ſcriptum: quod Pantænus ſcholæ Alexandrinæ magiſter ibi reperit, & ſecum Alexandriam deportavit.	
51.	*Matthæus* Hebræis primò concionatus eſt, & octavo poſt aſcenſionem Chriſti anno, h.e. anno Chriſti 43, evangelium ſuum in Judæa edidit. Poſtea anno 51 peragrata Aſia & Ponto in Æthiopiam venit, ibique poſt 20 annorum docendi labores obtruncatus eſt.	19.
51.	*Jacobus Alphæi*, cognomento *Minor*, item *frater Domini*, *Juſtus & Oblias*, cùm 30 annis rexiſſet eccleſiam Hieroſolymitanam, de ſuggeſtu, ſive, ut alii tradunt, de pinna templi dejectus fuit. Scripſit epiſtolam contra inſulſæ fidei patronos. Tanta ejus fuit exiſtimatio, etiam apud Judæos, ut Joſephus inter cauſas excidii Hieroſolymitani hanc quoq; referat, quòd Judæi Jacobum, cùm juſtiſſimus eſſet, occidiſſent.	20.
51.	*Judas Lebbæus*, ſive *Thaddæus*, frater Jacobi & Simonis, primò docuit evangelium in Meſopotamia & Ponto, poſtea cum Simone fratre in Perſidem profectus, ibi ab ethnicis ſacerdotibus trucidatus eſt. Scripſit epiſtolam. Miſſus etiam fuit ad Abgarum Edeſſenorum regem, quem ſanitati reſtituit, & evangelii doctrinam illis in locis propagavit.	21.
51.	*Matthias*, qui in locum Judæ proditoris ſucceſſit, & ex LXX diſcipulis fuit, in agreſtibus Æthiopiæ docuit, ibiq; lapidatus & capite truncatus fuit.	22.
51.	*Simon Zelotes*, ſive *Cananites*, frater Jacobi & Judæ Thaddæi, annuntiavit evangelium in Ægypto, Libya, Perſia, Cyrene, Africa, regionibus ad occidentalem Oceanum, & inſulis Britannicis. Inde verò reverſus Hieroſolymam, fratri Jacobo in epiſcopatu ſucceſſit, & anno ætatis 120 cruci eſt affixus. Hic poſtremus omnium apoſtolorum obiit. Proinde in ipſo prima ætas eccleſiæ deſinit.	23.
51.	*Marcus evangeliſta*, Petri diſcipulus & nepos ex ſorore *Actor.12. 1.Petr.5.* conſobrinus autem Barnabæ *Coloſſ.4.* ab eodem Barnaba & Paulo ad miniſterium evangelii aſſumtus eſt: & quamvis in Pamphylia eos deſeruit, tamen non deſiit in propagatione evangelii laborare. Nam & cum Barnaba in Cyprum navigavit; & Romæ evangelium ſcripſit ex ore Petri, anno 67; & Alexandrinæ eccleſiæ epiſcopus conſtitutus, finitimis locis, circumquaque ab Ægypto, uſque ad Pentapolin evangelium docuit. Traditur etiam docuiſſe Laureaci in Auſtria, & Juliobonæ in Norico. Tandem reverſus Alexandriâ, ibi periit in carcere: quanquam alii trucidatum eſſe ſcribant.	24.
51.	*Lucas*, natione Antiochenus, profeſſione medicus, fuit ſectator Pauli, & omnis peregrinationis ejus comes. *Act.16.*	25.

& seqq. 2.Cor.8. Fertur evangelium suum ex ore Pauli descripsisse, anno Christi 54. Atq; hoc esse evangelium, quod Paulus *Rom.16.* suum vocat, nonnulli existimant.

Hucusque est historia conversionis profectæ ab apostolis & evangelistis, ex qua videre est, quomodo impletum sit illud *Psal.19. In omnem terram exivit sonus eorum.* Ita enim est, ut Irenæus & Tertullianus de hoc & sequentibus annis scribunt: Ecclesiæ fundatæ fuerunt in Germania, Iberis, Celtis, Oriente, Ægypto, Libya, medio mundi, Britannia, Sarmatia, Dacia, Scythia &c. Hinc Tertullianus in hæc erumpit verba: *Christi regnum & nomen ubiq; porrigitur, ubiq; creditur, ab omnibus gentibus suprà enumeratis colitur, ubiq; adoratur.* Etsi autem prædicatio apostolorum inter omnes gentes fructum suum attulit: tamen non propterea totæ gentes conversæ sunt, sed paulatim, vel persecutionum acerbitate pressæ, vel hæresium diluvio abreptæ, inchoatam evangelii lucem amiserunt, donec unaquæque gens suo tempore ad amplectendam fidem Christi vocaretur. Cæterùm *Hegesippus* scibit, ad hæc usque tempora virginem puram & incorruptam mansisse ecclesiam. Etsi enim non statim facta est meretrix: cœpit tamen paulatim ab apostolicâ simplicitate degenerare.

60. & seqq. Proximos ab apostolorum tempore doctores, qui discipuli apostolorum fuerant, *successionem apostolicam* nominant. 26.
Huc pertinent *Ignatius & Papias* discipuli Iohannis, qui ecclesias plantatas foverunt: item *Lucius Cyrensis* sive *Cyrenæus*, commilito & cognatus Pauli *Act.13. & Rom.16.* qui in Vindeliciâ, Rhætiâ, provinciisque Danubio conterminis circa Ratisbonam, religionem Christianam plantavit: quod *Crescens*, Pauli discipulus, *2.Tim.4.* fecit Moguntiæ: *Titus*, Pauli discipulus, in Dalmatiâ *2.Tim.4. Clemens*, Pauli collega, *Phil.4.* Metis: *Maternus*, unus è LXX discipulis, *Eucharius & Valerius*, Petri discipuli, Treveris, & circa Coloniam atque Argentinam: *Trophimus*, Pauli comes *Act.20. & 21.* Arelate in Galliâ, de cujus fonte omnes Galliæ civitates fidei rivulos acceperunt. Cranzius author est, Bardovici (quæ urbs Saxoniæ olim celeberrima fuit, aliquot annis ipsâ Româ antiquior) Neronis tempore discipulum quendam Petri, nomen Christi prædicasse, cujus sepulchrum mille propemodum annis magno in honore fuerit. Hîc non est prætereundum silentio, quòd *Irenæus lib.1. contra Valentinum* aliquoties citat ecclesiarum Germanicarum testimonia: & quòd *Hieronymus* ad Suniam & Fretelam, episcopos Germaniæ ad Danubium, scripserit. Verùm idoneis doctoribus decedentibus, multifariam depravata fuit evangelii doctrina; & ne in interiorem Germaniam, Saxo-

niam, Thuringiam & Franconiam propagata fuit. Multas etiam ad Danubium & Rhenum reliquas ecclesias Attila evertit Cæterùm in historiâ, quam deinceps persequemur, hæc tria accuratè discernere oportet, plantationem, confirmationem, & instaurationem doctrinæ evangelii. Sic v.g. apostoli plantarunt evangelium Antiochiæ, Ignatius confirmavit. Ita Lucius Cyrenæus, Crescens & alii plantarunt ecclesias in Germaniâ; Bonifacius Anglus Moguntiæ, Amandus Argentinæ, Florentius, Arbogastus, & alii alibi instauratores, non authores religionis Christianæ dicendi sunt. Cæterùm Eucharius fuit primus episcopus Trevirensis, qui obiit ann. 66. Inde usque ad hanc ætatem habetur continua series episcoporum Trevirensium.

183. Commodo imperante *Indorum nuntii* ad Demetrium Alexandriæ episcopum venerunt, petentes, ut eruditus quispiam & pius doctor evangelii sibi mitteretur. Missus est autem Pātænus, scholæ Alexandrinæ catechetes, qui inde, ut paulò ante diximus, evangelium Matthæi, à Bartholomæo descriptum, Alexandriam deportavit. 27.

190. *Mammea*, mater Severi Imp. Christiana fuit, instituta Antiochiæ ab Origene Antiochiam revocato. Obiit Moguntiæ. Hoc eodem anno Lucius quidam prædicavit evangelium Augustæ Vindelicorum: & sub Diocletiano an. 290 Narcissus Gerundensis ibi instituit primum episcopūm, Dionysium Cretensem, qui cum aliis Christianis à Cajo Diocletiani duce ibi interfectus est. 28.

203. Ad hæc tempora pertinet quod Tertullianus libro adversus Judæos cap. 7. scribit: *Cui dextram tenet Pater Deus, nisi Christo filio suo? quem exaudiverunt omnes gentes, id est, cui omnes gentes crediderunt? cujus prædicatores & apostoli in Psalmis David ostenduntur,* In universâ, *inquit,* terrâ, exiit sonus eorum, & usque ad terminos terræ verba eorum? *In quem enim alium universæ gentes crediderunt, nisi in Christum, qui jam venit? cui & aliæ gentes crediderunt, Parthi, Elamitæ, & qui inhabitant Mesopotamiam, Armeniam, Phrygiam, Cappadociam, & incolentes Pontum & Asiam, & Pamphyliam, immorantes Ægyptum, & regionem Africæ, quæ est trans Cyrenen, inhabitantes, Romani, & incolæ tunc Jerusalem Judæi, & cæteræ gentes: ut jam & Getulorum varietates, & Maurorum inculti fines, & Hispaniarum omnes termini, & Galliarum diversæ nationes, & Britannorum inaccessa Romanis loca, Christo verò subdita, & Sarmatarum, & Dacorum, & Germanorum, & Scytharum, & abditarum multarum gentium, & provinciarum, & insularum multarum nobis ignotarum, & quæ enumerare minùs possumus? In quibus omnibus locis Christi nomen,*

qui jam venit, regnat: utpote ante quem omnium civitatum portæ sunt apertæ, & cui nullæ sunt clausæ.

245. *Philippus Arabs*, ex Impp. Romanis primus amplectitur religionem Christianam. 29.

284. *Carus Imp.* ethnicus ecclesiam Thessalonicensem à tributis immunem facit.

292. *Constantius Chlorus* Imperator, Constantini M. pater, egregiè tutatus est Christianos, adeò quidem, ut sub eo doctrina Christi ad ulteriores etiam Gallos, Italos, Britannos, eosque qui circa montem Pyrenæum ad Oceanum usque occidentalem habitant, propagata sit. 30.

312. *Constantinus Magnus* primo imperii sui decennio bella gessit adversus collegas suos, Maximianum, Galerium, Maxentium, Licinium, persecutores Chistianorum; & iis gloriosè victis partim oratoria & tẽpla Christianis concessit, utq; illa vel instaurarent, vel ex fundamentis extruerent, præcepit: partim ecclesiis reditus annuos attribuit. Et hoc quidem ecclesiæ tempus Paulus Orosius cũ exitu Israëlitarum ex Ægypto confert. Currebant enim, ut sunt verba Theodoreti, assiduè omnes nationes ad fidem Christi, & baptizabantur, patria simulachra conquassantes. Nominatim ad *Indos* interiores, & *Iberos* religio Christiana propagata est imperante Constantino. 31.

364. Sub *Valente*, persecutionis Arianicæ authore, duo *Macarii*, Ægyptius & Alexandrinus, quosdam insulanos converterunt. Gothorum dux Fridigernus, à Valente adversus Athanarichum adjutus, amplectitur religionem Valentis, & Ulfilas, Gothorum episcopus, Gothicas literas invenit, & sacrá Scripturâ in Gothicam linguam conversâ, religionem Christianam barbaros docere instituit, etiam subditos Athanarichi. Sed reverâ seduxit illos à Christianismo ad Arianismum. Hâc de re Paulus Diaconus ita scribit: *Petentibus Gothis, ut eis episcopos mitteret, à quibus fidei rudimenta susciperent, Valens doctores ad eos misit Arianos, qui eos in nomine Patris per Filium, in Spiritu sancto baptizarunt. Atque ita universa illa gens effecta est Ariana.* Porrò sub Valente *Saraceni* doctrinam Christi acceperunt. 32.

380. *Theodosius* evertit fana & idola ethnicorum, quæ toto Valentis tempore fuerant in pretio, & leges scripsit hâc de re per totum orbem. Quâ occasione multi ad fidem Christi perducti sunt: maximè cùm Alexandriæ magnificentissimum illud Serapidis templum in ædem Christianorum commutatum fuisset. Nili etiam immodica inundatio plurimos *Ægyptiorum* ad Christianam religionem adduxit. Pertinet huc *edictum* sive *lex de appellatione* sive *nomine Catholicorum*, promulgata an. 380 à Gratiano, Valentiniano 33.

& Theodosio, tribus Augustis. Extat illa initio Codic. tit. de summâ Trin. Cæterùm Chrysostomus hoc tempore in *Phœniciam* idololatriæ deditam misit idoneos pastores, regiis edictis instructos: & *Scythas*, Constantinopoli degentes, ab Arianâ hæresi liberat: & *Scythas, Istri* accolas, per idoneos doctores convertit: in suo denique exilio apud *Isauros* in Armeniâ ecclesiam instituit. Hoc seculo evangelium usque adeò propagatum fuit, ut Cresconius (adversus quem Augustinus & Cyprianus scripserunt) dixerit, in Christianum nomen totum quotidiè verti orbem.

408. Cùm *Arcadius* Imp. finem vitæ non ita procul abesse sentiret, ne se mortuo filiolus octennis Theodosius ætate immaturâ detrimenti aliquid caperet, Isdigerdem, Persarum regem potentissimum, tutorem instituit, ipsique tum filii, tum imperii curam commisit; quæ res amplificandæ in *Persiâ* Christianæ religioni egregiam occasionem præbuit. Nam Maruthas, Mesopotamiæ episcopus, tempore illo tutelæ in Persiam aliquoties legatus missus, magorum Persicorum imposturas patefecit. 34.

420. *Theodosio II* ad imperium evecto variæ gentes fidem Christi susceperunt. Nam apud *Scotos* evangelium propagavit Palladius à Cœlestino episcopo Romano missus, qui etiam *Anglos* à Pelagianâ hæresi liberavit: *Hibernos* convertit Patritius Scotorum archiepiscopus: *Burgundiones*, ab Hunnis afflicti, ad Christianorum Deum, Christum confugiunt, quem post longam disceptationem judicarunt potentissimum omnium deorum: *Judæi* denique *Cretenses*, detectis imposturis Mosis, qui nominatur Cretensis, doctrinam Christi amplexi sunt an. 434. Hîc ex Beato Rhenano adnotare libet hæc paucula. Burgundiones initiò, mox illorum exemplo Franci Christum adorare cœperunt: à quibus Alemanni, & post hos à Francis devicti Thuringi, Bojarii, Saxones, Slavoni, Nortmanni, indeque Hessi, Frisii, & cæteri religionem Christianam susceperunt. 35.

454. Tempore concilii Chalcedonensis *Severinus* in Noricum, sive Austriam, religionem Christianam intulit; unde Noricorum apostolus appellatur. 36.

474. Sub Zenone Imp. cùm Vandali Ariani in Africâ crudelissimè persequerentur orthodoxos, multi barbari sive *Vandali* per conversationem relegatorum martyrum ad veram Christi agnitionem adducti sunt. 37.

496. *Franci* religionem Christianam suscipiunt, cùm ipsorum rex Clodoveus à Crotilde uxore ex gente Burgundicâ priùs esset conversus, impetratâ divinitùs victoriâ adversus Alemannos. Ubi memorabilis est vox Remigii Re- 38.

An. Christi. | Num. convers.

morum episcopi ad Clodoveum: *Adora, quod incendisti* (Christum) *incende, quod adorasti* (*simulachra*)

500. 520. —Sub *Anastasio* & *Justino Majore* multi *Persarum* fuerunt conversi: nominatim *Persæ Immireni* & *Zathus Lazorum Persarum dux*. *Cavades* quoque, Persarum rex, omnibus religionem Christianam permisit. *Alamundurus*, Saracenorum dux, anno 512 conversus fuit, & cùm Eutychiani conarentur ipsum seducere, dixit, se literas accepisse, quibus Michaelem archangelum mortuum esse nuntiaretur. Quem nuntium cùm Eutychiani episcopi falsum esse dicerent, quòd in angelos mors non caderet, subjecit ille: Quomodo ergò vos affirmatis, deitatem mortuam esse. 39.

528. Sub *Justiniano* multi fuerunt conversi: putà *Getes Herulorum*, & *Gordas Hunnorum* rex, unà cum centum millibus gentis suæ: *Abasgi*, & *alii circa Tanaim*: *Azumitæ*, & ab his victi *Homeritæ*: *Theodo*, Bojorum regulus, unà cum filio & totâ Bojariâ atque Norico à S. Ruperto Vangionum episcopo, an. 581. 40.

574. Sub *Justino* Juniore *Armenii* Christianismum sunt amplexi. 41.

602. *Britannia*, cùm lux evangelii jamdudum ibi obsoleverat, postliminio conversa est, procurante Gregorio Magno, episcopo Romano, qui Augustinum quendam & alios eò misit. Etsi verò multi abusus, qui jam tum in Romanâ ecclesiâ hærebant, in Britanniam invecti fuerint: pagani tamen à gentilismo ad Christianismum traducti fuerunt. Quod ipsum ad sequentes quoque conversiones observare oportet. 42.

612. Sub *Heraclio* Amandus Gallus *Gandavos* convertit, aris Mercurii, quem colebant, destructis: & Chillenus Scotus *Atrebatensem* provinciam Christo adduxit. 43.

648. Eligius Gallus convertit *Flandros*. *Arbogastus* hoc tempore est episcopus Argentinæ. 44.

688. *Gallus* & *Columbanus* Scoti passim in *Germaniâ*, & in *Sveviâ* præsertim, multas ecclesias fundant. *Chilianus*, Scotus, Franciam superiorem convertit, ipse factus episcopus Herbipolensis. Alibi in Germaniâ idem fecerunt alii Angli & Scoti. Nam ex Britanniâ in Germaniam copiosæ coloniæ ecclesiasticæ ductæ fuerunt. Hoc eodem anno 40000 *Persarum* ad Christum conversa esse tradit Sebast. Franck. 45.

690. *Westphalos* ad fidem Christianam adducunt Evaldi duo, Albus & Niger cognominati. 46.

696. *Frisii*, devicto ipsorum duce per Pipinum, convertuntur ad Christianismum, operâ Wilibrodi Angli, episcopi Eboracensis. Alii legunt *Wilfridus*. Hic in patriam reversus misit in Frisiam Witbertum, & pòst eum Willibrordum sive 47.

An. Christi. *Num. converſ.*

Clementem cum XI aliis. Willibrordus poſtea Trajectum venit. Porrò Svvibertus epiſcopus Anglus *Hollandos* convertit, ſive inſulam Baduam, id eſt, Batavorum. Ibidem docuerunt Werenfridus & Adelbertus. Svvibertus etiam anno 708 identidem ad *Saxones* proficiſcitur, illosque ad fidem Chriſti invitat.

698. *Thuringi* circa Erfordiam convertuntur. 48.

718. Bonifacius natione Anglus (quem Germanorum apoſtolum vocant) à Gregorio II Pontifice in Germaniam miſſus, ab anno 718 uſque ad 755 ſub Carolo Martello & Pipino non tantùm eccleſias ad Rhenum & in Bavariâ reformavit, ſed in interiori etiam Germaniâ, Franconiâ, Thuringiâ, Friſiâ, & vicinis locis doctrinam evangelii (quanquam multis ſuperſtitionibus jam tum contaminatam) latiſſimè propagavit, evocatis ex Angliâ piis & eruditis utriuſque ſexus: *Heſſos* etiam, qui ilicem Jovis colebant, convertit in loco, qui dicitur Geiſmer: inſtituit epiſcopatum Herbipoli, Eiſteti & Friſingæ: denique fundavit cœnobium Fuldenſe. Tanden à Friſiis fuit trucidatus. 49.

772. Carolus Magnus, inde ab anno 772 uſque ad an 805, totos triginta tres annos longum & difficile bellum geſſit cum Saxonibus, viginti quatuor novis expeditionibus in ipſos ſuſceptis. Toties enim à fide Chriſtianâ ſusceptâ defecerunt iterum, & ferro atque igni ad Rhenum uſque omnia depopulati ſunt. Tandem armis fracti ſeriò ad Chriſtianiſmum inceperunt animos convertere. *Witekindus*, dux Angrivariorum, qui terris ad Viſurgim imperavit, & *Albion*, qui ad Albim & Hercyniæ juga imperium habuit, baptizati ſunt anno 785. Finis belli Saxonici vigeſimo demum pòſt anno fuit. Quo tempore Carolus M. duo idola Saxonum, Irminſul, ſive Irminſaul, hoc eſt, ſtatuam Hermionis regis Germ. (alii interpretantur columnam Arminii) & Crodon, ſive Saturnum, delevit: & Saxones trans Albim, maximam partem, in Gallias traduxit, eorumque in ſedes collocavit Obotritos, ut religio Chriſtiana firmiores radices in animis Saxonum ageret: varias denique eccleſias variis in locis condidit, quas in decem epiſcopatus diviſit, qui commemorantur hoc ordine: Epiſcopatus Oſnaburgenſis, Halberſtadienſis, Paderbornenſis, Monaſterienſis, Hildesheimienſis, Verdenſis, Mindenſis, Bremenſis, Magdeburgenſis & Hamburgenſis. Neque verò *Saxonia* tantùm, Caroli Magni virtute, fidem Chriſti accepit, ſed etiam *Holſatia, Dithmarſia, Vandalia, Hungaria:* quibus adde *Venetos, Carnos, Slavos, & Avares* in Pannoniis habitantes. Hìc ſingularis Dei providentia animadvertitur. Cùm enim his temporibus Mahumedana impietas Orientem devaſtaret, 50.

viſum

An. Christi.		Num. convers.
	visum fuit Deo hanc publicam ecclesiæ cladem accessione Germanorum & aliorum populorum compensare.	
826.	Sub Ludovico Pio Imp. Caroli M. filio illatum est evangelium *Daniæ & Sveciæ*. Quo tempore Heraldus Daniæ rex, primus regum Aquilonis fide Christi imbutus fuit. Eâdem tempestate *Hunni, Avares & Moravi* à Vrolpho Pataviensi episcopo partim meliùs instituti, partim conversi fuerunt.	51.
846.	*Bohemi* ad religionem Christianam adducuntur, quatuordecim ducibus ipsorum baptizatis.	52.
862.	*Sclavi* à Ludovico II victi, & ad fidem Christianam per Cyrillum & Methodium episcopos conversi, in suâ linguâ celebrant sacra. Quod cùm Nicolaus Pontifex intellexisset, graviter hanc ob causam reprehendit Cyrillum & Methodium, qui responderunt: *Omnis spiritus laudet Dominum, & omnis lingua confiteatur ei.* Quo quidem responso Pontifex tunc fuit contentus, & ipsis indulgendum censuit.	53.
865.	*Bulgari* à Ludovico II impetrant episcopum, & diaconos, à quibus instituuntur in fide Christi. *Avares & Hunni* religionem Christi, quam non ita pridem abjecerant, recipiunt.	54.
931. 936.	— Henricus Auceps & Otho Magnus Impp. religionem propagant apud *Slavos*.	55.
962.	*In Poloniâ* Miecislaus est primus Poloniæ dux Christianus. Hic duas metropoles Gnesnæ & Cracoviæ, & novem episcopatus instituit.	56.
970.	Pilgrinus episcopus Pataviensis & Wolfgangus Ratisbonensis in *Hungariâ* rursus religionem Christianam propagant sub duce Geissâ sive Gaizâ, quem alii Diezonem vocant. Geissa iste fuit parens Stephani, qui anno 1000 rex factus, & anno 1010, cùm Giselam sororem Imp. Henrici II in matrimonium expeteret, cum totâ Hungarorum gente baptizatus est. Veruntamen, cùm post ejus mortē Hungari à fide Christianâ rursus defecissent, Andreas duodecimo post Stephanū anno rex factus edicto publicè præcepit, ut omnes Hungari relictâ superstitione ethnicâ, ad verum Dei cultum redirent.	57.
988.	Religio Christiana in Russiam, quæ *Moscovia* hodiè dicitur, est propagata: Vladomiro Russiæ duce, in uxorem ducente Annam Constantinopolitani Imp. sororem, & Constantinopoli baptizato, cui Basilii nomen fuit inditum.	58.
989.	In *Daniâ* superstitiones ethnicæ prorsus extirpantur, Heraldo 5 regnante: ante cujus tempora Dani plerique promiscuè religionem Christianam & ethnicam colebant.	59.
1000.	*Pruteni* ad fidem Christi convertuntur. *Heneti* quoque ab Imp. Henrico II postliminio ad religionem Christianam	60.

adducuntur instauratis episcopatibus à Carolo M. & Otthone conditis, sed barbarorum armis dirutos.

1099. Christiani Argonautæ, duce militiæ sacræ Godefrido Bulionæo Lotharingiæ principe, occupatis plerisque Asiæ provinciis, Lycaoniâ, Ciliciâ, Syriâ, Mesopotamiâ, & Comagenâ, capiunt urbem Hierosolymam, ibique, expulsis Saracenis, regnum Christianum condunt: quod duravit annis solùm 88. Nam Saladinus ex Ægypto evocatus magnas rebus Christianis in Palæstinâ, Syriâ & Mesopotamiâ clades intulit, & regno Hierosolymitano finem imposuit anno 1187. 61.

1106. Christianismus incipit in *Pomeraniâ:* propagatur & confirmatur decimo octavo pòst anno. Quo tempore Wartislaus Pomeranorum princeps cum totâ gente ab Othone Bambergense episcopo baptizatus est. 62.

1125. Wicelinus in *Vandaliâ* propagat evangelium: unde appellatur apostolus Vandalorum. Anno 1160, cùm sexennio ante obiisset Wicelinus, Henricus Leo potentissimus Saxoniæ dux Pribislaum Henetorum sive Vandalorum ducem, imperata facere coëgit: qui quidem ab eo tempore doctrinam Christi amavit & propagavit. 63.

1164. Boleslaus Polonus Prutenos sive *Borussos* bello domitos ad fidem Christi adduxit: qui tamen non perstiterunt in Christianismo, quem anno 1217 fratres ordinis Teutonici Borussiæ intulerunt. 64.

1168. *Rugiani* convertuntur, principe ipsorum Jaremaro baptizato, & docendi munere perfuncto. 65.

1186. *Livonia*, à vicinis debellata, Christum agnoscere cœpit. 66.

1249. *Tartari* ad fidem Christi convertuntur. 67.

1387. *Lithvani* Christianismum recipiunt, instituto episcopatu Vilnæ. 68.

1492. Fides Christi primò à Lusitanis, postea ab Hispanis, postremò à Gallis, Anglis & Hollandis in Indiam partim orientalem partim occidentalem, adeoque in varias insulas, inde ab anno Christi 1492 usque ad hunc annum 1623 est illata. Tametsi autem doctrina Christi plurimis superstitionibus Papisticis conspurcata gentibus istis traditur ab Hispanis: non tamen negandum est, Christianam religionem barbaris istis proponi. 69.



XXVIII. Chronologia persecutionum ecclesiæ.

Anno M. 235. CAinitæ persecuti sunt *Sethitas*, sive posteros Sethi, inde ab anno M. 235, quo natus est Enos, & ecclesia non am- Num. persec. 1.

pliùs

plius in familiis fuit conservata, sed in publicos cœtus effusa *Genes.4.v.ult:* usque ad annum M.1656. *Gen s.6.v.1. & seqq.* Persecutores istos sustulit diluvium.

2370. Decretum de interficiendis Hebræorum infantibus masculis in Ægypto promulgatur à *Pharaone*, quem Josephus appellat Orum, Africanus Misphragmuthosim *Exod.1.* Ab hoc anno usque ad an.M.2453 Israëlitæ variis pressuris fuerunt exerciti in Ægypto, unde hæc persecutio solet appellari *Servitus Ægyptiaca:* cui Deus finem imposuit per decem plagas Ægypti & submersionem Ægyptiorum in mari rubro. 2.

Sex servitutes Israëlitarum toties à Deo deficientium tempore judicum hoc ordine commemorantur:

2520. *Prima* fuit octennalis sub Syriæ & Mesopotamiæ rege: à quâ fuerunt liberati per Othonielem anno 2528. *Jud.3. vers.8.9.* 3.

2532. *Secunda* fuit annorum 18 sub Eglon rege Moabitarum: à quâ liberati sunt per Ehud sive Ajoth an. M.2550. *Jud.3. vers.14.* 4.

2612. *Tertia* fuit sub Jabin rege Canaan, cujus dux bellicus erat Sisera. Afflixerat is Israëlem 20 annis. Siseram vicit Debora, adscito Baraco belli duce *Judic 5 v.21.31.* 5.

2652. *Quarta* fuit sub Midianitis, annorum 7. *Judic.6.v.1.* Hos vicit Gideon novi prælii genere *Judic.7.* 6.

2740. *Quinta* fuit sub Philistæis & Ammonitis an.18. quâ liberati fuerunt Israëlitæ per Jephtham an.1762. *Jud.12.v.7.* 7.

2770. *Sexta* fuit sub Philistæis, annorum 40. Tempore hujus servitutis nascitur Simson, qui Philistæos multis modis molestat. *Jud.14. & seqq.* 8.

2840. *Sub Eli* populus Israëliticus infestatur à Philistæis *1. Sam. 4.* quos vincit Samuel *1.Sam 7.* 9.

3020. *Achab & Isebel* affligunt pios Dei servos, *1.Reg.18.* & nominatim Nabothum lapidant *1.Reg.21.* 10.

3229. *Captivitas Assyriaca*, quâ decem tribus abductæ fuerunt à Salmanassare *2.Reg.17.* grave vulnus attulit ecclesiæ. Remanserunt enim solùm duæ tribus in regno Judâ, quibus Samaritani deinceps fuerunt infesti non solùm bello, sed etiam hæresi, ita ut capitale fuerit odium inter Judæos & Samaritanos. Huc refer, quòd *Sennacherib*, successor parentis Salmanassaris Hierosolymam obsedit. *2.Reg.18.* 11.

3350. *Captivitas Babylonica*, 70 annorum, piis in populo Dei fuit molestissima: ubi ad crudelitatem Babyloniorum accessit insultatio Idumæorum, & ipsorum cum Babyloniis collusio *Psal.137.* 12.

3420. *Vexationes Persarum*, quibus Judæi, ex captivitate Babylonicâ dimissi, fuerunt prohibiti ne urbem & templum re- 13.

ædificarent, non mediocriter sauciarunt pios. Ter autem id est factum. Et primò quidem à Cambyse impeditum fuit ædificium templi & instauratio urbis vivente adhuc Cyro *Esdr. 4. v. 5.* Deinde Xerxes seu Ahasverus prohibuit hanc ipsam instaurationem civitatis Hierosolymitanæ & politiæ Judaicæ *Esdr. 4. v. 6.* Huc refer machinationem Hamanis. Deniq; Artaxerxes Longimanus seu Artachsasta prohibuit istam ipsam restaurationem Hierosolymorum. *Esdr. 4. v. 7.*

3783. *Persecutio Antiochi Epi. hanu*, quá templum profanavit, 14.
& horribili furore sæviit in Judæos, nota est ex libris Maccabæorum.

3887. *Devastationes Judææ per Romanos & Parthos illata*, ab eo 15.
tempore, quo Pompejus Hierosolymam cepit, graviter sauciarunt pusillum Dei gregem, qui tum temporis erat reliquus.

Anno Chr.

1. *Herodes Ascalonita*, cognomento Magnus, patravit infanticidium illud immane *Matth. 2.* 16.

31. *Herodes Antipas* decollavit Johannem Baptistam *Matthæi 14.* 17.

1. 32. 33. 34 35. — Christus multa perpessus est à Pharisæis, & tandem cruci 18.
affixus. *Vide 4 evangelistas.*

35. 36. — *Apostoli capiuntur & flagellantur*: Stephanus lapidatur: ec- 19.
clesia Hierosolymitana premitur & dispergitur. *Actor. 4. 5. 6. 7. 8.*

45. *Jacobus apostolus*, cognomento *Major*, trucidatur ab He- 20.
rode Agrippá fratre Antipæ: & *Petrus* ab eodem incarceratur. *Act. 12.*

46. *Paulus* a Judæis plurima patitur. *Act. 14. & seqq.* 21.

51. *Omnes apostoli* variis persecutionibus sunt exerciti, par- 22.
tim à Judæis, partim à Gentibus: & miserè omnes sunt trucidati, excepto Johanne; quanquam hic quoque sub Trajano perhibetur occisus. Vide *Chronologiam conversionis populorum.*

Decem persecutiones sub primis ethnicis Impp. usitatè nu-
65. merantur, hoc ordine:

66. — *Prima* fuit sub Nerone, qui orientem fidem Romæ pri- 23.
67. mus cruentavit, ut ait Tertullianus, à quo idem Nero appellatur dedicator damnationis Christianorum. Hæc persecutio inter alios sustulit Petrum & Paulum. Nam ille crucis, hic capitis supplicio affectus est: quanquam alii utrumque decollatum scribunt. Hoc quoque tempore Antipas, de quo *Apoc. 2.* videtur è medio sublatus. Decretum Neronis tale fuisse traditur: *Quisquis Christianum se esse cõfitetur, is tanquam generis humani convictus hostis, sine ulteriori sui defensione, capite plectitor.* Hic observa, Senatum quidem imperante Tiberio Christianos jussisse excedere Româ, sed impe-

ratorem intercessisse. Et licet Claudius postea Christianos Româ expulerit, id tamen obiter fuit factum.

90. *Secunda* est sub Domitiano, Titi fratre: sub quo Johannes in Pathmum relegatus, & Timotheus, Onesimus atque Dionysius Areopagita martyrio coronati sunt. De hâc persecutione scribit Ignatius: *Ego exagitor partim exiliis, partim custodiis, partim vinculis.* 24.

100. *Tertia* est sub Trajano. Hæc persecutio novendecim annis pervagata est totum ferè orbem, & inter alios sustulit Simeonem episcopum Hierosolymitanum & Ignatium. In hâc persecutione Plinius secundus scripsit ad imperatorem, qui rescripsit, *Hoc genus* (Christianos intelligit) *inquirendum non esse, oblatos verò puniri oportere.* 25.

126. *Quarta* est sub Adriano & Antonino Pio. Quadratus Atheniensis episcopus & Aristides philosophus Adriano apologias pro Christianis obtulerunt. Quæ quidem apologiæ hoc effecerunt, ut Adrianus persecutionem inhibuerit peculiari edicto, in quo hæc inter alia leguntur verba: *Pro quibus hominibus* (Christianis) *& alii provinciarum præsides jam ante divo patri meo scripserunt: quibus ille rescripsit, ne quid interturbarent hoc hominum genus, nisi qui convicti essent tentasse quippiam contra remp.* Lampridius quoque scribit, Adrianum voluisse Christo templum extruere. Eodem erga Christianos animo fuit Antoninus Pius. Cùm enim sub illo recrudesceret persecutio anno 140, Justinus philosophus apologiam exhibuit Imperatori, qui persecutionem inhibuit publico edicto promulgato Ephesi in totius Asiæ concilio, ubi inter alia sic ait Imperator: *Si quispiam cuiquam Christiano, quia Christianus sit, pergat molestiæ quidquam, aut criminis inferre, ille, cui crimen illatum erit, etiamsi reipsâ Christianus deprehensus sit, absolvatur: qui autem illum accusaverit, justum debitumq; supplicium subeat.* Et hæc est quarta persecutio sub Adriano & Antonino Pio, quam alii statuunt sub Antonino Vero: fortassis ideò, quòd Adrianus & Antoninus Pius Christianis fuerint æquiores. Verùmenimverò ambo isti imperatores sub initium instanter persecuti sunt Christianos, illisque non fuerunt æquiores facti, nisi postremis annis. 26.

168. *Quinta* (aliis quarta) est sub Antonino philosopho & L. Antonino Vero. Hæc inter alios Polycarpum, ecclesiæ Smyrnensis episcopum & apostolorum discipulum absumsit: item Justinum martyrem sive philosophum. Justinus iste, Apollinaris, & Melito apologias obtulerunt Imperatori Antonino Philosopho, ut diluerent crimina, quæ Christianis objiciebantur. Ad hujus Imperatoris tempus refertur *persecutio Gallicana* admodum immanis: etsi eam nonnulli 27.

ad Commodi Imp. tempora referunt. Hîc non est prætereundum decretum Antonini Philosophi pro Christianis. Cùm enim legio Christianorum (quæ postea appellata fuit κεραυνοβόλος, *fulminatrix*, in bello Germanico contra Marcomannos precibus suis victoriam à Deo impetrasset, Imperator rem omnem ad Senatum perscripsit, & ne quis Christianis deinceps molestus esset, hujusmodi decreto sanxit: *Quòd si quis Christianum detulerit, hoc solo nomine, quòd Christianus sit, volo ut delatus se Christianum impunè fateatur, modò nihil ei objiciatur præter religionem, diversum: delator verò ejus vivus comburatur.*

203. *Sexta* (aliis quinta) est sub Severo. Objiciebantur hoc tempore Christianis varia crimina: *quòd deos, quos ipsi Imperatores colerent, quiq; Romanum imperium ad tantam dignitatem extulissent, ipsi contemnerent, variisq; calamitatibus impietate suâ orbem terrarum funestarent: quòd caput asini pro deo colerent &c.* Quæ crimina Tertullianus in apologetico diluit. 28.

236. *Septima* est sub Maximino, quo non fuit crudelius animal in terris, ut Capitolinus ait. Hanc persecutionem quidam omittunt, quòd Maximinus pastores tantùm ecclesiarum fuerit persecutus. 29.

251. *Octava* est sub Decio, sub quo, ut ait Cyprianus, *Deo chari domo privabantur, patrimonio spoliabantur, catenis premebantur, carceribus includebantur, bestiis objiciebantur, ignibus puniebantur.* Totæ multitudines in hâc persecutione, in solitudines & montes profugerunt, ibique fame, siti, frigore, morbis, & vi latronum sublati sunt. Fabianus episcopus Romanus, & Laurentius Fabiani diaconus hoc diluvio perierunt: quòd nollent prodere thesauros ecclesiæ. 30.

258. *Nona* est sub Valeriano: in quâ Cyprianus Carthaginensis episcopus (cujus singula propè verba spirant martyrium) capite truncatus est. Galienus, filius Valeriani, ipse quoque unà cum patre ecclesiam vexavit persecutione, quam edictis propositis relaxavit, motus calamitate patris, quo Sapor rex Persarum conscensurus equum utebatur pro scabello. 31.

303. *Decima*, eaq; vicennalis persecutio, (quę appellatur turbo persecutionis) incipit authore Diocletiano, qui edicto publicato præcepit, ut templa atque oratoria Christianorum everterentur, libri Bibliorum sacrorum cremarentur, & qui magistratus, officii, aut dignitatis alicujus honorem fuissent adepti, de gradu turpiter deponerentur, privati verò, qui in professione religionis Christianæ perstarent, libertate privarentur. Non multò post, alio Diocletiani & Maximiani collegæ edicto mandatum fuit, ut ecclesiarum præ- 32.

fides

fides atque ministri in vincula traderentur, & omnibus machinis tormentisque adhibitis ad sacrificandum idolis adigerentur. Innumeri ergò Christiani martyrio coronati sunt, multis tamen præ formidine succumbentibus. Deinceps verò edicta illa Impp. de tollendis Christianis ita exasperata sunt, ut uno mense septendecim millia Christianorum (in quibus etiam fuit Serena Imperatrix) occisa referantur, exceptis exulibus. Gliscente autem indies persecutione, anno statim ejus secundo, Diocletianus & Maximianus ex ægritudine imperio se abdicant, & ille quidem Nicomediæ Galerium, hic verò Mediolani Constantium Augustos declarant anno 304. *Constantius*, cui oriens obvenerat, edictum pro Christianis publicat; *Galerius* inceptam persecutionem in suis provinciis continuat, eâque in re *Maximinum* ex sorore nepotem Cæsarem cooptatum, socium habet: donec orto inter Maximinum & *Maxentium* Maximiani filium, qui Romæ imperium arripuerat, bello, persecutio Christianorum octavo, postquam mota fuit, anno, leniri & mitigari cœpit. Quamvis Maximianus paulò post ad ingenium reversus, Christianos infandis modis persequi cœperit. Galerius biennio pòst morbo correptus, edictum suo & Constantini nomine edidit, *Ut Christianis posthac parceretur, ac templa conventusq; darentur:* simul orans, *Ut ipsi solennes pro imperatore preces funderent. Maximinus* quoq; & *Maxentius* à persecutione desistunt: etsi Maximinus sexto post sui edicti promulgationem mense, Christianos rursus in oriente persequi cœpit. Accessit tandem & *Licinii*, quem Galerius Augustum appellaverat, crudelitas, quæ orientem vehementer afflixit. Tandem verò extinctis sex hostibus Christianorum, *Diocletiano, Maximiano, Galerio, Maxentio, Maximino, & Licinio*, solus Constantinus M. rerum potitus anno 323 finem diuturnæ huic persecutioni, utpote 20 annorum, imposuit. Et hæ quidem sunt decem illæ famosæ persecutiones: ex quibus alii nonam tribuunt Aureliano, vel potiùs ejus præfectis. Verùm Aurelianus, cùm edicto de persecutione adversus Christianos promulgando subscripturus esset, divinâ ultione prohibitus fuit, & postremæ contra Samosatenum synodo Antiochenæ authoritatem interposuit. Quidam numerant 13 persecutiones sub Imperatoribus, ita ut undecima sit sub Constantio Ariano, duodecima sub Juliano, decima tertia sub Valente Ariano.

336. Persecutionem violentam excepit fraudulenta, authore *Ario*. Nam Constantia Constantini M. soror commendavit fratri presbyterum quendam Arianum, insignis pietatis nomine. Qui Constantino persuasit, Arium gravi injuriâ affectum esse. Imperator hoc modo circumventus, stude- 33.

re Ario cœpit, ita ut tandem Ariani Athanasium Alexandrinum episcopum ecclesiâ deturbatum, Treviros in exilium expulerint. Præterea Constantinus M. jussit Arium recipi in communionem ecclesiæ. Mortuo Constantino *Constantius* filius ab anno 339 episcopos orthodoxos in exilium pellere, & Arianos fovere cœpit: quam crudelitatem post annum 350 vehementiùs exercuit, cùm extinctis duobus fratribus solus imperaret.

361. Constantio Imp. successit *Julianus*, cognomento *Apostata*, qui persecutionem persuasione mixtam, & proinde superioribus omnibus nocentiorem adversus Christianos movit, ut sunt verba Nazianzeni. Inter cæteros verò episcopos Athanasium inprimis persecutus est. 34.

364. *Valens* Imp. initio orthodoxus, mox ab Arianis seductus, persecutionem movit, quá Basilius mirabiliter fuit exagitatus. Mortuo Valente & Valentiniano, *Justina* conjux Valentiniani, quæ jampridem Arianis favebat, orthodoxos plerosque episcopos, & in his Ambrosium quoque Mediolanensem persecuta est. Tanta verò fuit immanitas Arianorum, ut longè tetriùs & duriùs orthodoxos persecuti sint, quam ulli unquam pagani fecerant. 35.

408. *Persecutio Persica* instituta fuit ab Isdigerde Persarum rege, & continuata à Gororane filio. Occasionem huic persecutioni præbuit intempestivus zelus Audæ episcopi, qui Pyræum, h.e. templum ignis in Persiâ everterat, illudque, monitus a rege, instaurare nolebat. Tantus fuit æstus hujus persecutionis, ut uno tempore ceciderint 16000 Christianorum. 36.

402. *Gothi, Vandali*, aliæque barbaræ nationes invadunt imperium occidentis, & ecclesiam vastant: nominatim *Athanaricus* rex Gothorum Arianus. 37.

404. *Donatistæ* in Africâ crudeliter sæviunt in Catholicos. 38.

428. *Persecutio Vandalica* incipit, authore Genserico. Hoc enim duce Vandali ex Hispania in Africam progressi, cùm partim gentiles, partim Ariani essent, in orthodoxos crudelissimè sævierunt; & qui Ariani erant, venenum illud suum, quàm latissimè, episcoporum suorum instinctu, propagarunt. *Hunericus* succedit patri Genserico anno 478, & in primordio regni moderatiùs agit, sed anno septimo horrendam in catholicos instituit persecutionem. Qui autem successerunt ei reges, etsi aliqui mitiores fuerunt erga orthodoxos, plerique tamen in Christianos sævierunt. Adeò crudelis fuit spiritus Arianicus. 39.

494. *Anastasius* Imp. persecutionem movet adversus orthodoxos, qui parere nolebant edicto, quo ipse, imitatus prædecessorem Zenonem, sanxerat, ut synodus Chalcedonen- 40.

sis ne

sis neque prædicaretur, neque damnaretur. Cùm enim dissensio orta esset de ista synodo, existimavit se hoc pacto tranquillitati ecclesiæ consulturum. Eos igitur qui huic edicto non obtemperabant, tanquam inimicos publicæ pacis in exilium ejecit. Simile huic fuit edictum Heraclii, quo cautum erat, neque unam, neque duas operationes aut voluntates in Christo fatendas esse. Nimirum Heraclius erat Monotheleta.

510. *Cobades*, Persarum rex, imperante Anastasio crudeliter sævit in Christianos. Post Coadem, *Cosroes* quoque Persarum rex, cognomento *Magnus*, Justiniano imperante, Syriam & Ciliciam invadit, plurimasque civitates gravissimè ob Christianismum affligit. 41.

530. Sub Justiniano *Ariana persecutio*, authore Gilimer Vandalorum rege, multos Christianos abripit. 42.

540. *Gothi* in Italia crudelissimè persequuntur Christianos, *Totilâ* præcipuè rege, qui flagellum Dei nominabatur. Gothis auxiliabantur Alemanni, donec anno 552 Totilas à Narsete, duce Justiniani, prælio victus interficitur: cui *Theias* postremus Gothorum in Italia rex successit: ipse quoque à Narsete victus, & in fuga occisus. Atque sic Gothorum in Italia regnum, quod annis 77, & publicis commodis, & veræ pietati infestissimum fuerat, concidit. 43.

568. *Longobardi* ex Pannonia, duce Albino, Italiam invadunt; ibique, pulsis præsidiis Imp. Justiniani, Longobardico regno instituto, annis 206, usque ad annum 744, Christianos crudeliter persequuntur. 44.

610. *Cosroës Minor*, Persarum rex, sub Heraclio Romanum imperium undiquaque infestat, passimque Christianos duriter affligit, & expugnata Hierosolyma, nonaginta millia Christianorum Judæis trucidanda committit. 45.

622. *Muhamed*, sive Mahomed, Arabes, qui Heraclio quidem militaverant, sed stipendia sua à præfecto Heraclii accipere non poterant: hos, inquam, Arabes sive Saracenos Mahomed è Thracia in Syriam, Damascum, & Phœniciam abducit: in Christianos, sibi parere nolentes, crudeliter sævit: copias Heraclii aliquoties profligat: à Romano imperio Phœniciam, Syriam & Ægyptum avellit: ecclesias evertit: Christi nomen delere conatur. Atque hoc fuit initium immensæ illius potentiæ, quæ mille jam annos ecclesiam fatigavit. Nam quis nescit, Saracenos sibi subjugasse Asiam: inde trajecisse in Africam: irrupisse in Thraciam, Siciliam, Sardiniam, Hispaniam, Galliam? 46.

1297. Persecutionem Mahumedanam à Saracenis ad Turcas transtulit Osman sive Ottoman, à quo imperium Turcicum hodieque dicitur Ottomannicum. 47.

1360. *Persecutio instituta ab Antichristo Romano* durat inde à tempore Wiclefi ad nostram usque ætatem. Hæc, tanquam fœcundissima mater, enixa est anno 1566 Inquisitionem Hispanicam, anno 1548 Interim religionis in Germania, anno 1554 persecutionem triennalem in Anglia, Bella Gallica & Germanica inde ab anno 1546, Bellum Belgicum ab anno 1568, Lanienam Parisiensem anno 1572, & alias monstrosas filias. In Galliis inde à colloquio Possiaceno anno 1562 cæsa sunt 300000 martyrum. Atque hæ sunt persecutiones piorum universales: particulares sunt innumeræ, putà quòd Cain interfecit Abelem, Esau infestavit Jacobum, Saul & Absalom Davidem, &c. Singulari autem studio hîc est adnotandum, quòd nullus ferè ecclesiæ persecutor manserit impunitus. Nam, ut ab ovo ordiar, *diluvium* sustulit impios Dei contemtores & ecclesiæ persecutores: *Pharao*, decem plagis exercitus, unà cum suis submersus est in mari rubro: *Cuschan*, Syriæ rex, deletus est ab Othniele: *Eglon*, Moabitarum rex, trucidatus est ab Ehud, & 10000 Moabitarum sunt cæsa: *Sisera* trucidatus est à muliere: *Midianitarum* 13000 sunt cæsa à Gideone: *Ammonitæ* sunt victi à Jephtha: *Philistæi* molestati fuerunt à Simsone, qui non tantùm in vita ipsis nocuit, sed etiam moriendo occidit ultra 3000 Philistæorum: Samuel insignem victoriam adversus *eosdem* obtinet: *Achab & Isebel* cruenta morte pereunt: *Sennacherib*, filius *Salmanassaris*, cæsis ab angelo 185000 suis militibus relinquit obsidionem Hierosolymorum, & paulò post à suis filiis occiditur: *Nebucadnezar* privatur usu rationis: *Cambyses* moritur ex vulnere, quod acceperat, cùm ascensuro equum decideret ex vagina gladius: *Xerxes* ab Artabano est interfectus: Persæ sub *Artaxerxe Longimano* vincuntur ab Atheniensibus: *Antiochus Epiphanes* occiditur: *Pompejus* miserè perit: *Herodes Ascalonita* propter suspicionem insidiarum occidit tres filios, Antipatrum, Aristobulum & Alexandrum: *Herodes Antipas* relegatur in Gallias: *Judæi* osores & persecutores Christi & apostolorum puniuntur obsidione & excidio: *Herodes Agrippa* obit phthiriasi: *Nero* ictu gladii seipsum transfodit: *Domitianus* procurante uxore interficitur à libertis: *Trajanus* molestatur seditionibus Judæorum & subitò corripitur resolutione membrorum, & stupore corporis, quem excepit aqua intercus: *Adrianus* experitur seditiones Judæorum: *Decius* cum toto exercitu cæsus est à Gothis: *Valerianus* à Sapore rege Persarum victus est, & captus anno ætatis septuagesimo, & in servitute perpetua consenuit, ita quidem, ut Sapor equum conscensurus, Valeriani cervice incurvata pro scabello usus fuerit: *Diocletianus* ex tristi ægritudine infu- 48.

lam

lam imperii commutavit vitâ privatâ: *Galerius* fœdo ulcere circa pudenda corripitur: *Maxentius, Maximinus, & Licinius* vincuntur à Constantino M: *Julianus apostata* in prælio adversus Persas lethaliter vulneratus manum sanguine implevit, illumque in aërem projecit, his verbis ad Christum additis, *Vicisti Galilæe: Valens* insigni prælio à Gothis superatus vivicomburio honestatur: *Cosroës II.* à filio Syroe crudelissimè interficitur: *Gothi & Vandali* variis bellis conficiuntur: *Mahumedani* perpetuis bellis exagitantur: *asseclæ antichristi Romani* variis quoque & difficilibus bellis implicantur in Germania, Belgio, Gallia, & alibi.



XXIX. *Chronologia conciliorum.*

Concilia *V. T.* cœperunt ex quo institutus fuit à Deo senatus ille, qui appellatur Sanhedrin, sive Synedrium, itemque Consistorium: quod fuit magnum, & parvum. *Synedrium magnum* constabat ex LXXI Senioribus *Num. 11.* & plenè constitutâ politiâ Mosaicâ erat Hierosolymis. *Synedrium parvum* constabat XXIII sapientibus, eratque collocatum in portâ cujuslibet civitatis, juxta textum *Deut. 16. v. 18.* Quòd si civitas non habebat centum & viginti homines, constituebantur in eâ tantùm tres judices. In N. T. magnum illud Sanhedrin paulò ante Christi tempora adhuc viguit. Nam Herodes primo anno nativitatis Christi coacto Sanhedrin quæsivit ex principib. sacerdotum & scribis populi, ubi Christus nasci debeat: & illi rectè responderunt ex scripturâ propheticâ, *In Bethlehem.* Atque hoc fuit legitimum concilium, etsi malo animo fuit coactum ab Herode. Illegitima fuerunt seqq. concilia. 1. *Sanhedrin illud Johan. 11.* quo agitarunt consilium contra Christum. 2. *Sanhedrin*, quod Christum condemnavit. 3. *Sanhedrin*, quod *Act. 3. & 4.* fuit coactum contra apostolos. 4. *Sanhedrin Actor. 5.* quod itidem fuit coactum contra apostolos. 5. *Sanhedrin Stephani*, ut appellatur: de quo *Act. 6.* *Sextum* Sanhedrin est Pauli *Act. 23.* *Septimum* est Jacobi minoris, de quo Josephus lib. 20. *Octavum* est Matthiæ apostoli, de quo in vitâ ejus. *Nonum* est Zachariæ, & *decimum* fuit habitum eo anno, quo urbs fuit excisa: de quo utroque Josephus Sed de hujusmodi conciliis nobis non est animus agere: sicut nec de conventu Mariæ, Elisabethæ, Zachariæ, aliorumque piorum *Luc. 1. & 2.* aut electione Matthiæ *Act 1.* aut ordinatione septem diaconorum *Act 6.* aut conventu piorum in domo Cornelii *Act. 10.* Etsi enim hi conventus à quibusdam habentur pro conciliis sive synodis: tamen hoc fit pa-

tum accuratè, cùm concilia nominentur conventus, in quibus congregantur præsides ecclesiarum vel ex toto orbe Christiano, vel ex unius regionis provinciis, ad tractandum de causâ ecclesiæ: unde concilia sunt alia generalia & œcumenica, alia specialia & provincialia. De his itaque agamus.

Anno Chr. 50. *Apostoli* habent concilium œcumenicum & catholicum *Act. 15:* quod est primum in N. T. Christianum concilium. Quæ hoc secuta sunt concilia, disparantur in quinque classes, hoc modo.

In primâ classe sunt concilia ante concilium Nicenum ab anno Chr. 198 ad an. 326. Prima classis conciliorum ante synodum Nicenam.

198. *Victor* episcopus Romanus per literas efficit, ut hoc anno passim concilia cogantur, & ipse synodum ex presbyteris & diaconis Romanis colligit. Fuit autem in his conciliis disputata quæstio, An pascha celebrandum sit die Dominico qui proximè sequitur decimamquartam lunam mensis Nisan, vel more Judaico quâcunque feriâ septimanæ, primo post æquinoctium vernum plenilunio? Affirmativam primæ partis defenderunt *Synodus Romana, Cæsariensis, Pontica, Achaica, synodus apud OEstrenam*, & aliæ satis obscuræ. Negativam ejusdem partis sustinuit synodus *Asiana, in quâ Polycrates* Ephesiorum episcopus convocatis innumeris ex viciniâ episcopis communi omnium consensu decrevit, pascha recepto in Asiâ more, nullâ habitâ ratione diei Dominicæ celebrandum esse. Synodus *Gallicana* etsi decrevit, pascha die Dominico celebrandum esse: Irenæus tamen, præses synodi, se opposuit postea Victori, quòd is Asiaticas ecclesias ob diversam paschæ celebrationem excommunicaret.

217. *Synodus Africana* decretum condit de rebaptizandis hæreticis ad ecclesiam catholicam redeuntibus. Cujus erroris author & suggestor fuit Tertullianus: quem postea secutus est Cyprianus.

237. *Synodus Arabiana* celebratur Philadelphiæ, præside Origene.

240. *Synodus Arabiana II* præside Origene damnat errorem illorum, qui ajebant animas cum corporibus interire & resurgere.

250. *Synodus Africana II* authore & præside Cypriano cogitur contra Novatum, & decernit lapsos in persecutione aliquâ, si resipiscant, recipiendos esse: illis verò, qui propter ægritudinem non possint explere curriculum pœnitentiæ, sub exitum vitæ pacem communicandam esse.

252. *Synodus Africana III* ab ecclesiâ ejicit Felicissimum, presbyterum factiosum & sceleratum.

Syno-

255. *Synodus Romana II* damnat Novatum.

257. *Synodus Africana IV* Basilidem & Martialem ab episcopatibus suis rectè prohiberi decernit; propterea quòd in persecutione idolis sacrificasse, & in episcopatum fraude irrepsisse constaret.

259. *Synodus Antiochena* damnat patronos schismatis Novatiani.

260. *Concilium Carthaginense* præside Cypriano stabilit ipsius errorem de hæreticis rebaptizandis, si ad ecclesiam redire velint.

262. *Synodi apud Iconium & Synnada* constituunt, ne ab hæreticis venientes in ecclesiam intromittantur, nisi priùs omnia, quæ ab hæreticis audiverunt, publicè coram ecclesiâ exposuerint.

263. *Synodus Africana V* authore & præside Cypriano statuit, infantes vel statim à nativitate baptizari posse.

269. *Synodus Antiochena II & III* damnant Paulum Samosatenum.

300. *Concilium Sessuanum*, sive *Sinuessanum*, tractat causam Marcellini episcopi Romani.

308. *Concilium Elibertinum*, tempore Constantini M. in Hispaniâ decernit inter alia, picturas in ecclesiâ nō esse habendas.

309. *Synodus Arelatensis I* habetur Arelate in Galliâ Narbonensi.

311. *Synodus Neocæsariensis* multum discedit à puritate primitivæ ecclesiæ. Anno 314 habetur synodus *Arelatensis II.*

315. *Constantinus M.* fingitur Romam convocasse 130 sacerdotes Judæorum, quos vicerint 24 episcopi Christiani, quibus præsederit Sylvester, qui taurum insusurratione in aurem interfecerit, mortuumque invitam revocaverit: quo miraculo Judæi sint conversi.

Secunda classis conciliorum est ab anno Chr. 326 ad an. 431. Secunda classis conciliorum à synodo Nicenâ ad Ephesinam.

326. Anno Constantini M. 20 concilium œcumenicum *Nicenum I* 318 episcoporum damnat hæresin Arii, & probat sententiam occidentalium de paschate celebrando die Dominico, qui incidat in lunam 15. 16. 17. 18. 19. 20. vel 21. post æquinoctium vernum.

330. Circa hæc tempora Papistæ fingunt *tres synodos* à Sylvestro celebratas esse Romæ.

332. Huc videtur collocanda *synodus Ancyrana*, quam alii referunt ad an. 308. Fuit coacta contra Novati discipulos.

336. Anno Constantini M. 30 *Synodus in Tyro*, Ariana, hoc efficit suis calumniis & mendaciis, ut Imperator Athanasium mittat in exilium in Gallias. Hanc synodum postea evocavit Constantinus *Hierosolymam*, ad celebrandam panegyrin pro dedicatione martyrii Salvatoris, quod Impe-

rator ædificaverat. Eodem tempore habetur *synodus Carthaginensis* præside Grato ejus loci episcopo.

337. *Synodus Antiochena* circa finem Constantini M. deponit Eustathium laudatissimum ecclesiæ Antiochenæ episcopum adulterii falsò accusatum.

339. *Synodus Romana* confirmat fidem Nicenam.

340. *Synodus in oriente*, triennio post reditum Athanasii ad ecclesiam Alexandrinam cudit formulam fidei, quæ reverâ fuit Ariana, ut ut illius episcopi voluerint videri ab Arianismo alieni.

341. *Synodus Antiochena* authoribus Arianis celebratur: & secunda Antiochena ab iisdem an. 346.

346. *Synodus Agrippinensis*, seu Coloniensis, damnat Euphratam episcopum Coloniensem, qui deitatem Christi negabat.

346. *Synodus Romana* denuò confirmat fidem Nicenam, & damnat Arianismum.

347. *Concilium Sardicense* 370 episcoporum in Illyriâ in integrum restituit Athanasium & Marcellum.

348. *Synodus Hierosolymitana* restituit Athanasio suam dignitatem & communionem.

349. *Alexandrina synodus* coacta ab Athanasio confirmat testimonia de ipsius innocentiâ.

351. *Synodus Syrmiensis* Arianorum celebratur in Pannoniâ: ubi Osius Cordubensis verberibus cogitur ad subscriptionem. Photinus in illâ synodo fuit convictus & damnatus. Contra hanc synodum fuit alia habita in Oriente.

355. *Concilium Mediolanense* præsente Constantino in exilium pellit episcopos, qui damnationi Athanasii subscribere noluerunt: quales fuerunt Hilarius, Osius, Paulinus, &c.

356. *Concilium Arelatense & Biterrense* in Galliis decernit, vel potiùs petit, ut priusquam decreto in Athanasium subscribere cogatur, de fide ipsius inquirat. Sed Valens ejusque socii priùs damnationem Athanasii extorquent. Ab hoc partium conflictu Paulinus agitur in exilium & Hilarius damnatur.

357. *Synodus Ancyrana* expellit Eudoxium ex ecclesiâ Antiochenâ.

359. *Synodus Ariminensis & Seleuciana* eodem tempore frustra se opponit Arianis, quorum antesignani Valens, Eudoxus, Ursacius, Acacius, & alii, contendebant, homousii vocabulum è medio tollendum esse. Tandem prævalent Ariani, & fautore Constantio ejiciunt episcopos occidentales, qui sententiæ suæ subscribere nolebant, è quibus fuit Hilarius. Postea se recipiunt in orientem, &, *Synodo Nicænâ* indictâ, plerosque in suam sententiam trahunt.

360. Acacius consensu Imp. Constantii convocat synodum

Constan-

Constantinopolim ex episcopis Bithyniæ. Ibi decernitur, homousii vocabulum esse tollendum, & Filium Patri similem esse dicendum. Qui subscribere recusarunt, in exilium sunt missi. Synodo huic interfuit Ulfilas Gothorum episcopus.

361. *Synodus Antiochena* indicitur ab Acacianis. Eodem tempore Constantius *ibidem* cogit frequentem synodum, ubi Meletius se opposuit Arianis. Porrò sub Constantio (non autem Sylvestro I Papâ) celebratum est *concilium Gangrense* contra Eusebium Sebastiæ in Armeniâ episcopum, qui erat Pneumatomachus.

361. *Synodus Alexandrina* initio imperii Juliani, cùm permissu ejus redirent episcopi orthodoxi ad suas ecclesias, confirmavit Nicenam fidem. Ibi adfuit Athanasius.

361. *Macedoniani* crebra cogunt concilia.

363. Acaciani congregant *synodum Antiochiæ*, & vocabulum homousiii recipiunt cum decretis concilii Niceni. Hinc dicitur synodus *Antiochena Arianorum conversorum:* quanquam alii existimant, illos in gratiam Joviniani Imp. hoc fecisse.

363. Athanasius auspiciis Joviani Imp. convocat synodum *Alexandrinam*, quæ decernit fidem Nicenam apostolicis dogmatis esse consentaneam. Imperator sententiam synodi confirmat, & ecclesiis de frumento prospicit.

364. *Synodus Laodicena* post mortem Imp. Joviniani decernit multa superstitiosa de disciplinâ ecclesiasticâ.

365. *Synodus in Illyrico*, coacta à Valentiniano & fratre ipsius Valente, Arianâ labe nondum infecto, confirmat fidem Nicenam.

365. *Synodus Lampsacena*, in angusto Hellesponti, veram fidem de Trinitate confirmat. Accusantibus autem Arianis epi-piscopis orthodoxos propter decretum hoc synodicum apud Valentem Imp. ipse omnia acta rescidit, & orthodoxos, qui in ipsius potestate erant, in exilium ire jussit.

365. *Macedoniani conversi*, qui cum Liberio episcopo Romano in gratiam redierant, convocant synodum *Siculam & Tarsensem, & Eusebius unà cum suis Tyanensem*, atque fidem homousiii confitentur, & formulam Nicenam confirmant.

365. Valens Imp. in synodo *Nicomediensi* cogit Eleusium Cyzicenum episcopum Macedonianum ut subscribat fidei Arianorum.

367. Circa hæc tempora diversæ synodi in *Galliâ* & *Hispaniis* sunt celebratæ, in quibus Ariani sunt damnati, putà Valens, Ursacius, Auxentius, Gajus &c.

368. *Synodus Romana* sub Damaso damnat Auxentium episcopum Mediolanensem Arianum, & confirmat fidem Nicenam.

Anno Chr.

370. *Synodus Illyrica* confirmat fidem Nicenam.

375. *Synodus Valentina* in Galliis ordinat quædam insulsa. v.g. ne digamis ordinatio ad sacerdotium conferatur.

380. *Synodus Romana* alia, itidem sub Damaso, damnat Apollinarem, ejusque discipulum Timotheum, & reliquos ipsius sectatores. Reiterat etiam Arii, Sabellii, Macedonii, Eunomii & Photini damnationem.

381. *Synodus Cæsaraugustana* damnavit Helvidium, Priscillianum, & illorum sectatores. Eodem anno Theodosius M. convocat synodum *Constantinopolim*, quæ est secunda œcumenica. Fuit coacta contra Macedonium & alios Pneumatomachos. Inter alia decernitur, reddendas & committendas esse ecclesias omnes illis, qui unam SS. Trinitatis divinitatem confiterentur. Post hæc constituitur, episcopum Constantinopolitanum eminentiam proximam post Romanum obtinere debere. Ordinati etiam sunt patriarchæ, iisque certæ provinciæ attributæ. Eodem anno *synodus Aquileiensis* (cui etiam interfuit Ambrosius) damnavit Palladium Arianum, & examinavit Secundianum atque Attalum propter Arianismi suspicionem.

382. Theodosius à Damaso solicitatus *synodum* indicit *Romæ*, quæ à Theodoreto appellatur maxima. Inter alia decretum fuit, ut decimæ & primitiæ à fidelibus solverentur.

383. *In synodo Constantinopolitanâ* Theodosius reprehendit & dilacerat formulas Arianorum & Eunomianorum, solam verò Homousianorum probat.

383. Novatiani cogunt synodum *Angari*, quod est oppidum in Bithyniâ, & concludunt non esse faciendum schisma ob dissonantiam celebrandi paschatis hoc vel illo tempore.

384. *Synodus Burdegalensis* jussu Maximi Imp. damnat Priscillianistas. Maximus censet Priscillianum cum sociis capitis damnari oportere.

386. *Synodus Treverensis* damnat Thacium episcopum, socium Priscilliani.

390. *Concilium Carthaginense II* sancit cœlibatum sacerdotum.

393. *Concilium Hipponense* celebratur: item *Bagajense* Donatistarum.

397. *Concilium Carthaginense III* confirmat statuta concilii Hipponensis. Augustinus Hipponensis episcopus illi interfuit. Eodem anno celebrata fuit synodus *Tauritanensis*.

398. *Synodus Carthaginensis IV* sancit decreta 104, in quibus multa sunt puerilia.

399. Epiphanius in *synodo Cypri*, & Theophilus Alexandrinus in *synodis Alexandrinis* damnant scripta Origenis.

400. *Synodus Carthaginensis V* inter alia decernit, ut sacerdotes

& Levi-

An. Christi.

& Levitæ abstineant ab uxoribus. Eodem anno *Synodus Toletana I* scribit assertionem fidei suæ contra Arianos & Priscillianistas: deinde decreta 21 ad vitam & mores spectantia promulgat.

402. *Milevitanum concilium* in Numidiâ damnat Pelagium. Subscripserunt inter alios Aurelius episcopus Carthaginensis, & Augustinus Hipponensis.

403. Ab hoc anno usque ad 410 septem *synodi Carthaginenses* commemorantur, in quibus præcipuè contra Donatistas actum est.

418. *Concilium Telense* probat cœlibatum sacerdotum.

418. *Concilium Carthaginense VI* durat sexennium, & tandem decernit, ne cuiquam vel episcopo, vel sacerdoti ex Africâ aut aliis provinciis metropolitanos habentibus, ad Papam Romanum appellare liceat: sed sit prima cognitio causarum ecclesiasticarum penes episcopos & metropolitanum, secunda penes concilium provinciale, ultima penes universale: item, ne ullum jus deinceps Romano Papæ super Africanas ecclesias concernatur.

424. Celebratur concilium Carthaginense VII.

In tertiâ classe sunt concilia ab an. Chr. 431 ad an. 680.

431. *Concilium Ephesinum magnum*, quod est œcumenicum tertium, sub Theodosio II damnat Nestorium, qui duas personas in Christo statuebat, & Mariam θεοτόκον dicere nolebat.

Tertia classis conciliorum à synodo Ephesinâ ad Trullanam.

439. *Synodus Regiensis* habetur in Galliâ.

440. *Romana synodus* indicitur à Valentiniano ad cognoscendum causam Xysti sive Sixti Papæ, qui accusabatur, quòd Chrysogonitem, fœminam Deo consecratam, stuprasset.

441. *Concilium Arausicanum* I habetur in Galliâ: 442 *Vasense* I itidem in Galliâ. Huic interfuit Prosper. Aliâs appellatur Vassionense.

444. *Concilium Arausicanum* II celebratur contra Pelagianos. Eodem anno *Vasense* II, ubi permittitur lectoribus potestas ducendi conjugem, & presbyteris potestas prædicandi suis plebibus.

448. *Synodus Constantinopolitana* sub Theodosio damnat Eutychem, qui duas naturas in Christo miscebat, ejusque carnem de cœlo allatam dictitabat. Anno sequente habetur denuò synodus *Constantinopoli* contra Eutychem.

449. *Ephesina synodus*, quæ dicitur secunda, item λῃστρικὴ & prædatoria, approbat fidem Eutychis; Flaviano & Eusebio Dorylæo calcibus acriter impetitis & compulsis ad subscribendum: unde synodo nomen prædatoriæ impositum.

449. *Synodus Berytiensis* absolvit Ibam Edessenum episcopum, quem damnaverat Ephesina II.

450. Leo Magnus, Papa, celebrat aliquot *ſynodos Romæ*, quibus irrita habentur decreta ſynodi Epheſinæ II.

451. *Concilium Chalcedonenſe*, quod eſt œcumenicum quartum, epiſcoporum 630, habetur ſub Martiano Imp. contra Eutychem & Dioſcorum, atque ad deſtruendam ſynodum Epheſinam II.

453. *Concilium Arelatenſe III* habetur.

461. *Concilium Veneticum* 16 canonibus ſancit diſciplinam eccleſiaſticam. Hoc tempore habetur *concilium Carpentoractenſe* in Gallia de bonis eccleſiaſticis: item *Turonenſe*.

465. Ab hoc anno uſque ad 513 *Romæ* habentur *novem ſynodi*, è quibus ſecunda an. 484 damnavit Acacium Conſtantinopolitanum: quarta an. 494 eccleſiæ Romanæ attribuit primatum: ſexta an. 501 ex præcepto Theodorici regis Italiæ cognovit cauſam Symmachi papæ: ſeptima an. 502 tractavit de conſervandis bonis eccleſiæ: nona an. 513 egit de invaſoribus rerum eccleſiaſticarum.

485. Hunericus Vandalorum & Alanorum rex convocat *Homouſianos* ad *concilium Carthaginenſe*, ut diſputarent cum Arianis. Sequutum eſt regis edictum de perſequendis orthodoxis.

505. *Concilium Agathenſe* celebratur.

510. *Sidonenſis ſynodus* indicitur ab Anaſtaſio Imp. ad ſubvertendum decreta ſynodi Chalcedonenſis.

512. *Synodus Aurelianenſis* celebratur in Galliâ propter corruptum eccleſiaſtici regiminis ſtatum, & diſſolutionem diſciplinæ.

514. *In ſynodo apud Heracleam* conveniunt 200 epiſcopi: qui ab Anaſtaſio Imp. & Timotheo Conſtantinopoleos epiſcopo illuſi, re infectâ diſcedunt.

515. *Epaunenſe* concilium celebratur in Burgundiâ: an. 516 *Tarraconenſe* in Hiſpaniâ: 517 *Gerundenſe* itidem in Hiſpaniâ, itemque *Cæſarauguſtanum* in Tarraconenſi provinciâ.

525. *Synodus Ilerdenſis* celebratur in Hiſpaniâ: & *Valentina* ibidem.

531. *Concilium Toletanum II* celebratur: an. 534 *Aurelianenſe II*: an. 538 *Aurelianenſe III*: an. 541 *Avernenſe*: an. 546 *Aurelianenſe IV*.

550. *Concilium Conſtantinopolitanum ſecundum*, quod eſt quintum œcumenicum, ſub Juſtiniano Imp. comprobat quatuor priora œcumenica, & damnat Anthemium, Theodorum & Origenem, conſtituitque quòd Maria ſit θεοτόκος. Alii collocant in an. 553. Duravit biennium.

560. Ab hoc anno uſque ad an. 680 celebratæ ſunt ſequentes ſynodi: an. 560 *Pariſienſis I*: 568. *Turonenſis & Lucenſis*: 570

Lugdunensis: 571 *Braccarensis* in Lusitaniâ: 572 *Braccarensis II:* 580 *Parisiensis II, & Gradensis:* 582 *Matisconensis I:* 585 *Lugdunensis II:* 588 *Cabillonensis:* 589 *Toletana* contra Arianos, quos Leander pontifex Hispalensis ita confutavit, ut Recaredus rex Hispanorum Gothicus, qui patri Leonegildo Arianæ sectæ defensori successerat, unà cum proceribus & omni gente suâ renunciaret paterno errori: 590 *Hispalensis:* 593 *Matisconensis II:* 599 *Valentina:* 598/*Romana:* 601 *Anglicana:* 602 *Pictaviensis*, in quâ abbatissa accusatur, quòd in monasterio virum pro fœminâ habeat muliebri veste indutum, & alium quendam puerum: 606 *Concilium Romanum*, in quo Bonifacius III promulgat privilegium Phocæ (cujus paricidium approbaverat) de primatu ecclesiæ Rom. quem patriarchæ Constantinopolitani hactenus impugnaverant: 610 *Synodus Romana*, in quâ Bonifacius IV instituit festum omnium sanctorum, postquam ab Imp. impetrasset Pantheon, in quo collocavit Mariam virginem in locum Cybeles: 614 *synodus Bavarica, Francica & Burgundica* sub Clothario rege Franciæ contra novas ceremonias, quibus Columbanus & Gallus an. 600 cœperant populum sanguine Christi redemtum in servitutem redigere atque onerare contra instituta majorum: 615 *synodus Antisiodorensis* in Galliâ Lugdunensi: 619 *Hispalensis* sub Isidoro contra hæresin Acephalorum: 633 *Toletana IV:* 634 *Toletana V & VI:* 640 *Lateranensis* sub Heraclio: 650 *Lateranensis Romana* alia contra Paulum Constantinopol. episcopum monotheletam, & edictum Constantini Imp. quo nec unam, nec duas in Christo voluntates aut operationes confitendas imperaverat: 652 *Toletana VII:* 655 *Toletana VIII:* 656 *Toletana IX:* 658 *Toletana X:* 664 *synodus Britannica*, in quâ fuit actum de observatione paschæ, tonsurâ clericorum, & aliis pontificiis ceremoniis, quas Angli & Scoti inde ab apostolorum temporibus ignorabant: 675 *Toletana XI & Braccarensis III.*

Quarta classis conciliorum est ab anno Christi 680 ad an. 1519. Quarta classis conciliorum à synodo Trullanâ ad an. Chr. 1519.

680. *Synodus Anglicana* approbat quinque concilia universalia. Hoc quoque tempore habetur *concilium Romanum & Mediolanense:* de quibus vide Chronolog. symb.

680. Synodus sexta generalis, quæ est *Constantinopolitana III*, sub Constantino Pogonato damnavit Monotheletas. Dicitur alias *Trullana*, quia post 27 annos, videl. an 707 Justinianus II Imp. Patres revocavit ad synodum Constantinopolitanam in loco sacri palatii, qui dicitur Trullus, ut conderent canones synodicos, quod omissum erat sub Constantino. Dicitur etiam πενθέκτη & *quinisexta* seu *quinisena:*

quia assumsit quosdam canones concilii œcumenici V. Permissum fuit in hâc synodo, ut sacerdotes ducerent uxores: & ecclesia Romana satis acerbè fuit notata. Quæ quidem causa est, quòd nonnulli papæ, nominatim Sergius, rejecerint, & erraticam appellaverint hanc synodum: quæ nobis est œcumenica ultima. Alii perperam addunt septimam, videlicet Nicenam II: quo nomine alii insigniunt Constantinopolitanam IV sub Constantino Copronymo.

680. *Concilium Toletanum XII* celebratur: 683 *Toletanum XIII*, & paulò post usque ad an. 695. *Toletanum XIV, XV, XVI & XVII:* 698 *Aquileiense*, quod in dubium vocavit Concilium V universale, quòd videlicet Maria sit θεοτόκος. Sed reductum est à Sergio ad saniorem mentem.

710. *Synodus Londinensis* stabilit cultum imaginum & cœlibatum sacerdotum.

712. *Constantinopolitana IV* abolet imaginum usum. Huic opponitur *Synodus Romana* à Constantino Papâ.

721. Gregorius II Papa celebrat *synodum Romæ.*

723. Bonifacius celebrat *synodum Moguntiæ*, in quâ plurimi ritus Papistici sunt stabiliti, sub eâ specie, ac si Germani & Galli à paganismo ad Christianismum hoc modo adducantur. Hinc alii Bonifacium appellant apostolum Germanorum, alii corruptorem religionis orthodoxæ.

725. *Synodus orientalis* in Syriâ, authore Damasceno, defendit venerationem imaginum, & Imperatorem Leonem ferit anathemate, quòd imagines è templis tolli jussisset.

730. *Synodus Constantinopolitana* sub Leone Imp decernit, sanctorum intercessionem esse fabulam, imaginumque ac reliquiarum cultum & adorationem esse meram idololatriam. Gregorius III an. 733 *Romæ* celebrat *antisynodum*, in quâ damnat Leonis decretum, ipsumque excommunicat. Ob huius synodi & Pontificis authoritatem Roma cum totâ Italiâ & occidente ab obedientiâ Leonis recessit, tributaque & vectigalia ei ampliùs reddere detrectavit.

734. *Synodus Augustana* confirmat fidem & obedientiam sedis Romanæ.

742. *Synodus Romana* celebratur: anno eodem *Francica*, ubi omnium primò in tomis conciliorum habetur annus ab incarnatione Christi: 744 *Britannica*, contra Sodomiticas libidines cleri Anglicani: anno eodem *Svessionensis*, ad recuperandam regulam ecclesiasticam.

755. *Synodus Constantinopolitana IV*, sub Constantino Copronymo, 338 episcoporum, denuò sancit imagines sanctorum in templis non esse habendas. Hanc *VII OEcumenicam* vocarunt.

755. *Synodus Vernensis* celebratur: 765 *Aschamensis*, & *Dingulfinensis*, utraque in Bavariâ: 766 *in Gentiliaco*, villâ apud Parisios, decernit synodus, sanctorum imagines esse colendas, cui tamen decreto non omnes subscripserunt.

769. *Synodus Romana* à Pontificatu dejicit Constantinum Papam, quòd videretur vero magistratui, Imperatori Constantinopolitano favere, & cultum imaginum improbare. Substitutus fuit in ejus locum Stephanus.

773. *Synodus Romana*, authore Adriano Papâ, decernit, ut populus Romanus omne suum jus & potestatem in Carolum transferat; ut pontifex & synodus dignitatem patritiatus ei conferat; ut ipse habeat jus & potestatem eligendi pontificem, & ordinandi sedem apostolicam; denique ut archiepiscopi & episcopi per singulas provincias ab eo investituram accipiant. Refragantes huic decreto anathematizat synodus. Hæc verò Pontifex contulit in Carolum pro Longobardorum oppressione & traditione patrimonii Petri.

779. *Synodus Duriensis* celebratur à Carolo M: an. 785 *Anglicana*: an. 786 *alia Anglicana*, & eodem anno *Constantinopolitana*, quâ imaginum patroni vincuntur argumentis.

787. *Synodus Nicena II*, quæ Græcis dicitur universalis sive œcumenica septima (aliis octava) comprobat adorationem imaginum & intercessionem sanctorum.

791. *Aquileiensis synodus* condit symbolum & 14 capitula.

794. *Synodus Francofurtensis* sub Carolo M. episcoporum 300 Italiæ, Galliæ, Hispaniæ, & Germaniæ, damnat Felicem Aurelianensem episcopum & ejus asseclam Elipandum, qui dicebant, Christum juxta carnem esse filium Dei adoptivum. Ibidem contra imagines est disputatum, ita ut fuerit antisynodus Nicenæ II.

803. *Synodus Hallensis* sub Carolo M. habetur: an. 809 Carolus M. in *synodo Aquisgranensi* proponit quæstionem de processione Spiritus sancti: circa eadem tempora *synodus Compostellensis*, *Parisiensis* & *Salsburgensis* jussu Caroli habetur.

812. *Synodus* celebratur apud *Theodonis Villam* in ducatu Lutzenburgico: an. 813 *Arelatensis*, *Turonensis*, *Cabilonensis*, *Rhemensis*, *Moguntinensis*: omnes sub Carolo M.

816. *Synodus Aquisgranensis* celebratur sub Ludovico Imper item *Ticinensis*: & sub eodem, an. 824 *Wormatiensis*, an. 829 *Moguntina* & *Parisiensis*.

835. *Synodus Aquisgrana* ab officiis removet atque exiliis mulctat eos, qui conspiraverant in depositionem Ludovici Imp.

836. *Synodus Aquisgrana* renovat canones de officio eorum, qui ecclesiæ & reip. præsunt.

845. Celebratur *synodus Meldensis.*

848. Rabanus Maurus jussu Lotharii Imp. & Ludovici regis Germaniæ indicit synodum *Moguntiæ*, in quâ Godescalcum presbyterum tanquam hæreticum de libero arbitrio, prædestinatione, & sanguine Christi malè sentientem refutat.

853. Celebratur *synodus Romana* ad instaurandum disciplinam ecclesiasticam: *& Suessionensis:* an. 855 *Valentina*; *Ticinensis*, de statu ecclesiæ; item *Constantinopolitana* de conjunctione ecclesiarum orientis & occidentis.

864. Celebratur *synodus Metensis & Aquisgrana.* In illâ Thietberga uxor Lotharii regis Lotharingiæ arcetur à matrimonio, & pœnitentiæ subjicitur: in hâc Lotharius accipit jus ducendi aliam uxorem.

865. *Synodus Romana* damnat acta synodi Metensis & Aquisgranensis.

866. *Synodus Francica* jubet Lotharium cum uxore legitimâ reconciliari sub pœnâ excommunicationis.

866. *Synodus Constantinopolitana* approbat cultum imaginum sub Michaele Imp. præsentibus legatis Nicolai Papæ: & quòd Ignatius justè amotus, & Photius rectè surrogatus sit, decernit. Nicolaus Papa in synodo *Romanâ* rescindit acta synodi Constantinopolitanæ, quòd quædam contra principatum Romani Pontificis erant inserta.

868. *Synodus Wormatiensis* edit symbolum & canones 80.

869. Photius *in synodo Constantinopolitanâ* curat librum à se scriptum adversus tyrannidem Romani Pontificis à pluribus comprovincialibus episcopis subscribi.

870. Basilius Imp. indignè ferens, quòd à Photio ob parricidium Michaëlis communione prohiberetur, quærit in *synodo Constantinopolitanâ*, an Photius potuisset jure succedere Ignatio in exilium pulso? Pronuntiatur, Photio amoto Ignatium restituendum esse: cui sententiæ si nolit Photius acquiescere, licere ipsi coram Pontifice Romano contra Ignatium instituere actionem. Quid fit? Adrianus II legatos Photii & Ignatii audit in *synodo Romanâ*, & librum Photii à comprovincialibus subscriptum, pedibus omnium conculcatum exurit, ipsúmque cum sociis anathematizat.

870. *Synodus apud Acciniacum* coërcet parrhesiam Hincmari archiepiscopi Rhemensis (quam adversarii appellant petulantiam) qui scripserat contra Cæsaro-Papatum Romanum.

87. *Synodus Constantinopolitana* (quam aliqui dicunt œcumenicam octavam) Photio pulso restituit Ignatium in patriarchatum, præsidentibus Adriani Pōtificis legatis. Omnes ibi obligantur ad obedientiam Romanæ sedis: subscribentes

intro-

intromittuntur, recusantes, cum ignominiâ foris relinquuntur. Bulgari recens ad fidem conversi, quærunt in isto concilio, utri ecclesiæ se debeant adjungere, Romanæ vel Constantinopolitanæ. Quidam ex Græcorum episcopis conqueruntur apud Imperatorem de tyrannide Papæ. Legatos domum euntes Sclâvi capiunt, & bonis omnibus, atque authentico exemplari, in quo omnium subscriptiones erant, privant.

871. *Synodus Coloniensis*, recitatis de libro epistolis Pauli ad Timotheum & Titum, sacerdotes & episcopos avaros, Veneri ventrique deditos ignominiâ notat, & tribu movet.

876. Celebratur *synodus Pontigonensis*, in quâ lecta est præsente Imp. Carolo Calvo epistola Papæ de primatu Ansegisi Senensis episcopi, ut quoties utilitas ecclesiastica dictaret, ipse apostolicâ vice per Gallias & Germanias frueretur.

878. *Synodus Trecanensis* excommunicat eos, qui in Italiâ occupaverant loca ecclesiæ Romanæ.

881. *Synodus Macrensis* celebratur: an. 887 *synodus Coloniensis* promulgat 6 capita: an 888 *synodus Moguntina* exigit decimas sub pœnâ excommunicationis, & conjugium presbyterorum æquè ac fornicationem damnat.

890. *Synodus Metensis* exigit decimas, fert sententiam de quibusdam facinorosis, jubet ne sacerdotes in domo suâ habeant fœminam, nec matrem, nec sororem, neve clericus arma portet, vel indumenta laicalia: denique concludit, quia unus sit Deus & unum baptisma, ut infantem nonnisi unus è baptismatis fonte suscipiat.

895. Celebratur *Synodus Triburiensis*: an. 900 *Ravennatensis synodus* acta Stephani VI Papæ publicè omnibus spectantibus cremat, & acta Formosi Antipapæ probat.

905. *Duæ synodi Gallicanæ* habentur Rhemis de bonis ecclesiasticis.

916. Celebratur *Synodus Altheimensis*: an. 927 *Duisburgensis*: 935 *Erfurdensis*: 943 *Bonnensis*: 948 *Ingelheimensis*: 951 *Augustana*: 958 *Ravennatensis*, & *Ingelheimensis* II.

962. Otho Magnus Imp. habet *synodum Romæ*, quâ deponitur Johannes XII Papa, quòd juramentum Imperatori præstitum non servasset, aureas cruces & calices scortis distribuisset, Zachæum denique virum reprobatum, & divinarum humanarumque rerum inscium consecrasset episcopum, & Hungaris destinasset, ut suis concionibus ipsos in Imperatorem instigaret. Electus itaque est Leo VIII, qui Othoni ejusque successoribus facultatem dedit ordinandi Pontificem, & eligendi successorem. Johannes congregat *Romæ* Antisynodum, & Leonem anathematizat. Johan-

ne XII è rebus humanis sublato, cùm Romani Benedictum elegissent, Imperator Romam rediens *in synodo* restituit Leonem, Benedicto in exilium relegato Hamburgum.

967. Otho Imp. *Romæ*, Pontifice Iohanne XII in sedem reposito, synodum celebrat, in qua urbem Romam & exarchatum Ravennæ Papæ reddit.

970. Nicephorus Phocas celebrat *synodum Constantinopoli*, quòd Polyeuctus patriarcha improbaret ipsius conjugium cum viduâ Romani antecessoris sui.

972. Celebratur *synodus Ingelheimensis:* 975 *synodus Vintoniensis* in Angliâ asserit conjugia sacerdotum: 977 *Constantinopolitana synodus* deponit Scamandrenum patriarcham: 992 *synodus Sylvanectensis* cognoscit in causâ Arnulfi, qui an. 995 è carcere dimissus restituitur in sedem dignitatis suæ à *synodo Rhemensi:* 1002 Henricus II Imp. in *synodo Metensi* arguit episcopos, quòd non improbassent conjugium Conradi Austrasiorum ducis cum Mathilde sanguine sibi proximâ: 1007 idem Imp. in *synodo Francofurtensi* studet erigere episcopatum Bambergæ: 1016 idem Imp. *Aquisgrani* indicit synodum, ubi tractatur de rep. pacandâ, & irâ Dei placandâ per jejunia, solennes eleemosynas, & similia.

1017. *Synodus Noviomagensis* deliberat de instaurandâ religioni: 1022 *Gandesheimensis synodus* Hildesiano salvat suum jus contra Moguntinum: eod. an. *synodus Salegunstadensis* componit dissensionem divinorum officiorum: an 1024 celebratur *synodus Francofurdiana*, in quâ Moguntinus cedit de suâ sententiâ contra Hildesianum: 1030 *Tiburtensis* præsente Imp. agit de observatione jejuniorum.

1046. *Synodus Sutrii* consensu Imp Henrici III eligit Clementem II, tribus Pontificibus profligatis. Ibi jurejurando obstringuntur Romani, ut à Pontificum electione in posterum abstineant. Suttio *Romam* venientes, Clemens consecratur, Henricus imperatoriis insigniis decoratur: tum ad ecclesiæ reformationem, quæ per 200 annos ægrotare dicebatur, convertuntur, & in *synodo* improbant nundinationem sacrorum ordinum.

1048. Henricus III Imp. in *synodo Mersburgensi* tractat de electione Papæ, & collatione episcopatuum in Germaniâ.

1049. Celebratur *synodus Rhemensis:* an. 1050 *synodus Moguntina* præsente Imperatore prohibet Simoniam & conjugia sacerdotum, & statuit, ne clerici alant canes aut aves ad venationem, neve secularia negotia & turpia lucra exerceant.

1050. *Synodus Vercellensis* damnat sententiam Berengarii, qui transsubstantiationem in Missâ negabat. *Variæ synodi* hinc inde de hâc controversiâ institutæ sunt à Leone IX Papâ.

1051. Leo IX in *synodo Romanâ* excommunicat Gregorium

Vercel

Vercellensem episcopum propter adulterium. Sed paulò post eum restinuit. Idem Leo an. 1052 in *synodo Wormatiensi* Gerhardum Leucorum episcopum in numerum sanctorum adscribit.

1055. Victor II in *synodo Florentinâ* clerum ad observantiam canonum adstringit, multosque tum Simoniæ, tum fornicationis causâ suis functionibus privat. Per Simoniam autem intellige, si quis insalutato Papâ episcopatum à principe seculari accepisset, per fornicationem autem, conjugium. Hildebrandus Cardinalis in *synodo Gallicaná* eodem modo damnavit Simoniacos. Eodem anno *synodus Turonensis* permittit Berengario potestatem suum dogma publicè defendendi. Tandem tamen Victor II Berengarium, metu mortis injecto, suam sententiam retractare coëgit.

1058. *Synodus Romana* facit, ut Berengarius præscriptam palinodiam canat. Nicolaus II in *synodo Sutriensi* deponit Benedictum à Papatu. An. 1064 *synodus Mantuana* deponit Honorium: & Alexander II inter alia constituit, missam non esse audiendam à sacerdote concubinario. An 1066 celebratur *synodus Tiburiensis*.

1067. *Synodus Mediolanensis* extirpat Simoniam & hæresin Nicolaitarum, h.e. prohibet ne Impp. & reges præficiant ecclesiis pastores, & ne sacerdotes in conjugio vivant.

1069. *Synodus Vintoniensis* deponit Stigantium antistitem Cantuariensem, quòd à Benedicto perperam electo pallium accepisset: 1069 *Moguntina* prohibet, ne Imperator faciat divortium: 1070 *Moguntina* rejicit Carolum episcopum Constantiensem, cui nec præsentiâ, nec studium Imperatoris prodesse poterat, qui ipsum eò promoverat.

1073. In *Synodo Erfurdiensi* Imperator & Moguntinus decimas extorquent Thuringis: annò 1074 Gregorius VII in *synodo Romanâ* omnibus clericis interdixit conjugio, & Simoniæ reos anathematizavit. Intellige Simoniam ut paulò ante Eod. anno archiepiscopus Moguntinus, cùm clericis deliberandi spatium sex menses dedisset, in *synodo Erfurdiensi* jussu Gregorii VII proponit sub pœnâ anathematis, ut sacerdotes aut conjugium abjurarent, aut altaris ministerio se abdicarent. Exactæ etiam sunt decimæ à Thuringis. Synodus exivit in tumultum.

1075. In *synodo Moguntinâ* episcopus Curiensis Pontificis nomine injungit Moguntino, ut universis presbyteris sibi subjectis, aut conjugio, aut sacris ordinibus interdicat, ni ipse suâ dignitate exui vellet. Sed ille rei difficultate superatus ipsi Papæ relinquit executionem.

1077. Hildebrandus sive Gregorius VII in Laterano habet *synodum Romæ*, in quâ reddit rationem de Simoniacis ex

communicatis. Qui sint Simoniaci, ex antecedentibus patet.

1076. In *synodo Wormatiensi* Henricus IV Imp. & 26 episcopi censent deponendum esse Gregorium VII, eoque nomine ad ipsum scribunt. Decretum hujus synodi comprobatum est in *synodo Ticinensi* seu Papiensi ab episcopis Galliæ & Italiæ non paucis.

1076. Gregorius VII Henricum IV Imp in *synodo Romanâ* excommunicat, adductâ hâc ratione, quòd Romani rerum domini & imperium & pōtificatum, in quos libuerit, transferre possint. Dum hæc geruntur, Rulandus Parmensis sacerdos defert ad Hildebrandum concilii Wormatiensis decretum, quo Papa magis fuit exasperatus.

1076. Publicatâ Imperatoris excommunicatione proceres in *concilio Oppenheimensi* deficiunt ab Henrico: qui tandem Romam tendit, ibique precibus & lachrymis ægrè obtinet ab Hildebrando ut laxet anathematis vinculum. Eod. anno *comitia Triburiana* abrogant imperium Henrico.

1080. Episcopi & proceres ex Italiá & Germaniâ in synodo *Brixiensi* decretum faciunt de deponendo Hildebrando.

1081. Henricus IV Româ captâ & Hildebrando elapso *concilium ibi* indicit, electo Clemente III.

1085. *Moguntina synodus* cogitur contra Hildebrandum.

1087. Victor III in *synodo Beneventanâ* damnat antipapam suum Clementen III, item qui à seculari potestate dignitates ecclesiasticas accipiunt, quique illas dant, seculares.

1087. In *synodo Garstungensi* Conradus Trajectensis orationem habet contra tyrannidem sedis Romanæ, & pacem sua det.

1088. In *synodo Moguntinâ* Imperator, proceres & episcopi sectam Hildebrandi explodunt & damnant. Sed Gregoriani anticipant concilium Moguntinum, & in *antisynodo Quedlinburgensi* creant Urbanum II, qui Romanis diffidens, *aliquot synodos* indixit ad *Melphim, Trojam, Placentiam & Turonem*, inque illis acta Hildebrandi confirmavit.

1095. Urbanus II celebrat aliam *synodum Placentiæ*, cujus decreta combussit *synodus Romana.* Idem Urbanus eodem anno indixit *concilium Claromontanum*, ubi decreta fuit expeditio in terram sanctam.

1098. Hoc anno & seqq. celebrantur hæ synodi. *Rhotingamensis* judicat Anshelmum Cantuariensem episcopum in regem blasphemum, quòd Romanum Papam agnoscat summum pontificem: & omnes Angliæ episcopi à fide & obedientiâ ejus recedunt. In *Barensi* Anshelmus convincit Græcos de processione Spiritus S. perperam sentientes. In *Romanâ* Urbanus II excommunicat laicos, qui investituras ecclesia-

rum

rum dant, & clericos qui ab illis accipiunt. In *Parisiensi* designantur ad expeditionem in terram sanctam circiter centum millia, postquam Alexius Imp. Urbano II literis exposuisset rabiem Turcarum.

1102. *Romana synodus* cogitur ad tollendum schisma inter Imperatorem & Papam. Papa ferens judicium ipse pars & judex fuit contra Imper. absentem.

1102. In *synodo Londinensi* Anshelmus primò prohibet uxores sacerdotibus in Angliâ. Sequenti anno innumerabiles Sodomitas invenit.

1105. In *synodo Florentinâ* Paschalis II Papa reprimit Florentinum episcopum, qui palam asseverabat antichristum jam esse natum, quia videbat in ecclesiâ tot mala fieri. In eodem concilio Papa excitavit Henricum V ad arma contra Henricum IV. Imp. Eod. anno in *synodo Northusanâ* conjurant episcopi & prælati cum Henrico V adversus patrem ipsius.

1106. *Synodus Moguntina* aufert Henrico IV invito insignia imperialia. Eod an. in *synodo Warstallensi* Paschalis II pallia episcopis Germaniæ immutat.

1107. Paschalis II indixit *Synodum Treca* propter investituras. Sed Henricus V ipsi contradixit, & quàm potuit maximo apparatu Italicam expeditionem meditatus est.

1107. Anshelmus in *synodo Lincolniensi* impedivit, ne quispiam per manum laicam episcopatum vel abbatiam acciperet. Idem in aliâ *synodo Anglicanâ* sanctiones fecit de cœlibatu sacerdotali.

1108. Paschalis II indicit *synodum Beneventanam* propter investituras.

1110. *In synodo Romanâ* Papa sibi sancit investituram. Id verò non ratum habet imperator, qui anno 1111 Romam proficiscens reconciliatur Papæ, & ab illo solenniter accipit privilegium de investiturâ per annulum & virgam in suo regno. Eodem anno Paschalis habet synodum *Beneventi & Cyperani*.

1112. *Synodus Romana* damnat privilegium de investiturâ Cæsari datum: quod Paschalis queritur se concessisse ad tempus, ut liberaretur ab ipsius insidiis & vi. Eod. anno Anshelmus in *synodo Londinensi* decernit, nullas dignitates ecclesiasticas à manu laicorum sumendas.

1115. Henricus V à Pontifice excommunicatus *synodum* indixit *Moguntiæ*, unde cum periculo vitæ evasit. Eod. anno Henricus V excluditur *synodo Coloniensi*, & iterum excommunicatur.

1116. Paschalis II celebrat *Romæ synodum* de investiturâ & excommunicatione Imperatoris: qui exercitu conscripto Romam venit, fugiente Papâ in Apuliam. In *eâdem synodo* Pa-

An. Christi.

schalis concedit privilegium Casnensi abbati, ut abbas abbatum nominetur.

1118. Gelasius Papa in *synodo Capuanâ* damnat Cæsarem cum suo Gregorio VIII antipapâ.

1119 & 1120. Calixtus II in *synodo Rhemensi* damnat conjugia sacerdotum, decernit Cæsarem excommunicandum, anathematizat adversarios sedis Romanæ, denique pronuntiat, Papam à nemine judicari posse aut debere. Anno 1119 in *synodo Coloniensi* Cuno Prænestinus legatus Pontificius anathema in Cæsarem decretum publicat, & executionem urget. Hoc ipsum facit idem *Fritslariæ*. Imperator ab omnibus desertus. *Tiburiæ* decernit parendum tandem necessitati, ne regno excidat arte Pontificum. Calixtus ad *S. Lucam* indicit synodum, ubi Imperator jus & privilegia sua, diuturnamque possessionem investituræ profert, sed Papa suam voluntatem opponit.

1121. Cæsariani & Pontificii conveniunt *Herbipoli*, & pax qualiscunque sancitur.

1123. In *synodo Wormatiensi* Cæsar, ut ex nodis anathematis exsolveretur, jus investituræ tradidit Pontifici. Mox eadem causa tractatur *Bambergæ* cum iis qui Wormatiæ non fuerant.

1122. Calixtus in *synodo Romanâ* damnat conjugia sacerdotum, hostes omnipotentiæ Papalis excommunicat, quatuor temporum jejunium instituit, cùm antea ter jejunatum esset in anno; denique definit, à Romanâ ecclesiâ non licere dissentire.

1125. Johannes Cremensis Cardinalis legatus à latere Honorii II *synodum* habet *Londini* contra conjugia sacerdotum. Sed ipse cum scorto deprehensus est ibidem. Eodem anno in *synodo Moguntinâ* consultatur de rege substituendo in locum Henrici V rebus humanis exemti.

1126. *Apud Cretas* in Franciâ habetur concilium de regulâ fratrum militiæ templi: an. 1128. *Tholosæ* celebratur concilium: an 1129 *Londini*, de conjugio sacerdotum.

1130. In *synodo Claromontanâ* Innocentius II Anacletum II, Papa Papam damnat & execratur. *Synodus apud Stampas* suasu Bernhardi Innocentium Papam legitimum agnoscit. Sed ille cathedrâ exclusus, in *synodo Remensi & Placentinâ* an. 1131 fulmina & execrationes in Papam iterat.

1135. In *concilio Pisano* Innocentius ab omnibus Germaniæ & Galliæ episcopis comprobatur, Anacleto anathematizato.

1138. *Westmonasteriensis synodus* in Angliâ severissimè damnat conjugia sacerdotum.

1139. Innocentius II *Romæ* cogit synodum ex mille fere epi-

scopis,

ſcopis, & decernit, excommunicandum eſſe, qui clericum raſum aut ſacrificum unctum percuſſerit, nec abſolvendum eſſe niſi ab ipſo Papâ.

1140. Ab hoc anno ad an. 1414 variæ ſynodi celebratæ ſunt, ex quibus pleræque ſunt obſcuræ. Nos attingemus celebriores. Anno 1150 *per Franciam* agitantur conventus de mittendis auxiliis Hieroſolymam contra barbaros: 1160 in concilio *Papienſi* confirmata eſt electio Victoris III Papæ contra Alexandrum III, qui in *antiſynodo Claremontanâ* excommunicat Fridericum Imp. & antipapam ſuum Victorem.

1162. Alexander in *Laterano* indicit concilium, quod Waldenſes judicat hæreticos, & multa decernit pertinentia ad reformationem cleri, videl. ne uni conferantur plures eccleſiæ aut dignitates, nec ei qui per ſe præſidere non valeat: nec promittenda alicui beneficia nondum vacantia: prælatis non convenire ſumtuoſas epulas, venationes, & hujusmodi pompas, quæ oneri ſint eccleſiæ.

1166. *Synodus Oxonienſis* XXX doctores ex Germaniâ, qui rectum uſum conjugii & ſacramentorum docebant, cauteriis notatos è regno Angliæ exigit. Eodem tempore Henricus II Angliæ rex *Caſſelli* in Hyberniâ devictâ religionem cum Anglicanâ conformat.

1172. *Conſtantinopoli* inſtituitur colloquium inter Germanos & Græcos de proceſſione Spiritus S. præſente Henrico Leone duce Saxoniæ, qui cum exercitu Hieroſolymam proficiſcebatur.

1174. *Northantoni* poſtulat Eboracenſis primâs Scotos ſuæ inſpectioni ſubjici, ſed repulſam fert.

1175. Hoc anno & duob. ſeqq. in *concilio Londinenſi* agitur de primatu Britanniæ inter Londinenſem & Eboracenſem epiſcopum, & de conſervatione ſtatus eccleſiaſtici.

1179. *Romæ* decernitur de continentiâ cleri & equis prælatorum: item ne tenerantur eccleſiaſtici ſtare judiciis laicorum: deniq; auricularis confeſſio.

1180. *Romæ* celebratur *ſynodus 280* epiſcoporum: quæ uſitatè dicitur magna. Inter alia placuit concilio Petrum legatum expedire in Galliam ad cognoſcendam & comprimendam hæreſin Waldenſium ſive Albingenſium, qui præcipuè in Vaſconiâ Albingenſi degebant, & appellabantur Cathari, Publicani & Patarini. Alii appellant *Albigenſes & Albios.*

1180. *In ſynodo Moguntinâ* Fridericus Barbaroſſa & Alexander Papa reconciliantur.

1182. *Synodus Pariſienſis* decernit copias auxiliares contra Saladinum Ægyptium.

1183. In *concilio Veronenſi* Lucius III Papa dictat ſententias contra magiſtratum Romanum.

1188. Clemens III celebrat *synodum in Poloniâ*, & in eâ præcipit sacerdotibus cœlibatum. Danorum plebs excommunicatur, quòd suis sacerdotibus conjugia decrevisset.

1204. In *Monte Pessulano* concilium celebratur, quo decernitur sacra militia in Albingenses, & pugnantibus remissio omnium peccatorum promittitur. Ingens igitur exercitus coactus est, qui Biterris occupatis duodecim millia Albingensium antipapistarum trucidarunt.

1207. In *Hispaniâ* deliberatur de Albingensium conversione. Dominicus Hispanus monachus verbi prædicatione & vitæ integritate opus esse suadens cum aliquibus clericis pedes discurrit, & prædicationis opus strenuè aggreditur.

1210. *Romæ* Papa Othoni IV imperium adimit cunctosq; ab ejus obedientiâ absolvit. Eodem anno *Parisiis* Almarici sectatores damnantur hæreseos, & exuruntur, ipso ex terrâ eruto & per sterquilinia tracto.

1215. *Concilium Lateranense* decrevit expeditionem pro recuperandâ terrâ sanctâ, canonem Missæ ab apostolis profectum esse pronuntiavit, transsubstantiationem stabilivit, auricularem confessionem præscripsit & confirmavit, laicis prohibuit calicem eucharistiæ, damnavit Almaricum & Albigenses.

1218. Henricus Gnesnensis archiepiscopus abdicat sacerdotes conjugio *Gnesnæ*.

1240. In *concilio Sylvanectensi* Jacobus Prænestinus extorquet vigesimas redituum ecclesiasticorum in subsidium cathedræ Romanæ.

1241. In *synodo Regineburgensi* seu Ratisbonensi Eberhardus Juvanensis sive Saltzburgensis episcopus habet orationem contra Albertum Romanum legatum, & probat ex Scripturâ ejusque complemento Papam esse antichristum, in cujus fronte scriptum sit nomen contumeliæ, *Deus sum, errare non possum.*

1245. *Synodus Lugdunensis* instituit ut Cardinales rubeo galero utantur, & Fridericum II Imp. nondum auditum excommunicat, variis deniq; sanctis festos dies consecrat.

1247. *Concilium Schœningense* in Sveciâ, authore Innocentio IV, interdicit sacerdotibus Svevorum Gothorumq; conjugia, quibus exemplò Græcorum pleriq; hactenus utebantur.

1251. Innocentius IV in *synodo Vratislaviensi* per legatum suum impetrat ex totâ Poloniâ quintam partem redituum ecclesiasticorũ in triennium, pro subsidio adversus Imperatorem.

1260. Conradus episcopus edit quatuordecim statuta *Coloniæ* contra sacerdotum concubinas.

1263. Urbanus IV *Romæ* Manfredum privat sceptro Siciliæ, eoque Carolum Francorum regis F. donat.

Conci-

An. Christi.

1267. *Concilium Viennense* in Austriâ condit leges, quibus monachorum luxus damnatur, & pastor oves suas non pascens, impietatis accersitur, deniq; minores duodeviginti annis ab aris sacerdotiisq; arcentur.

1274. *Lugdunense concilium* 500 episcoporum habetur pro recuperandâ terrâ sanctâ. Cùm Thomas Aquinas in itinere mortuus esset, Bonaventura in præsentiâ Michaëlis Palæologi Imp. Græcorum, Gregorio X præsidente, cum Græcis contulit de processione Spiritus sancti. Genuflexio ad mentionem nominis Jesu ibi est instituta. Mendicantes ad quatuor ordines redacti sunt, viginti tribus damnatis. Rudolpho Habspurgensi confirmatum est imperium. Statutum, parochialem ecclesiam non conferendam infra 25 annum constituto, nec ei qui scientiâ & moribus non excellat. Leges deniq; latæ de futurâ Romani Pontificis electione.

1286. *Herbipoli* Probus Tullensis episcopus contra Johannem Tusculanum Honorii IV legatum, qui quartam partem omnium proventuum totius Germaniæ per quatuor annos exigebat, orationem gravem habens dignitate suâ spoliatur, & propterea ad concilium generale provocat.

1287. *Parisiis* habetur concilium contra monachos mendicantes, qui passim docendi & confessiones audiendi munere abutebantur.

1291. *Londini* statuitur nemini hominum licere ampliùs prædia dare collegiis monachorum, nec sacerdotibus aut monachis emere possessiones aliquas nisi regis permissu.

1292. *Saltzburgi, in synodo*, Menardio Tyrollio sacris interdicitur, qui egregiâ oratione provocat ab antichristo ad æquum pastorem.

1294. Philippus Pulcher Franciæ rex Bonifacium VIII de capitibus aliquot, numero decem, incusat, ejusque legato ex regno cum dedecore ejecto ad sedem apostolicam tum (ut ipse dicebat) vacantem, futurumq; concilium appellat. Memorabile est responsum ipsius, quod dedit Bonifacio postulanti ut ipsum pro domino feudi agnosceret: *Sciat tua maxima fatuitas &c.* Bonifacius vicissim regi anathemata dicit, & ejus regnum Alberto Imp. quem prius extremè oderat, donat.

1311. *Concilium Viennense* in Gallia decrevit expeditionem in terram sanctam, egit de reformatione cleri & libertate ecclesiastica, pronuntiavit juramenta à principibus præstita non subjectionis sed fidelitatis esse, clericos conjugatos & secularibus negotiis implicatos sumtuosisque vestibus ornatos puniendos, & monachis aucupationes venationesq; auferendas. Ordo Templariorum ibidem est annihilatus.

An. Christi.

Animam rationalem esse formam corporis humani decretum est.

1320. Imperator Ludovicus cum principibus Imperii *comitia* celebrat *Francofurti* contra insolentiam Papæ. Ibi statutum est, electum regem Romanorum citra Pontificis Romani consensum debere suscipere administrationem imperii, nec ullum subjectionis juramentum Pontifici esse præstandum.

1339. Idem Imp. Ludovicus *Spiram* convocat omnes electores, duces, episcopos, comites, humanæ divinæq; sapientiæ doctissimos, ut pro Imperatoris & Electorum potestate pronuntient contra tyrannidem Pontificiam.

1409. In *concilio Pisano* 24 Cardinalium, 3 patriarcharum, 180 archiepiscoporum & episcoporum, 300 abbatum, theologorum 280, & legatorum Principum Europæ variorum, Benedictus XIII & Gregorius XII antipapæ, perjurii, schismatis & aliorum criminum damnati & Pontificalibus privati sunt, in utriusque locum suffecto Alexandro V. Sed neuter voluit parere concilio, sed uterque tenuerunt Pontificatus insignia, Benedictus quidem usq; ad mortem, Gregorius verò usq; ad concilium Constantiense. Ibidem Ladislaus Siciliæ regno privatur, quod Ludovico Andegavensi assignatur. Interim Benedictus eodem anno celebrat antisynodum admodum celebrem, utpote cui omnes pene prælati Castellæ, Arragoniæ, & Navarræ interfuerunt, numero 120. Verùm isti summâ dissensione in contrarias partes deliberando distrahuntur, ita ut cunctis dilabentibus tantùm XVIII in sententia permanerent.

1410. Johannes XXII *Romæ synodum* celebrat[illegible] in prima sessione post Missam de Spiritu S. à bubone horrificè salutatur, & in altera sessione similiter, ita ut confusus concilium solverit.

1414. *Concilium Constantiense*, omnium fere nationum, tribus Papis schismaticis dejectis eligit Martinum V, & damnat Johannem Hussum, sancito priùs hoc emblemate, *Hæreticis non esse servandam fidem.* Cùm Johannes XXII Papa Constantiam ingressus ante portam de curru decideret, exclamavit, Hic jaceo in nomine diaboli.

1431. Sub Eugenio IV indicitur *Concilium Basileæ*, in quo Eugenius est depositus surrogato Felice V, qui tamen factione Eugenii impeditus Romanam sellam conscendere non potuit, sed Lausannæ resedit. *Pragmatica sanctio* ibi est edita contra Papam: damnati concubinarii & annata: communio sub utraq; specie Bohemis est permissa: Pontificis & Cardinalium nepotes & cognati à cardinalatu fuerunt exclusi: festum conceptionis, item visitationis Mariæ est ordinatum. Duravit hoc concilium an. 11. m. 9. d. 17.

In *Flo*

An. Christi.

1438. In *Florentino concilio*, quod Ferrariæ fuit cœptum, Florentiæ finitum, inter Græcos & Latinos actum est de processione Spiritus sancti, de purgatorio, de summi Pontificis primatu, de azymo & fermentato in eucharistia, deque panis transmutatione. Scriptæ & subscriptæ sunt literæ unionis an. 1439. Josephus patriarcha Constantinopolitanus post subscriptionem subitò exanimatur, chartam confessionis adhuc tenens manu. Post biennium tamen Græci suasu Marci Ephesini episcopi ad pristina dogmata ritusque redierunt.

1501. *Moguntiæ* decernit facultas theologica, exemplo academiæ Parisiensis & Coloniensis, Mariam sine peccato originali conceptam. Qui contradicebant dicebantur *Maculistæ*.

1511. Cardinales contra Papam Julium conspirantes conveniunt primò *Pisis*, deinde *Mediolani*, tertiò *Lugduni*. Ille verò cogit antisynodum Romæ, quæ finita est an. 1517, Julio interea temporis mortuo, qui neque cœlum, neque infernum morienti restare credebat.

1517. *Lutherus* disputat contra indulgentias: & an. 1518 in comitiis Augustanis provocat à Thoma Cajetano cardinali ad Papam, indeq; ad concilium.

In quintâ classe sunt concilia, & colloquia de religione, inde ab initio reformationis an. 1519 usque ad hunc currentem annum. Quinta classis conciliorum ab anno 1519 ad an. 1623.

1519. Andreas Carolostadius *Lipsiæ* disputat cum Johanne Eccio, qui provocat Lutherum, cùm ille tanquam auditor advenisset.

1521. Lutherus vocatus reddit rationem fidei suæ in *conventu Wormatiensi*, & proscribitur.

1522. In *comitiis Norimbergensibus* Pontifex Romanus per legatum suum accendit principes ad bellum Turcicum & adversus Lutherum. Decreta sunt auxilia contra Turcas Ludovico Ungariæ regi, & edicta contra Lutheri doctrinam publicata. Octoginta tamen gravamina mittuntur à Principibus Romam ad Pontificem, qui concilium generale postulant, in quo status ecclesiæ emendetur. Eodem anno Zvvinglius *Tiguri* proposuit 67 theses in solenni conventu.

1524. *Norimbergæ* continuantur comitia, in quibus Pontifex per Campegium postulat ab electore Saxoniæ, ut provinciam suam à Lutheranis purget. Eodem anno incipit *bellum sacramentarium* inter Lutherum & Carolostadium.

1525. *Ratisbonæ* sancitur, ut edicto Wormatiensi in negotio religionis pareatur. Eodem anno incipit *bellum sacramentarium* inter Lutherum & Zvvinglium.

1526. *Spiræ* agitur de componendo negotio religionis. Eodem anno tredecim Helvetiorum pagi disputationem instituunt *Badenæ*, ubi OEcolampadius colloquens cum Eccio pugnat in Papistas. Eodem anno disputatio instituitur *Hombergæ* in Hassia à Philippo Landgravio.

1527. *Bernæ* fuit disputatum de religione.

1529. *Spiræ* in Comitiis principes quidam & ordines protestantur contra decretum Spirense, unde ortum est nomen *Protestantium.* Eodem anno Lutherus & Zvvinglius colloquuntur *Marpurgi:* & *Smalcaldiæ* fit conventus Protestantium. Argentinenses quoque hoc tempore faciunt fœdus cum Helvetiis.

1530. Protestantes exhibent Carolo V confessionem suæ doctrinæ in comitiis *Augustæ*, unde *confessio* dicitur *Augustana.* Sub finem hujus anni fit initium *fœderis Smalcaldici.*

1532. *Ratisbonæ & Norimbergæ* negotium fidei ad concilium Christianum & liberum universale differtur.

1535. *Conventui Smalcaldico* intersunt legati Gallici & Britannici, qui cum Protestantibus agunt de fœdere cum illis jungendo.

1536. Melanchthon scribit *Witebergæ* Formulam concordiæ in re sacramentaria: an. 1537 *Smalcaldiæ* scribuntur articuli, qui appellantur Smalcaldici: 1538 Lutherus disputat contra Antinomos: 1539 *Francofurti* post variam disputationem Protestantibus datæ sunt induciæ quindecim mensium: 1540 *Hagenoæ, Spiræ & Wormatiæ* habentur Comitia in causa religionis: 1541 *Ratisbonæ* continuatur colloquium inter Eccium & Melanchthonem, Wormatiæ cœptum, sed interruptum: eodem anno proceres Austriaci XXII bis petunt libello supplici à Ferdinando piam reformationem ecclesiarum: 1542 *Spiræ* Tridentum nominatur locus futuri Concilii, quod Paulus III statim eodem anno indixit: sed demum cœpit an. 1545 & finitum est an. 1563. confirmatum an. 1564 à Pio IV Papa.

1542. *Norimbergæ* habentur comitia, quibus pœna decernitur in eos, qui comitii Spirensis decreto non obtemperent.

1544. *Norimbergæ* in Comitiis conqueruntur Protestantes se injustis præscriptionibus gravari à Cameralibus in causis religionis.

1544. In conventu *Spiræ* Cæsar Protestantibus cavet, & concilium in Germania celebrandum promittit.

1545. *Wormatiæ* decernitur colloquium doctorum ante nova comitia Ratisbonæ instituendum.

1546. Protestantes *conveniunt* Francofurti, & deliberant de repudiando Concilio Tridentino. Eod. anno *Ratisbonæ* disputatur

putatur inter Cæsareanos & Protestantes theologos. *Bucerus, Martyr & Fagius* docent in Angliâ.

1648. Liber *Interim*, i.e. formula interreligionis usque ad Tridentini concilii finem servanda, scribitur *Augustæ* in comitiis, & ibi promulgatur: unde inter theologos exoritur *bellum adiaphoristicum*.

1550. *Augustæ* in comitiis Cæsar proponit de prosequendo concilio Tridentino, de servando Interim, de restitutione bonorum ecclesiasticorum &c. Eod. anno in Prussiâ oritur *bellum Osiandricum* de justificatione.

1552. *Formula Passavii* conscribitur, quâ imperii & religionis libertas est restituta, & liber *Interim* expiravit.

1553. *Londini* habetur disputatio inter Papistas & evangelicos, quæ in persecutionem desinit.

1557. *Warsaviæ* in Poloniâ deliberatur de recipiendâ & docendâ Confessione Augustânâ. Eod. anno inchoatum est colloquium *Wormatiæ*, in quo præcipui fuerunt Julius Pflug & Philippus Melanchthon.

1559. Elisabetha regina Angliæ prohibet in *comitiis*, ne quis posthac Romano Pontifici pareat, & instaurat religionem sinceram ab Eduardo antea institutam.

1560. Rex Galliæ *in Fonteneblio* conventum agit procerum regni, in quo decernitur, aut generale, aut nationale habendum esse concilium.

1561. Conventus habetur *Dresdæ*, ubi Flacciani accusant Wittenbergenses & Lipsenses, quòd non rectè sentiant de personâ Christi & cœnâ Domini.

1562. Habetur *colloquium Possiacenum* in Galliâ: & anno 1563 in *Sangermano*.

1564. *Maulbrunnæ* instituitur colloquium inter Palatinos & Wirtembergicos: 1565 *Sancta Liga* sancitur.

1568. Colloquium *Altenburgense* instituitur inter theologos Misnicos & Thuringicos: quo certamine moto Flacius flaccescere magis magisque est visus.

1569. *Bellum Flacianum* de substantiâ peccati exoritur.

1570. *Synodus Sendomiriensis* conatur conciliare Lutheranos & orthodoxos.

1571. Synodus celebratur *Rupellis* ab ecclesiis reformatis. Eodem anno conventus habetur *Dresdæ*, & scribitur formula consensus admodum elegans. Eod. an. *Francthaliæ* colloquuntur theologi cum Anabaptistis.

1572. *Nemausi* in Galliâ celebratur synodus à reformatis.

1574. In conventu *Torgensi* scribitur formula concordiæ, in quâ theologi Lutherani partem alteram non auditam condemnarunt.

An. Christi.

1575. *Lindavii* colloquitur Jacobus Andreæ cum duobus Flacianis de peccato originis.

1576. In conventu *Lichtenbergensi* abolentur Scripta Melanchthonis theologica. Eodem anno *Torgæ* constituitur concordia inter Ubiquistas & Flacianos: & anno seq. 1577 in *monasterio Bergensi* ex formulâ Torgensi dedolatâ & emendatâ fit Bergensis, quæ vulgo *Concordiæ Liber* appellatur.

1577. Conventus indicitur *Francofurti* à Casimiro comite Palatino. Veniunt eò legati reginæ Angliæ, deputati ecclesiarum Gallicarum, Ungaricarum, Polonicarum, Belgicarum &c.

1578. Hoc anno & sequenti varia colloquia sunt habita *Tangermundæ, Langensaltzæ, Marpurgi, Hertzbergæ, Torgæ, & Cassellis.*

1583. *Quedlinburgi* in Thuringiâ colloquuntur theologi Saxonici & Brunsuicenses, è quibus illi quidem defenderunt ubiqitatem, hi verò eam impugnarunt, & vehementer petierunt, ut errata in Bergensi concordiâ emendarentur.

1584. *Heidelbergæ* disputat Grynæus cum Lutheranis.

1586. In *Poloniâ* sancitur consensus inter ecclesias reformatas majoris & minoris Poloniæ, Russiæ, Lithvaniæ, Samogitiæ.

1588. *Mompelgardi* colloquuntur Jacobus Andreæ & Beza. Eodem anno *Bernæ* habitum fuit colloquium cum Samuele Hubero, itemque Claudio Alberio.

1589. Pistorius & Jacobus Andreæ colloquuntur *Badenæ.*

1593. Urbanus Pierius *Wittembergæ* colloquitur cum Hunnio & aliis Lutheranis.

1595. *Thuronii* in solenni conventu sancitur consensus Sendomiriensis. Eod. anno exoritur *bellum Huberianum* de prædestinatione.

1601. *Ratisbonæ* colloquuntur Papistæ & Lutherani.

1603. *Vappinci* in Galliâ celebratur synodus à reformatis.

1618. *Dordrechti* in Belgio celebratur synodus nationalis.



XXX. Chronologia testium veritatis.

Testes veritatis dicuntur, qui veritatem cœlestis doctrinæ inde ab initio mundi ad nostram usque ætatem asseruerunt. Digeruntur secundùm quinque ordines sive classes.

In *primo ordine* sunt testes veritatis ad Adamo usque ad Christum: ubi sunt patriarchæ, prophetæ, sacerdotes & Levitæ pii, & post tempora Maccabæorum omnes ii, qui expectabant salutare Israëlis, sive adventum Messiæ, quales erant Zacharias & Elisabeth, Simeon, & alii. Primus ordo testium veritatis in V.T.

Secun-

Secundus ordo complectitur Christum, Johannem Baptistam, duodecim apostolos, LXX discipulos Christi, Marcum, Lucam, Paulum apostolum. Atque hi sunt primi illi heroes Nov. Test. Secundus ordo testiū veritatis à Christo usque ad Patres.

In *tertio ordine* sunt Patres, pii Pontifices Romani, Concilia quædam, & Christiani Impp. inde ab anno Chr. 70 ad 606, hoc modo. Tertius ordo est ab initio Patrum usque ad an Chr. 606.

70. Sanctorum apostolorum discipuli fuisse leguntur, Antiochiæ *Ignatius, Theophilus, Maximinus, Serapion:* Hierapoli, *Papias:* Smyrnæ, *Polycarpus:* in variis Asiæ locis, *Hegesippus, Phocas, Agrippa cognomento Castor, Apollinaris, Melito Sardensis, Asterius, Urbanus, Papyrius, Musanus, Modestus, Baccylides, Elpistus, Bardesanes, Rhodon, Apollonius, Polycrates,* & alii, quorum nomina extant apud Eusebium: Alexandriæ *Pantænus & Clemens Alexandrinus:* Cretæ, *Philippus & Pinytus:* Athenis, *Publius, Quadratus, Aristides:* Corinthi, *Primus, Dionysius, Bacchylus:* Romæ, *Justinus Martyr, Linus, Cletus, Anacletus, Euaristus, Alexander I, Sixtus I, Telesphorus, Hyginus, Pius I, Anicetus, Soter, Eleutherius I, Victor I:* Lugduni, *Photinus, Irenæus &c.*

180. *Martia*, pellex Commodi Imp. fuit Christiana, & ab Imperatore multa beneficia impetravit Christianis.

194. Victor, Romanus episcopus, scribit imperiosiùs ad Polycratem, mandans ut de Paschate die Dominico celebrando cum episcopis Asiaticis reliquis conveniret: quod nisi fieret, fore ut à communione ecclesiæ excluderetur. Convocat igitur ex vicinis ecclesiis Polycrates episcopos, quos propter multitudinem se negat in literis suis potuisse recensere. Proponuntur literæ Victoris, de Paschate agitur, fit deliberatio, & tandem unanimi consensu omnium decernitur, nequicquam de antiquo ritu observato, hinc usque ab apostolis proximisque eorum successoribus, ad minas Victoris, immutandum: sed Pascha, recepto in Asiâ more, decimaquartâ lunæ ab æquinoctio verno primæ, habitâ nullâ ratione diei Dominicæ celebrandum esse, cùm id non sit contra Scripturam. Sic itaque *synodus Asiatica* se opposuit insolentiæ Victoris episcopi Romani: quod ipsum etiam fecerunt *episcopi Galliæ*, & in iis nominatim *Irenæus.*

199. *Mammæa*, mater Severi Imp. fuit Christiana. *Proculus* in palatio hujus Imp. vixit usque ad mortem.

230. *Tertullianus* perstringit nascentem Paparum ambitionem. *Audio*, inquit lib. de pudicitiâ, *edictum esse propositum, & quidem peremtorium: Pontifex scilicet Maximus, episcopus episcoporum dicit &c.*

240. Variæ & frequentes hoc tempore *synodi* sunt habitæ in Asiâ, Africâ & Europâ, sub Gordiano, Philippo, Decio, Gal-

lo, Galieno & Aureliano Impp. In iis omnibus nulla de primatu contentio exorta est. Episcopi mutuo consensu elegerunt, quem magis idoneum existimarunt, qui rebus præesset, suffragia colligeret, epistolas nomine synodi conscriberet, atque alia exequeretur, quæ ad munus istud paucorum dierum pertinent. In synodo Arabianâ Philadelphiæ præerat Origenes, ut & in alterâ Arabianâ: in synodis plerisque contra Novatum Cyprianus, contra Samosatenum Firmilianus Cæsareæ Cappadociæ episcopus, & Malchion presbyter Antiochenus. Romanus episcopus neque vocatus, neque agnitus fuit pro episcopo œcumenico.

246. *Philippus Arabs*, ex Impp. Romanis primus religionem Christianam professus est.

308. *Concilium Elibertinum* in Hispaniâ canone trigesimo sexto ait: *Placuit picturas in ecclesiis esse non debere.*

310. *Antonius Eremita* invehitur in superstitionem circa reliquias, & improbat peregrinationes religionis causâ susceptas.

320. *Eusebius Cæsariesis* inter alia scribit, quòd tristissima illa persecutio sub Diocletiano potissimùm orta sit a perulantiâ, superbiâ & rixis sacerdotum atque episcoporum, qui & Dei iram contra se irritaverint, & ethnico tyranno occasionem cogitandi dederint, totam Christianam religionem esse merum pravorum hominum commentum.

326. *Paphnutius* in synodo Nicæna contradixit iis, qui volebant episcopos & sacerdotes conjugum usu privare, id est, toti fermè concilio: obtinuitque, concubitum cum propria uxore habendum est pro castitate. Protulit enim magno totius Concilii consensu illud Pauli: *Honorabiles sunt nuptiæ, & lectus incontaminatus.* Eodem tempore *Constantinus M.* præsedit Concilio. Sunt qui scribunt à Constantino Magno approbatum esse jus Saxonicum, in cujus speculo ponitur hæc thesis: *Papam nihil mandare posse contra jura Saxonum:* item, *Clericos non habere potestatem adeundæ hæreditatis.*

336. *Concilium Carthaginense* edicit, ne clerici procurationibus seu administrationibus politicis se immisceant.

350. *Spiridion*, sive *Spiridon*, uxoratus Cypri episcopus, tempore Quadragesimæ apposuit hospiti carnes porcinas.

360. *Vigilantius* oppugnat invocationem sanctorum, orationes pro mortuis, adorationem reliquiarum & imaginum, candelarum interdiu accensionem, cœlibatum spiritualium, & alia similia.

364. *Synodus Laodicena* excludit è canone libros apocryphos.

380. *Gregorius Nyssenus* fuit episcopus uxoratus.

381. *Synodus Constantinopolitana* œcumenica à Theodosio con-

vocata

vocata constituit patriarchas ea lege, ne quis ex alia provincia in aliam temerè irrumpat.

398. *Synodus Carthaginensis IV* canone 16 sancit, ut episcopus vilem supellectilem, & mensam victumque pauperem habeat.

418. *Synodus Carthaginensis VI* (cui Augustinus, Prosper, & alii interfuerunt) tandem post longam deliberationem decernit, ne ullum jus deinceps Papæ Romano super ecclesias Africanas concedatur.

420. Theologia *Augustini* est alia quàm hodie Papistarum. Idem est judicium de theologia *Cyrilli* an. 430: *Theodoreti & Procli episcopi Constantinopolitani* eodem an: *Eucherii* episcopi Lugdunensis an 440. *Prosperi Aquitanici*, auditoris & imitatoris Augusti an. 445: *Salviani* episcopi Massiliensis an. 460: *Salonii* episcopi Viennensis an. 470.

497. *Episcopi Germaniæ & Galliæ* scribunt epistolam contra Anastasium II Papam, & ejus complices, sub Clodovéo rege Galliæ. Affirmant inter alia, majorem esse authoritatem conciliorum, quàm unius Papæ Anastasii.

500. *Fulgentius* multa docet, à quibus pleraque dogmata curiæ Rom. ὅις διὰ πασῶν dissident.

503. *Presbyteri & clerici Romani* editis scriptis oppugnant sententiam illegitimam synodi Romanæ V, quæ Symmachum Papam legitimè accusatum absolverat illegitimè.

545. *Episcopi Ligures, Veneti & Istrii*, freti authoritate Concilii Carthaginensis VI, opponunt se Romanæ tyrannidi. *Junilius* etiam & *Primasius* hoc tempore utiliter docent.

572. *Synodus Braccarensis II* damnat Simoniam & nundinationes pastorum.

600. *Gregorius Magnus* Papa hinc inde in suis scriptis multa ponit, quæ veritati adversus decreta Pontificia opem ferunt.

601. *Hesychius*, sive Isychius, episcopus Hierosolymitanus in commentario super Leviticum multa habet testimonia de veritatis Christianæ præcipuis capitibus.

Quartus ordo sive classis complectitur testes inde ab anno Chr. 606, quo Phocas Imperator Bonifacio III primatum super omnes ecclesias concessit, usque ad annum 1517, hoc modo.

Quartus ordo testium veritatis ab anno 606. ad 1517.

619. *Synodus Hispalensis* rigidam censuram exercet in clericos concubinarios.

630. *Sophronius & Isidorus junior sive Hispalensis* ita docent, ut ex iis plurima curiæ Romanæ dogmata possint refelli.

638. *Concilium Toletanum IV* à sacerdotio removet ambitiosos, Simoniacos, sceleratos, concubinarios &c.

655. *Concilium Toletanum VIII* decretum sancit contra Simoniacos.

670. *Cæsarius*, abbas Lirinensis, egregia quædam scribit, quæ non favent doctrinæ Papistarum.

675. *Toletana synodus XI* egregiè constituit disciplinam ecclesiasticam quantum ad episcopos. Idem fecit *Anglicana synodus* an. 680: quo ipso anno etiam habita est *synodus Constantinopolitana III*, quæ est sexta œcumenica, & inter alia permittit sacerdotibus uxores, atque Romanam ecclesiam acerbè perstringit.

720. *Beda Venerabilis* floret atque in multis est noster.

724. Cùm *Leo Isaurus* Imperator anno 9 imperii sui imagines tolli jussisset, ne Saraceni haberent, quòd Christianos idololatriæ accusarent, cumque eam ob causam Gregorius III Pontifex imperatorem damnasset, tributaque ei dare vetuisset, enatum est gravissimum schisma inter ecclesias orientis & occidentis, imò & in ipso oriente. Nam Johannes Damascenus in Syria cum episcopis & monachis imaginum venerationem, in synodo, quæ dicitur orientalis, defendit, & Leonem anathemate feriit. Leo autem anno 730 Constantinopolim vocavit Patres, qui decreverunt sanctorum invocationem esse fabulam, imaginumque & reliquiarum cultum & adorationem esse meram idololatriam. Huic decreto omnes subscribunt, excepto Germano tantùm patriarcha, qui se sponte abdicat. Surrogatur in ejus locum Anastasius. Imperator imagines & statuas in foro comburit, & edicto cavet, ne quis eas veneretur aut adoret, Gregorio denique per literas imperat, ut nisi gratia sua excidere velit, idem faciat.

742. *Theodorus* Ephesi, *Constantinus* Natoliæ, *Basilius* Pisidiæ, *Pastilas* Pergami, *Johannes* Nicomediæ, *Cosmas* Epiphaniæ episcopi sentiunt cum Constantino Copronymo Imp. non licere statuas & imagines in templis Christianorum habere, neque adorare. Factum hoc est in Synodo Constantinopolitana VIII, 338 episcoporum.

750. *Adelbertus* Gallus, *Clemens* Scotus Adelberti discipulus, *Samson* Scotus Clementis familiaris, *Sidonius* Laureacensis & *Virgilius* Salisburgensis episcopus, opponunt se Bonifacio ciniflon i curiæ Romanæ, & ipsius errores atque fraudes detegunt ac oppugnant. Bonifacius iste extollebat authoritatem Pontificis Romani, conjugium sacerdotum abrogabat, vitam monasticam & traditiones humanas prædicabat, Missas pro mortuis, & alios ritus partim instituebat, partim defendebat.

800. *Carolus M.* rex Galliæ & occidentis imperator opus in quatuor libros distinctum conscribi curavit adversus ima-

ginum cultum, in quo præclara testimonia leguntur de variis doctrinæ Christianæ capitibus adversus Pontificios errores.

810. *Claudius*, Taurinensis episcopus, concionatur & scribit contra adorationem imaginum, crucis & reliquiarum: item contra invocationem sanctorum, & primatum Papæ.

813. *Leo Armenius* Imp. Græcus, & patriarchæ Constantinopolitani; *Theodotus*, & *Antonius Cassimatus* successor Theodoti, improbant iconolatriam & primatum Papæ. Idem facit *Johannes Singeletus*, præceptor & legatus Theophili Imp. idemque successor Antonii in patriarchatu.

820. *Ludovicus* Imperator Caroli M F. cognomento Pius, se opponit fastui ecclesiasticorum: unde illi conspirant adversus ipsum. Idem Imp. jubet converti Biblia sacra in linguam Germanicam, ut rudiores etiam legere & intelligere possint. Idem anno 836 indicit Synodum Aquisgrani, ubi renovantur canones de officio eorum, qui ecclesiæ & reip. præsunt.

844. *Drogo*, archiepiscopus Metensis, filius Caroli M. & frater Ludovici Pii, missus fuit à Ludovico cum Lothario F & valido exercitu Romam, ut Sergium II Papam, *Os porci* ob ingluviem vocatum, retraheret ad obedientiam imperii, & de aliis quoque sceleribus redargueret.

850. *Bertramus* presbyter multa utilia scribit de corpore & sanguine Christi.

858. *Photius* patriarcha Constantinopolitanus scribit librum contra Nicolaum Pontificem.

860. *Otfridus Wissenburgensis* scribit linguâ vernaculâ Franconicâ de præcipuis capitibus religionis.

861. *Methodius Illyricus* & *Cyrillus* docent in Slavoniâ, Poloniâ, & Moraviâ. Quos cùm Nicolaus Papa intellexisset linguâ patriâ in sacris uti, ægrè id tulit, ipsosque graviter hanc ob causam reprehendit. Sed rectè illi responderunt, scriptum esse: *Omnis spiritus laudet Dominum, & omnis lingua confiteatur ei.* Quo quidem responso Pontifex tunc acquievit.

864. *Johannes*, archiepiscopus Ravennâs, se opponit Pontifici Nicolao, nec vult suis concedere ut Romam visitent, & ad Pontificem appellent.

865. *Huldericus*, episcopus Augustanus, contra cœlibatum acerrimè pugnat, & confirmat sacerdotes Germanos peculiari epistolâ in agnitione & professione sanctæ istius libertatis, quâ illi tunc utebantur.

870. *Hincmarus*, archiepiscopus Rhemensis, scribit contra *προεδρίαν* Papæ.

Anno Chr.

880. *Episcopi Bavariæ* admonent Johannem IX Papam officii sui.

890. *Ambrosius Ansbertus* multa habet contraria dogmatibus Papistarum.

900. *In synodo Ravennatensi* acta Stephani VI Pontificis publicè, omnibus spectantibus, cremata sunt. Hoc Platina accidisse putat inter alia hanc ob causam, quòd Pontifices ipsi à vestigiis Petri discesserant.

933. *Ottho Magnus sive I*, Imperator, consors imperii paterni, Romam profectus reprehendit Papam Johannem XII, quòd venationibus & libidinibus esset deditus. Quæ reprehensio cùm nullum locum haberet apud hominem insanabilem, Ottho communi voto cleri, eo deposito subrogat Leonem VII.

1040. *Henricus III & IV* Imperatores, deposuerunt quosdam Pontifices non legitimè electos, aliosque substituerunt: flagitiosos, alastores & seditiosos puniverunt: concilia adversus eos congregarunt. Iidem ecclesiis dederunt pastores & doctores. Hinc Crantzius ait: *Hoc tempora tulerunt sub Henricis ut episcopi & abbates ab regibus investirentur.*

1049. *Berengarius*, diaconus Andegavensis, discipulus *Fulberti* episcopi & condiscipulus *Adelmanni*, rectè docet de eucharistiâ.

1050. *Nicetas*, abbas Græcus, edito scripto conjugium sacerdotum contra Pontificias damnationes defendit, secutus partes *Michaëlis* patriarchæ Constantinopolitani, qui se opposuit Leoni IX Papæ, qui in synodo Moguntinâ cum 40 episcopis conjugia sacerdotum damnaverat.

1060. *Petrus Damiani*, episcopus Ostiensis, scripsit inter alia librum de correctione episcopi & Papæ, quo corruptelas ecclesiæ suorum temporum perstringit.

1074. *Gregorius VII*, aliâs Hildebrandt, secutus vestigia suorum prædecessorum, atroces inimicitias cum Henrico IV Imperatore, magnâ cum Christianorum, & inprimis Germanorum, calamitate atque sanguinis effusione, gessit.

1077. *Lambertus Schafnaburgensis*, monachus Hirsfeldensis, in Chronico Hirsfeldensi multa dicit contra inolitos ecclesiæ Romanæ abusus.

1080. Liber editur de unitate ecclesiæ, in quo tyrannis Hildebrandi Papæ graphicè depingitur.

1088. *Ivo*, Carnotensis episcopus, fuit rigidus ecclesiasticæ disciplinæ, multis modis tum labefactatæ, custos & exactor.

1101. *Sigebertus* monachus Gemblacensis, defendit Henricum IV Imp. & scribit contra Gregorium VII sive Hildebrandum.

1101. Paschalis II Papa insistit vestigiis Hildebrandi. Episto-

lam

lam ipsius refutat Sigeberdus. Eodem tempore alia quoque scripta eduntur contra Paschalem, nominatim ab ecclesiâ Leodiensi, quæ Papæ objicit crudelitatem, malitiam, fraudesque ejus complures. Vocat insuper Romam Babylonem, & vehementer accusat Paschalem, quòd epistolâ scriptâ hortatus sit Robertum comitem Flandrensem, ut Leodiensem provinciam ferro & igni vastaret; & reprehenderit quòd adhuc imperatori obediret. *Conradus* quoque *Trajectensis* acriter defendit causam Henrici IV voce ac scriptis: qua de re apud Aventinum.

1119. *Rupertus*, Tutiensis abbas prope Coloniam, de plerisque doctrinæ Christianæ capitibus egregiè scribit.

1120. *Theodoricus*, abbas Leodiensis, carminibus editis insectatur Simoniam curiæ Romanæ.

1125. *Hildeberdus*, episcopus Cenomanensis, poëta suo seculo satis ingeniosus, prosa & carmine reprehendit abusus ecclesiæ Romanæ.

1130. *Bernhardus*, abbas Clarevallensis, in suis scriptis hinc inde tyrannidem Pontificiam perstringit, inque peccata cleri liberè invehitur. Eodem tempore *Petrus*, abbas Cluniacensis, Romanam tyrannidem animadvertit & accusavit. *Bernhardus* etiam *Cluniacensis* ad Petrum Cluniacensem scripsit satyram carmine dactylico, in qua clerum & Romanam curiam non uno modo insectatur.

1145. *Ottho Frisingensis* contra politicum Papæ gladium scribit. *Lombardus* etiam multa habet, quibus Papismus oppugnari potest.

1150. *Arnoldus*, Brixiensis episcopus, damnat, quòd clerici jus temporalis gladii sibi usurparent: quam ob causam damnatus est hæreseos ab Hadriano IV. Eodem tempore *Johannes Saresburiensis*, episcopus Carnotensis, scribit objurgatorium cleri, & Polycraticum, in quo utroque scripto duriter insectatur scelera Papæ & totius cleri. Idem facit *Elisabeth* virgo Germana. *Petrus* quoque *Comestor* clerum insimulat ignorantiæ, negligentiæ, sacrilegii.

1155. *Fridericus Barbarossa* Imp. Adriano IV Papæ respondet ita, ut ipsi exprobret superbiam episcopo & servo servorum indignam. Inter alia dicit, cardinales non esse prædicatores, sed prædatores.

1158. *Etmundus*, Cantuariensis episcopus, subinde usurpavit hæc verba: *Per munera, quæ nunc data, nunc accepta sunt, corrupta est Christianitas hodiè, deficietq; priùs quàm animadvertant, nisi se curare studuerint ab hâc peste.* Eodem tempore *Petrus Blesensis*, archiepiscopus in Anglia primùm, deinde Rothomagi, gravissimè vituperat mores vitamque spiritualium corruptissimam, neglectionem officii, abusum cla-

vium impium. Romam etiam vocat Babylonem & Ur Chaldæorum, unde jubet exire.

1160. *Waldenses*, authore Waldo, aliâs *Pauperes de Lugduno* instituunt reformare doctrinam & vitam Lugduni in Gallia. Cùm enim convenissent quidam divites fallendi otii causa, subitò unus concidit mortuus. Quo spectaculo Waldus commotus cœpit se, suamque domum, & alios familiares docere atque admonere de pœnitentia. Eodem tempore *Ekbertus*, abbas Florini diœcesis Treverensis, scribit de profanatione ac profusione bonorum ecclesiasticorum, deque profligata monasteriorum pudicitia.

1167. *Petrus Cantor*, monachus Gallus, scribit librum abbreviatum, in quo taxat non tantùm vitam Epicuréam clericorum, & neglectionem officii, sed & multos alios abusus Papæ ejusque sacrificulorum. Indulgentias dixit pias esse fraudes.

1170. *Hildegardis* monacha in suis prophetiis insectatur spiritualium sceleratam vitam, officii neglectionem, & ecclesiæ desolationem.

1190. *Albigenses* veritatem doctrinæ cœlestis concionibus pariter & armis defendunt.

1197. *Gualterus Mapes*, archidiaconus Oxoniensis, scribit satyras in vitia cleri.

1198. *Arnulphus*, archiepiscopus Lugdunensis, à spiritualibus necatur, quòd scelera, libidines & errores ipsorum reprehendisset.

1200. *Opusculum tripartitum* hoc tempore concinnatum, taxat multos & tetros abusus prælatorum & ecclesiæ.

1228. *Ludovicus IX* Franciæ rex legem sancit contra Simoniam & fraudes Paparum, quibus illi omnem collationem dignitatum ecclesiasticarum sibi rapuerant.

1240. *Gulielmus Parisiensis* acerrimè insectatur sacerdotes sui temporis in libello de collatione beneficiorum.

1250. *Otto* Bavariæ regulus sive dux duriter exprobrat episcopis suis levem istam impietatem & impiam levitatem, quá nunc Imperatoris, nunc Papæ partes ipsum tutari jubebant. Eodem tempore *Rupertus Capito*, episcopus Lyncolniensis, restitit Papæ, Angliam deglubentis expilationibus, quæ annos ampliùs ducentos regnum Angliæ exhauserant. Idem fecit paulò post *Sewaldus* archiepiscopus Eboracensis. *Wilhelmus de S. Amore*, magister Parisiensis, conqueritur totam ecclesiam hypocrisi infectam.

1254. *Matthæus Parisiensis*, historicus Anglus, multa narrat in suo opere historico de gravissimâ Papæ tyrannide, qui miris artibus omnia ecclesiarum jura, electiones & investitu-

ras ad

ras ad se rapuerit, totumque Angliæ regnum sit deprædatus, expilaverit, & emunxerit.

1255. *Thomas Aquinas* habet plurima, quibus muri Babylonis expugnari possunt. Anno 1265 *Johannes Semeca*, glossator decreti & præpositus Halberstatensis, restitit Clementi IV decimas per Germaniam exigenti.

1285. *Probus*, episcopus Tullensis, resistit Honorio IV Papæ, quartam partem redituum ecclesiasticorum à clero exigenti.

1293. *Henricus de Gandavo* in suo Quodlibeto secundo disserit contra inanes causas dispensationum Papæ. *Arnoldus de Villâ novâ* reprehendit quoque hoc tempore errores curiæ Romanæ. *Fridericus* item & *Jacobus* reges Hispaniæ & Siciliæ detestantur clericorum vitia.

1300. Variæ picturæ hoc tempore, ut & sequenti, sunt editæ, inque templis & monasteriis expressæ, quibus Papa & universus clerus punguntur.

1300. *Guil. Durandus* JC. cognomento Speculator, in scriptis suis queritur de corruptissimis ecclesiasticorum moribus, quòd secuti sint viam Balaam ex Bozor.

1320. *Durandus de S. Portiano* non pauca habet, quibus oppugnari potest Papismus. Durandus iste primùm scripta Thomæ propugnavit, quæ postea acerrimè oppugnavit. Eodem tempore *Gulielmus Occam* cum *Dante Aligerio* Florentino scribit pro imperatore Ludovico contra Papam. Idem facit *Marsilius Patavinus* JC. Occamo coævus.

1330. *Thomas de Brad* Wardinus Anglus acerrimè pugnavit pro gratiâ Dei contra liberum arbitrium ejusque patronos scholasticos, idque non sine approbatione multorum.

1350. *Nilus Thessalonicensis* archiepiscopus, aliâs Nicolaus Cabasila, scribit contra primatum Papæ & purgatorium. *Franciscus Petrarcha* tyrannidem & avaritiam Pontificis Romani perstringit. Eodem tempore Johannes *Taulerus* egregiè reprehendit clerum Romanum: quâ de causâ Johannes Eckius ipsum ut suspectum circa fidem contemsit. *Johannes de Rupescissâ* hoc quoque tempore reprehendit gravissima scelera spiritualium.

1364. *Nicolaus Orem* coram Papa Urbano V & Cardinalibus habuit orationem invectivam in cleri Romani turpitudinem. Hoc quoque tempore *Carolus V*, cognomento Sapiens, rex Galliæ, sacras literas in vulgarem linguam verti curavit. Idem librum edidit contra tyrannidem & rapacitatem Paparum.

1370. Johannes *Wiclef* Anglus multa docet contra Papam, & instaurat doctrinam Waldensium. Biblia transtulit in linguam Anglicanam, & scripsit 200 libros contra Papam.

1400. Hoc anno & sequentibus *Johannes Huss & Hieronymus de Pragâ* post Wiclefum instaurant doctrinam Waldensium, eamque longè lateque propagant, adeò quidem, ut an. 1451 ecclesia Constantinopolitana peculiari epistolâ gratulata sit Academiæ Pragensi, eamque adhortata ad constantiam.

1404. Editum est *Speculum Aureum*, in quo errores & scelera curiæ Romanæ depinguntur.

1410. *Franciscus de Zabarellis* JC. & Cardinalis in libro de schismate & Concilio multa scribit contra errores & tyrannidem Papæ. Idem facit circa hoc tempus *Johannes Petrus Ferreriensis* itidem JC. summus tyrannidis Pontificiæ osor.

1414. *Concilium Constantiense* decernit contra Papam, quòd Papa sit infra Concilium, & quòd Concilium possit ac debeat judicare Papam.

1416. *Nicolaus Clemangis*, magister Parisiensis, & archidiaconus Bajocensis, edit librum de corrupto ecclesiæ statu.

1431. *Concilium Basiliense* edit pragmaticam sanctionem contra Papam: damnat concubinarios & annatas: communionem sub utraque specie Bohemis permittit. Hanc sanctionem anno 1438 in conventu apud Bituriges approbat & in suo regno servari sancit rex Carolus VII.

1434. *Gregorius Haymburgensis* JC. Basiliensis scribit contra primatum Papæ, & Papam vocat antichristum.

1440. *Nicolaus Tudescus sive Siculus*, archiepiscopus Panormitanus & Cardinalis, JC. celebris, non pauca scribit contra Papam Papistarumque errores. Idem facit *Æneas Sylvius*. Defendit enim, Concilium esse supra Papam, & Germanos laudat, quòd Papam oppugnent. Sed posteà factus Papa contrarium docuit.

1464. *Rodericus* episcopus Zamorensis, & referendarius Pauli II scribit Speculum vitæ humanæ, in quo graviter invehitur in Papam & spirituales.

1465. Hoc anno obiit *Laurentius Valla*, senator Romanus, qui refutavit fictitiam illam donationem Constantini M. & Pelagianam Papistarum opinionem de libero arbitrio meritisque humanis.

1472. *Baptista Platina* etsi turpiter adulatus sit Papis: tamen nimiâ ipsorum turpitudine ac malitiâ coactus aliquando subindicat horrenda meretricis Babylonicæ scelera. *Antonius Rosellus* JC. circa hæc tempora scribit librum titulo Monarchiæ, in quo probat, Papam non esse dominum mundi, nec posse aut debere Cæsari imperare, nec omninò habere usum gladii temporalis. Adfert quoque multas rationes, cur Papa non sit superior aliis episcopis.


1498. *Hieronymus Savanarola* monachus Dominicanus hoc

anno

anno exuritur Florentiæ propter parrhesiam, quâ usus fuit in traditionibus & primatu Papæ confutandis.

Quintus ordo testium veritatis est ab an. Chr. 1517 ad hunc currentem 1623: ubi sunt partim παῤῥησιασταὶ quidam inter Pontificios, qualis est *Aventinus*; partim varii doctores, martyres & confessores. Præcipui *doctores* sunt *Lutherus*, *Melanchthon*, *Zwinglius & Calvinus*, qui infinitos discipulos reliquerunt. Præcipui *martyres* sunt *Annas Burgius*, *Augustinus Marloratus*, *Caspar Colignius Admiralius Galliæ*, *Petrus Ramus*, & alii in Galliis & Belgio noti. Ab anno 1540 usq; ad an. 1580 novies centena millia Christianorũ in Belgio, Gallia, Anglia, Italia, & Hispania, religionis causâ trucidata sunt: atque inter eos fuerunt 235 Barones, 148 Comites, 39 Principes. Præcipui *confessores* sunt reformati in Germania, Gallia, Bohemia, & alibi, hoc modo. Anno 1530 *Augustana confessio* est exhibita Carolo V aliisque Romani imperii ordinibus. Eodem anno *Confessio quatuor civitatum* ibidem & iisdem est exhibita per legatos Argentinæ, Constantiæ, Memmingæ & Lindaviæ. Quibusdam dicitur Confessio Svevica. Anno 1561 *Confessio Basiliensis* est conscripta, & ab Argentinensibus etiam pastoribus communi subscriptione confirmata: postea an. 1561 recognita. Anno 1536. *Helvetica prior* est scripta, & seq. anno conventui Smalcaldico proposita. An. 1551 *Cõfessio Saxonica* à Melanchthone est conscripta, ut Concilio Tridentino exhiberetur. Anno 1552 *Confessio Wirtembergensis* à Christophoro duce Wirtembergensi per legatos est proposita Concilio Tridentino. Anno 1559 *Confessio Gallica* est exhibita primùm Ambosiæ Francisco II, deinde anno 1561 Possiaci Carolo IX: tandem an. 1566 in lucem emissa Latinè. Anno 1562 *Confessio Anglica* est scripta. Anno 1566 *Confessio Helvetica posterior* à reformatis Helveticis, Sabaudicis, Polonicis, Hungaricis & Scoticis ecclesiis est subscripta. Anno 1566 *Belgica Confessio* est edita, & anno 1573 *Bohemica* repetita, retentis plerisque quæ extabant in primâ editione anni 1532.

Quintus ordo testium veritatis ab anno 1517. ad 1623.



XXXI. Chronologia hæresium, sectarum, schismatum.

HÆretici & sectarii habent quinque καταφύγια seu diverticula, sub quibus latere se posse, & hominibus imponere sperant: videl. judicium rationis humanæ, dogmata philosophorum, traditiones majorum, enthusiasmos & miracula. *Schismatici* ambitione abripiuntur, aut studio sub-

tilitatis vel etiam charitatis, ut illi quidem ajunt, ducuntur. Horum omnium catalogum ita colligimus.

Epiphanius numerat hæreses XX ante Christi adventum, quas revocat ad quatuor capita, *Barbarismum* videl. inde ab orbis creatione usque ad tempora Noë, per decem generationes sive ætates: *Scythismum*, à Noâ usque ad turrim Babylonicam: *Hellenismum sive Græcismum*, inde ab Abrahamo usq; ad Christi ætatem: & *Samaritismum* sive Samaritanismum, inde à deductione decem tribuum in Assyriam usque ad Christi tempora. *Hellenismus* rursus dividitur in quatuor sectas: putà Pythagoricos, Platonicos (ex quibus orti sunt Peripatetici) Stoicos & Epicureos: quæ divisio est Clementis Alexandrini & Epiphanii. *Samaritani* habuerunt mixtam religionem ex Judaismo & Gentilismo, & in quatuor sectas fuerunt divisi ob diversitatem festorum. Sunt autem hi: *Gortheni, Sevæi, Esseni, & Dosithei.* Horum etiam Tertullianus meminit. *Inter Judæos* quoque, etiam ante Christum fuerunt hæreses septem: videl. *Scribæ*, magistri traditionum: *Pharisæi*, sanctitatis, vel potiùs hypocriseos, magistri: *Sadducæi*, justitiæ studiosi: *Hemerobaptistæ*, ceremoniarum magistri: *Essæi* (aliis Osseni, Hesseni & Hasidæi) vitæ solitariæ amantes, & veluti monachi Judæorum: *Nasachæi*, qui etiam Destructores & Mortificatores appellantur, carnium osores: denique *Herodiani*, qui Herodem regem Antipatri Idumæi F. habebant pro Messiâ. *Pharisæi* rursus habebant *septem* quasi *Ordines*, hoc ordine: *Sichemitas, Impingentes, Sanguinem fundentes, Mortarios, Quid debeo facere & faciam illud, Ex amore, Ex timore.* Vide nostram encyclopæd. lib. 20. c. 7. Cæterùm *Isidorus lib. 8. Etymol. c. 4.* has quoque Judæorum sectas recenset: *Morbonéos*, sive Masbotheos; *Genistéos*, An. Christi. *& Meristéos.* Sed his missis veniamus ad N. T.

36. *Theudas Judæus*, cujus mentio fit *Act. 5.* dixit se prophetam, qui verbo Jordanem scinderet ac sisteret. *Judas Galilæus* eodem tempore docuit, omnes magistratus Judæorum tollendos esse, unum autem Deum pro domino & rege habendum. Alio nomine appellatur *Judas Gaulonites.* Idem *Judas Galilæus* docuit nulla tributa Romanis pendenda esse. Vide *Joseph. lib. 2. belli Judaici cap. 7.*

37. *Nazaræi* confitebantur quidem Christum esse Filium Dei, sed ceremonias legis Mosaicæ uti ad salutem necessarias esse docebant.

50. Huc collocamus hæreticos illos, quos Nicephorus ex Hegesippo recitat his verbis: *Propterea ecclesiam vocaverunt virginem, quòd nondum esset inanibus & vanis corrupta doctrinis. Primus eam depravare cœpit, quòd in petitione episcopatus re-*

pulsam

pulsam tulisset, Thebutes, *unus è septem hæreticis, & plebejus: è quibus & Simon est, unde Simoniani dicti: &* Cleobius, *unde Cleobiani; &* Dosithe⁹, *unde Dositheani;* & Gorthæus, *unde Gorthæani; &* Masbotheus, *unde Masbotheni.* Ex his solus *Simon*, qui appellatur Magus & Samaritanus, vulgo existimatur patriarcha hæreticorum N. T. Ille existimavit donum Dei pecuniâ possideri *Actor.8:* & docuit, se esse deum, qui in Samariâ apparuerit, ut Pater, in Judæâ ut Filius, in gentibus ut Spiritus sanctus. Scortum suum Helenam, quam & Selenen appellabat, peculiarem Dei vim esse affirmabat. Romæ magnifica ei statua inter duos pontes Tiberinos posita erat, cum tali inscriptione, *Simoni Deo Sancto.* Cùm dæmonum ope in cœlos evolaret, præceps ad humum fuit stratus ab apostolo Petro Romæ an 67. Porrò *Æternales*, qui docebant hunc mundum non periturum, videntur refutati à Petro posteriori epist.c.3.

50. *Pseudoapastoli* ita evangelium de Christo recipiebant, ut interim observationem legis ad salutem necessariam esse contenderent. Contra hos primum apostolorum concilium Hierosolymis fuit habitum *Act.15.* Horum in numero fortè fuerunt *Thebutiani illi, Cleobiani, Dositheani, Gorthæani, & Masbotheni*, de quibus paulò ante.

50. *Nicolaitæ*, de quibus *Apoc.2.* orti sunt à Nicolao, non illo è septem diaconis *Act.6*, sed alio quodam. Nam diaconi isti fuerunt repleti Spiritu sancto, & inculpatæ vitæ, & denique leguntur μαρτυρούμενοι. Nicolaitæ itaque ab alio quodam Nicolao hauserunt suum dogma, Licere scortari & vesci idolothytis.

50. *Alexander, Hymenæus, & Philetus* à fide desciverant, docentes nullam esse resurrectionem, & conantes reducere ceremonias Mosaicas. De his vide *1.Tim.1.*

56. *Hermogenes & Phygellus* fuerunt schismatici *2.Tim.1.*

68. *Menander*, discipulus & successor Simonis magi, floret. Docuit se esse salvatorem missum pro salute hominum, & magiam suam tantæ esse efficaciæ, ut per eam vincantur angeli. Sectatores ipsius dicuntur *Menandriani*

71. *Ebion* cœpit statim post excidium Hierosolymitanum, præceptore *Cerintho.* Ab illo *Ebionitæ*, ab hoc *Cerinthiani* sunt orti. *Cerinthus* docebat, mundum non à primo Deo, sed ipso ignorante factum esse; Jesum non esse natum ex virgine; Christum in Jesum descendisse post baptismum, & ab eo iterum recessisse; circumcisionem & ceremonias Leviticas ad salutem esse necessarias; mille annis post resurrectionem terrenum Christi regnum futurum esse. *Ebion* eadem docebat, & præterea solo Matthæi evangelio utebatur, Paulumq; apostolum, tanquam apostatam legis rejiciebat.

An. Christi.

80. *Diotrephes* primatum affectabat in eâ ecclesiâ, ubi degebat Cajus. Vide 3. epist. Johan.

100. *Saturninus & Basilides*, discipuli Menandri, hoc tempore florent. *Saturninus* docuit, unum esse Patrem, à quo facti sint angeli; mundum & hominem ab angelis esse factum; duo esse hominum genera creata, unum bonum, alterum malum; salvatorem non esse hominem nisi putativè; resurrectionem carnis nullam esse; matrimonium esse doctrinam dæmonum; solâ fide de ipso homines salvos fieri; prophetias alias ab angelis mundi fabricatoribus, alias à Satanâ esse; abstinendum esse ab esu animalium. *Basilides* docebat, unam esse summam unitatem & virtutem, Abraxas nomine, quæ sit Pater innatus; ab illâ summâ unitate seu Patre innato quinque virtutes, angelos principes & 365 cœlos esse factos, ita ut νοῦς sit à primâ unitate, à νοῒ λόγον, à λόγῳ φρόνησιν, à φρονήσει σοφίαν καὶ δύναμιν, à δυνάμει & σοφίᾳ virtutes, & principes angelos, & ab his primum cœlum, deinde ab horum derivatione reliquos cœlos factos. Præterea docebat, animæ solius esse salutem, non corporis; prophetias à mundi fabricatoribus præcipuis profectas esse; idolothytis uti licere; fidem esse naturalem; fidem tempore persecutionis abnegari posse.

100. *Carpocrates*, Gnosticorum coryphæus, Platonicæ philosophiæ scientissimus, sed veræ theologiæ ignarissimus, docebat, mundum non factum esse à Deo; Christum merum fuisse hominem, ex Joseph & Mariâ natum; alios etiam homines Christo esse pares vel superiores; nihil esse malum naturâ, sed opinione; angelos malos placari peccatis & turpi hominum vitâ; uxores communes esse debere; animas in alia subinde corpora immitti, ut ampliùs peccent; denique mysteria hæc in abdito continenda esse. Ab hoc seductore originem suam habent *Carpocratiani*.

108. *Chiliastæ* à Cerintho & Papiâ Johannis evangelistæ discipulo orti, docebant sanctos regnaturos mille annis post resurrectionem cum Christo in terris, abusi loco Johannis *Apoc.* 20.

120. *Barcochab*, Pseudomessias Judæorum, floret.

130. *Valentinus*, philosophus in Ægypto Pythagoricus & Platonicus, superiores prope omnes hæreses, quòd rudiores viderentur, admixtis ethnicorum poëtarum fabulis lenivit & expolivit, eaq; omnia à Matthiâ apostolo relicta esse dixit. Ejus discipuli appellãtur *Valentiniani*. Dogmata ipsius erant, esse triginta deos, quos Æonas, sive Græco vocabulo *αἰῶνας*, vocabat, è quibus prima συζυγία sit βύθος καὶ σιγὴ, profundum & silentium, è quorũ conjugio prodierit secunda Æonum syzygia, νοῦς καὶ ἀλήθεια &c. Christũ habuisse corpus cœ-

leste;

leste; fidem inesse homini à naturâ; non esse resurrectionem carnis, sed animam tantùm per Christum salvari; quædam in lege & prophetis non esse probanda; præter quatuor evangelia esse quintum, quod Valentini appellabat; denique tria esse hominum genera, unum πνευματικὸν, alterum ψυχικὸν, tertium σαρκικόν. Ajebat πνευματικοὺς habere fidem excellentissimam, & à naturâ sine ullis operibus salvari, quos ex Seth esse volebat, unde SETHIANI hæretici: & hos arbitrabatur fieri non posse ut corrumperentur, quidquid tandem agerent: ideoque quodlibet sceleris genus intrepidè perpetrabant. Ψυχικοὺς, alterum genus hominum, ipsos quoque concedebat à naturâ habere fidem, sed exiguam, quòd è pejore sint semine: operibus tamen eos salvari adstruebat, ex Abelo genitos, unde ABELITÆ. Σαρκικοὺς denique sive Carnales nullo modo ad salutem pervenire posse ajebat, tanquam ex Cain genitos, unde CAINIANI hæretici. Hi videntur esse alii à *Caianis*: qui an. 190 Cajinum, Sodomitas, Judam, & alios iis similes salvatos esse dicebant. De Abelitis & Sethianis idem esto judicium. Porrò *Gnostici* à Carpocrate orti, concesserunt in Valentini sententiam: unde alii non à Carpocrate, sed à Valentino ortos esse ajunt. Sunt etiam, qui à Nicolao ortos produnt. Sunt autem dicti Gnostici, quòd excellentem sibi doctrinam arrogarent. *Ophei* circa hæc tempora oriuntur ab Opheo; qui innumerabiles mundos fingebat.

130. *Aquila*, sive Aquilas, *Ponticus*, primò gentilis, Adriani Imp. affinis, deinde Christianus, & tertiò Judæus, videtur mixtam religionem amplexus esse.

144. *Bardesanistæ*, authore Bardesane, fuerunt Valentiniani, & insuper fatum Stoicum defenderunt. Eodem tempore *Aquei* docuerunt, aquam esse Deo coæternam.

150. *Secundus* (à quo *Secundiani* nomen habent) fuit primarius Valentini discipulus & scholæ successor in Ægypto. Excogitavit novam syzygiam Æonum, & syzygias præceptoris ingeniosiùs divisit, & æonas statuit esse substantias; cùm præceptor illos haberet pro nudis tantùm divinæ mentis affectibus. Secundi successor fuit *Ptolomæus*, qui Æonas etiam aliter distinxit atque Valentinus aut Secundus. Ptolomæo coævus fuit *Heracleon*, cujus magna fuit in Valentinianâ scholâ authoritas. Ille Æonas quoque retinebat, & hominem triplici naturâ constare ajebat, non verò tantùm ex animâ & corpore: morientes, ut ab æterna morte redimerentur, oleo, balsamo & aqua ungebat. Heraclioni in schola Valentini successit *Marcus*, à quo Marcitæ dicti sunt. Marcus iste habebat dæmonem πάρεδρον, i. e. familiarem; magicis præstigiis hominum mentes deludebat, & corpori-

bus ad stupra abutebatur; statuebat duo rerum principia inter se contraria, σιγὴν καὶ λόγον; Æonas 30 assimulabat 24 literis Græcorum, quibus sex alias addebat; negabat, Christum assumsisse naturam verè humanam; baptismum & sacram cœnam corrumpebat; resurrectionem carnis negabat; innumeras denique scripturas apocryphas recipiebat. Marco coævus fuit *Colarbas*, sive Colarbasus, qui unum deum diversis nominibus appellari ajebat; Christum ex 30 Æonibus compactum esse docebat; Jesum à Christo divellebat; vitam & generationem hominum in septem planetis consistere affirmabat: quæ etiam *Blasti* fuit sententia, qui fuit nequitiæ magicæ peritissimus, & insuper docuit Deum esse authorem peccati, ceremoniasque Judaicas defendebat: quæ duo etiam fuerunt dogmata *Florini* seu Floriani, presbyteri in ecclesia Romana, à quo *Floriniani* dicti sunt. *Rhetoriani* hoc tempore oriuntur, authore Rhetorio, qui omnes hæreses probabat. Dicuntur etiam *Lampetiani* à Lampetio, ejusdem hæresis patrono.

150. Eodem ferè tempore, quo Valentinus Æonibus suis ecclesiam Dei perturbavit, *Cerdon* quoque ortus est, & ejus discipulus *Marcion*. *Cerdonis* doctrina erat, duo esse rerum principia contraria, deum videl. bonum & malum; Mosen & prophetas à deo malo, quem dicebat legis & Judæorum, evangelium à deo bono, quem dicebat Christi & evangelii, prodiisse; Christum neque verè natum, neque passum esse; non esse resurrectionem carnis. *Marcion* præter dogmata cum Cerdone communia etiam docuit, materiam creationis fuisse deo coæternam; μετεμψύχωσιν dari; animas damnatorum tandem salvari; conjugium esse malum; & baptismum toties repetendum esse, quoties aliquis laberetur. A Cerdonianis & Marcionitis orti sunt *Docetæ*, sive δοκηταί, qui Christũ non verè, sed δοκήσει tantùm habuisse corpus, & in eo passum esse docuerunt. Porrò Marcionis discipuli commemorantur multi, videl. *Lucian⁹, Apelles, Potitus, Blastus, Sincerus, Basilicus, Prempon, Python, Hermogenes, Phemion, Borbor⁹, Stratio*, à quib. orti sunt *Apelliani, Borboriani seu Barbeliothæ, Phemionitæ & Stratiotini* Ex his celebriores sunt *Apelliani*, quorum præceptor cum Philumenâ suâ, quam prophetissam appellabat, publicè scortabatur, & docebat esse deum unum, qui sit reliquorum deorum principium, Christo denique tribuebat verum quidem corpus, sed ita ut illud post ascensionem in cœlum deposuerit. Apellis successor in scholâ fuit *Severus*, à quo *Severiani* nomen habent. Severus iste rejiciebat V. T. inque ejus locum substituebat libros quosdam apocryphos: mundi creationem angelis tribuebat; vinum & sexum mulierum damnabat.

Hoc

160. Hoc anno & seqq. aliquot claruerunt isti hæretici. *Sethiani* Sethum habebant pro Christo, & angelos cum mulieribus congredi dictitabant. *Abeliani* seu *Abelonitæ* sperabant se consecuturos salutem imitatione Abelis. *Cainiani*, sive *Cajani*, omnes eos damnabant, quos Scriptura nobis commendat, eos autem probabant, qui à Scripturâ rejiciuntur. Itaque & Cainum (à quo nomen habuerunt) & Esavum, & Core, Dathan & Abiram, & Sodomitas laudabant & colebant. Ab his nati sunt *Antitactæ*, qui quanto possent maximo animi conatu præceptis Dei adversabantur. Porrò *Peratæ* fingebant Christum tricorporem, & mundum duplicem. *Adamiani*, sive *Adamitæ*, in nuditate perfectionem constituebant. *Ophitæ*, qui & Ophæi & Ophiomorphi dicuntur, serpentem illum, per quem Eva seducta fuit, colebant & adorabant, tanquam is fuisset Christus.

168. *Praxeas* in Africâ docet, unam tantùm esse in Deo personam. Adversus hunc scripsit Tertullianus.

170. *Hermogenes, Tatianus & Montanus* fuerunt coævi. *Hermogenes* sive *Hermias*, (à quo *Hermogeniani* sive *Hermiani*) posuit materiam Deo coæternam, & in Deo unam tantùm esse personam contendit. *Tatianus*, episcopus φιλόδοξος, legem Mosaicam sustulit, Adamum damnatum esse docuit, omnibus hominibus spem omnem veniæ præcidit nisi ad suam ecclesiam accederent, improbavit carnium & vini usum, nuptias damnavit, Christum negabat natum esse ex semine Davidis. Discipuli ejus appellantur *Encratitæ*. *Montanus*, discipulus Tatiani, circumduxit duas mulierculas, Priscam & Maximillam & ipsarum sociam Quintillam, seipsum asseruit Paracletum Spiritum sanctum, incestuosos concubitus concessit, & panem cum sanguine humano in Sacrâ cœnâ miscuit. Ejus discipuli appellantur *Montanistæ*: item *Quintilliani* à scorto Quintillâ, *Pepuziani, & Cataphryges*, à patriâ Montani Pepuza Phrygiæ oppido. Horum errorem secutus est Tertullianus, à quo *Tertullianistæ* sunt dicti. Montani successor fuit *Theodotius Ephesinus* sive *Theodotion*, unde *Theodotiani* nominati. Hi Christum ψιλὸν ἄνθρωπον fuisse contendebant, & Christum ex virili semine conceptum esse ajebant. Theodotion ille fuit discipulus Tatiani, & tandem Judæis se adjunxit. Theodotium excepit *Proclus, item Alcibiades, Themiston, Patroclus, Artemon & Alexander*. Ex his Proclus an. Christi 210 scripsit pro Montano. Ejus discipuli appellantur *Proclianitæ*. Ab Artemone dicuntur *Artemonitæ*, qui inter alia docuerunt Christum non esse Deum ab æterno. Primarius Artemonis discipulus fuit *Theodotus Thrax*, Ab hoc fuit alius eodem nomine, author

Melchisedecianorum, qui docebant Melchisedecum non fuisse hominem, sed virtutem Dei.

200. *Apostolici* fuerunt progenies Encratitarum. Hâc autem unâ re apostolis maximè similes videri volebant, quòd in suam communionem non reciperent conjugibus utentes, & res proprias possidentes. *Tascodrongitæ* inter orandum indicem manus tanquam palum quendam in nares immittebant, ut in precibus suis ardentiores esse viderentur. Hinc ipsis nomen. Nam τάσκος palum, & δρουγγος Phrygum linguâ nasum significat. Nominabantur etiam *Spirituales* quòd maxima Spiritus sancti dona habere sese profiterentur, & alios omnes ab ipsis dissidentes appellabant ψυχικοὺς seu animales. *Quartadecimani*, aliâs *Tessaresdecatitæ*, falsò pro hæreticis proclamati sunt à Victore episcopo Romano, quòd decimâquartâ lunâ pascha celebrarent. *Artotyritæ* in sacrâ cœnâ præter panem caseo etiam utebantur, quòd caseus fructus esset ovium, quo sacrificii genere Deus primò delectatus esse legitur.

210. *Origeniani* sequuntur dogmata Origenis cujusdam, & turpia quæque patrant. Ab his alii sunt, qui dicuntur *Origenistæ* & *Adamantii*, discipuli Origenis. Hi sunt Chiliastæ & Allegoristæ, & alia quædam dogmata præceptoris sui defendunt. Assecla ipsorum fuit *Hierachas* sive *Heraclas* an. 234. à quo dicti sunt *Hierachitæ* seu *Heraclitæ*. Illi negant resurrectionem carnis. Origenistis affines sunt *Liberatores*, qui docebant Christo descendente ad inferos credidisse incredulos, & inde liberatos esse.

240. *Beryllus* sub Gordiano Imp. contendit, animam cum corpore interire, & resurgere in novissimo die. Sectatores ipsius dicuntur *Berylliani*, damnati in concilio Arabico. Dicuntur aliâs *Arabici*, & Θνητοψυχιταί. *Helcesaitæ* authore *Helcesæo* hoc tempore docebant, licitum esse fidem ore negare, modò in corde retineatur: duos item Christos profitebantur, aquam item & quasdam mulierculas Helcesæo cognatas adorabant. *Valesii*, à Valente quodam sic dicti, conjugia improbabant, ideoque tum se, tum hospites suos castrabant. *Rebaptizantes* in Africâ, Agrippino, qui Cyprianum in episcopatu Carthaginensi præcessit, authore, docuerunt baptizatos ab hæreticis iterum esse in ecclesiâ baptizandos. Appellantur etiam *Agrippiniani* ab authore. Eundem errorem erravit Cyprianus. *Alogiani* λόγον non priùs fuisse dicebant, quàm ex Mariâ nasceretur, eâque de causâ evangelium Johannis repudiabant. *Samsæi* futura prædicebant, & ideo Prognostici & Prophetæ appellari volebant. *Aquarii* admiscent vino aquam in eucharistiâ. *Noëtiani* sequuntur *Noëtum* Asianum, Montanistam. Is unam dun-

taxat

taxat in Deo personam statuit,& seipsum pro Mose gessit, fratremque suum Aharonem appellavit. *Seleuciani*, authore Seleuco,sequuti sunt Hermianos,an.247.

250. *Novatus presbyter Carthaginensis* docet, hominibus, qui post baptismum in abnegatione fidei, infirmitate quâdam & metu persecutionis lapsi essent,non superesse locum pœnitentiæ. Socium habuit *Novatianum* presbyterum Romanum. Discipuli ejus appellantur *Novatiani*,& *Cathari*, quòd se reliquis,vitâ & moribus puriores esse jactitarent.

260. *Sabellius*.Noëti discipulus, docet, Patrem,Filium & Spiritum sanctum esse unam personam,sed nomina tria. Hæc hæresis est eadem cum hæresi Hermogenis & Praxeæ. Existimârim autem Praxeanos,Hermogenianos & Sabellianos esse ipsissimos *Patripassianos:* quippe si una tantùm est persona,utiq; Deus Pater est passus.

263. *Nepos*.episcopus Ægyptiacus, fuit Chiliasta. Unde *Nepotiani* sunt iidem cum Millenariis.

269. *Paulus Samosatenus in Syriâ episcopus* affirmat, Christum non esse Deum, sed hominem tantùm, μὴ εἶναι Χριστὸν Θεῷ ἐνυπόστατον,& Deum ita habitasse in Christo, ut fuerint δύω φύσεις διῃρημένως ἔχουσαι, καὶ ἀκοινώνητοι πρὸς ἑαυτὰς παντάπασι. Ejus discipuli appellantur *Samosateniani*,*Paulianistæ*,& Ἀνυπόστατοι. Idem docuerunt *Monarchiani*;sic dicti,quòd unam personam dicerent esse monarcham hujus mundi.

275. *Manes* Persa, quem discipuli appellarunt Manichæum, quasi manna fundentem,insaniæ nomen vitantes: hic, inquam, Manes negabat sacrosanctam Trinitatem; vetus testamentum repudiabat;duo principia coæterna, unum bonum,alterum malum statuebat;Dei boni substantiam frustillatim in creaturas distributam esse ajebat;negabat Christum verè passum esse; peccatum dicebat esse substantiam hominis quem ex duabus animabus constare fingebat;pro resurrectione carnis introducebat corporum quidem μετεμψύχωσιν, animarum verò ἀσωμάτωσιν; denique seipsum appellabat Christum & Paracletum.

306. *Meletius*,episcopus in Ægypto, interpolavit dogma Novati,& secessionem fecit ab ecclesiâ. Ab isto schismatico dicti sunt *Meletiani*, qui segregatas ab orthodoxis ecclesias habuerunt,& postea cum Arianis sese conjunxerunt.

310. *Arius*,natione Afer,professione presbyter Alexandrinus, innotescit hoc tempore, & docet, Filium Dei esse creaturam,non verò Patri συναΐδιον καὶ ὁμοούσιον,i.e. coæternum & consubstantialem. Hinc utebatur his formulis, ἦν,ὅτ' οὐκ ἦν, *Erat,quando non erat:*& rursus,tanquam seipsum explicans, ἦν ποτὲ, ὅτε οὐκ ἦν λόγος, *Erat aliquando, cùm non erat* λόγος. Damnatus fuit in concilio Niceno an 326. Cæterùm hæ-

An. Christi. resis Arii à primâ suâ origine in plures factiones & sectas divisa fuit. Unde in principio statim Ariani alii dicti fuerunt *Aëtiani sive Eunomiani*, alii *Macedoniani*; quibus sub Theodosio majore accesserunt *Dorotheani & Mariani*, qui *Psathyriani* etiam dicti fuerunt: & posterioribus temporibus orti sunt *Pytheriani* seu *Pytheciani*, *Duliani*, & alii. Porrò *Coluthus*, Ario coævus, negabat Deum immittere pœnas. Ejus sectatores appellantur *Coluthiani*.

315. *Donatus* nascitur sexto post Arium anno, & turbat ecclesias in Africâ. Hic cùm doleret, sibi Cæcilianum prælatum esse in episcopatu Carthaginensi, ab ecclesiæ communione sese secrevit, & postea schisma vertit in hæresin, docendo, eam demum ecclesiam pro verâ habendam esse, quæ omni maculâ & peccato careret. Vim quoque sacramentorum suspendebat à dignitate personæ administrantis, & ideò baptizatos ab hæreticis, i. e. catholicis & orthodoxis, rebaptizabat. Discipuli ejus fuerunt appellati *Donatistæ*, item *Montenses, pars Majorini*, quòd sequerentur Majorinum, quem elegerant episcopum contra Cæcilianum: item *Montenses & Campates*, quòd in montibus & campis clam convenirent. Scissi fuerunt in varias factiones, hoc modo. *Circumcelliones* tum se tum alios vitâ privabant, ut martyres in suâ sectâ haberent. Sic fuerunt appellati; quòd inhabitarent cellas in agris hinc inde. His gemini fuerunt *Timoleontes*, qui ipsi quoq; in austeritate & homicidiis collocarunt religionem. Utrisque mitiores fuerunt *Rogatenses, Urbanenses, & Maxiministæ*: contra quos postremos reliqui Donatistæ coëgerunt concilium Bagaiæ ex 300 episcopis, in quo constituerunt, ut baptismus hæreticorum valeret.

340. Sub Constantio orti sunt *Archontici*, ultima Valentinianorum fæx. Illi creationem mundi tribuebant angelis, sacramenta ex ecclesiâ eliminabant, V. T. majori ex parte rejiciebant, substitutis apocryphis, denique contendebant homines, quanquam flagitiosissimè viverent, salvos fieri, modò Dei cognitionem aliquam præ se ferrent. Coævi illis fuerunt *Angelici*, qui angelos adorabant. Archonticorum socii fuerunt *Ascodruptæ*, qui sacramenta non agnoscebant, & proinde vasa sacra furiosè frangebant & comminuebant. His dissimiles sunt *Ascitæ*, sive *Utricularii*, qui utrem inflatum gestabant, neque alios verè Christianos esse arbitrabantur, qui non idem facerent: tanquam hujusmodi soli essent utres novi, vino novo repleti.

347. Hoc tempore floruerunt *Messaliani*, aliâs *Psalliani*, *Euchetæ*, *Euphemitæ*, *Spirituales & Martyriani*; qui in assiduâ precatione meritum collocabant, & otio interim erant dediti.

350. *Photinus*, Sirmiensis episcopus, docet, Christum non esse

Deum,

Deum, sed purum hominem, qui tum demum suæ ὑπάρξεως initium acceperit, cùm ex Mariâ conceptus est. Hunc errorem hausit à *Marcello*, Ancyræ episcopo, qui docebat, Trinitatem esse deitatis extensionem, quæ ut cera liquefacta pro usu & œconomiâ postea contrahatur in unum: ideoque ex Patre extenso Filium, ex Filio extenso Spiritum sanctum producebat, h. e. unam revera personam concedebat. Ab hoc dicuntur *Marcelliani*, sicut à Photino *Photiniani*. Utriq; etiam dicuntur *Luciani* ab eximio hujus hæreseos fautore Luciano.

360. *Macedonius*, episcopus Constantinopolitanus, docet, Filium quidem esse Patri per omnia similem, sed Spiritum sanctum esse creaturam, Filium, inquam, concedit esse Patri ὁμοιούσιον, sed non ὁμοούσιον, & Spiritum sanctum ait vim esse à Deo conditam, quæ essentiæ divisione singulis creaturis insit, adeò ut singulæ creaturæ partem aliquam essentiæ Spiritus sancti intra se habeant. Ab hoc dicti sunt *Macedoniani* & πνευματομάχοι.

361. *Aëtius*, cùm Paulino episcopo Antiocheno defuncto spem adipiscendi episcopatum frustra animo concepisset, docuit Filium non tantùm ἑτερούσιον esse Patri, sed etiam κατὰ πάντα ἀνόμοιον, *omninò dissimilem*. Discipulus & scriba ejus *Eunomius* idem docuit. Ipsorum sectatores dicuntur *Anomœi*, Græcè ἀνόμοιοι. Hoc eodem tempore *Acatius & Aërius* floruerunt. Acatius docuit Filium esse Patri ὁμοιούσιον κατὰ φύσιν, Aërius κατὰ θέλησιν. Ipsorum discipuli appellantur *Acatiani* & *Aëriani*. Alii legunt pro *Aërius*, *Aëtius*, & pro *Aëriani*, *Aëtiani*. Ex his *Acatiani* etiam dicuntur *Semiariani*. Eunomianorum discipuli sunt *Nativitarii*, qui dicebant Filium semper fuisse, sed non semper fuisse Filium, sed ex quo natus est de Patre, Filium esse cœpisse.

370. *Apollinaris*, sive Apollinarius, uterque scilicet, pater & filius, ille presbyter, hic lector Laodicenus, docuerunt, Verbum Dei accepisse carnem sine animâ rationali, & divinas personas esse inæquales, magnum videl. esse Spiritum sanctum, majorem Filium, maximum Patrem. Ab his *Apollinaristæ* sunt dicti.. Eodem tempore claruerunt. *Ursicini* schismatici: item *Anthropomorphitæ*, qui authore *Vadio* sive *Audio* docuerunt Deum habere formam humanam. Aliâs appellantur *Anthropiani* & *Audiani*, vulgo *Vadiani*. Anthropomorphitarum errorem suum fecerunt *Melitonii*.

380. *Helvidius* docet, virginem Mariam post Christi nativitatem habuisse ex Josepho alios filios. *Priscillianus* fuit Gnosticus, & docuit, animam esse ejusdem substantiæ cum Deo, mundum creatum a principe maligno, V. T. non esse recipiendum, carnium usum esse illicitum, perjuria & mendacia

religionis suæ celandæ causâ esse licita &c. *Jovinianus* docuit peccata esse paria & hominem post baptismum non peccare. Sectatores horum hæreticorum appellantur *Helvidiani*, *Priscillianistæ* & *Jovinianistæ*. Helvidiani etiam vocantur *Antidicomarianitæ*.

387. *Patriciani*, authore Patricio, vetus testamentum totum non recipiebant, & eos ipsos libros, quos recipiebant, pro libito mutilabant: carnem quoque à diabolo creatam esse statuebant, ideoque homini Christiano licere arbitrabantur, mortem sibi ipsi consciscere, ut se hâc ratione exuat mole carnis. *Paterniani* eodem tempore, authore Paterno, docebant, inferiores partes humani corporis non à Deo, sed à diabolo factas esse, & omnium flagitiorum licentiam partibus illis tribuentes, impurissimè vivebant: quâ de causâ etiam appellati sunt *Venustiani* à Venere, & *Ethicoproscoptæ* q. d. morum irrisores. His subjunguntur *Tertullii*, qui secuti Tertullium ajebant, sceleratorum hominum animas in dæmonas converti, vel saltem in bestias, quarum naturam illæ habuerint in corpore. *Pattalorinchitæ* digito compescunt os, ut taciturnitate suâ possint Deo placere. A regione appellantur *Tabennesiotæ*.

400. Bellarminus & Baronius *Vigilantium* etiam putant in numero hæreticorum. Verùm enimverò ille rectè docuit, non esse honorandas reliquias sanctorum, & inanem esse sanctorum invocationem.

410. *Nudipedales* sub Theodosio juniore nudis semper pedibus ambulant. Sub eodem *Feri*, seu *Inhumani*, aversantur omnem conversationem.

415. *Pelagius*, Brito monachus, docuit, Adamum etiamsi non peccasset moriturum tamen fuisse; peccatum Adami ipsi soli nocuisse, non etiam ejus posteris; libidinem non esse peccatum; hominem habere liberum arbitrium ad bonum; nullum esse peccatum originale; sine gratiâ Dei posse impleri omnia mandata. Ejus discipulus fuit *Cœlestius* in Africâ: unde *Cœlestiani* sunt iidem cum Pelagianis. *Semipelagiani* sunt propago quædam Pelagianorum, ut & *Massilienses*, qui erant reliquiæ Pelagianorum in Massiliâ. Huc etiam collocari solent *Collyridiani*, qui tortam panis, quam Græci κολλυρίδα vocant, Mariæ virgini superstitiosè offerebant.

430. *Nestorius*, episcopus Constantinopolitanus, hoc anno docere cœpit, Mariam non posse appellari θεοτόκον, sive matrem Dei, & in Christo esse duas personas. Hoc quoque tempore floruit *Moses Cretensis*, Judæus fanaticus, qui se venditavit pro Mose.

445. *Luciferiani*, authore Lucifero episcopo Caralitano, qui

fuit

fuit σύγχρονος Hilarii, docuerunt hunc mundum, quòd in maligno sit positus, esse opus diaboli, & animas humanas ex carne sumi. Appellati etiam sunt Homonymiani, quia ludebant homonymiâ vocis caro.

447. *Eutyches*, archimandrita sive abbas Constantinopolitanus, ut contradiceret Nestorio, docuit in Christo esse unam naturam, & hoc velut emblema usurpavit: *Ex duabus quidem naturis scio Christum ante unionem constitisse, post unionem verò unam duntaxat in illo fuisse scio & agnosco.* Item: *Ex duabus naturis Christum esse confiteor, in duabus consistere nego.* Atque hæc fuit hæresis Eutychis, quæ unà cum Nestorianismo usque in nostra tempora durat in orientis partibus, ita tamen, ut variæ sint factiones. Et Eutychianismus quidem has habet propagines atque fruticationes. Primò se offerunt *Monophysitæ*, qui aliâs appellantur *Schematici, Theopaschitæ*, & à loco *Ægyptii*. Hi docebant, Christum quidem constare ex duabus naturis, non verò subsistere in duabus naturis, ita ut hæc controversia in duabus istis voculis consisteret ἐκ & ἐν. In hoc errore defendendo occupatissimus fuit Johannes Philoponus, celebris philosophus, qui etiam docuit tres personas esse tres deos, atque ita errorem Tritheitarum introduxit. Tritheitæ isti aliâs dicuntur *Triformiani.* Post Monophysitas erant *Acephali*, sic dicti, quòd nullos episcopos agnoscerent. Hi naturas duas concedebant, sed proprietates earum ita confusas esse contendebant, quemadmodum gutta aceti in mare effusa suas amittit vires. Hi appellati fuerunt *Severitæ* à Severo episcopo Antiocheno, *Julianistæ* à Juliano Halicarnassæo, *Theodosiani* à Theodosio Alexandrino, à loco *Contobaptitæ & Angelitæ.* Deinceps inter Eutychianos commemorantur *Agnoëtæ*, vulgo *Agnoitæ*, cujus erroris patrocinium Themistio philosopho adscribitur. Hi docebant divinam Christi naturam (hanc enim solam post unionem agnoscebant, tanquam absorpta esset planè humana) quædam ignorasse, ut horam extremi judicii. Atque hi rursus in alias tres sectas, *Damianorum, Paulianorum, & Petritarum* divisi erant. Hos sequuntur *Jacobitæ*, sic dicti à quodam Jacobo Syro, qui totam Syriam ipsissimâ Eutychis doctrinâ imbuit. Rursus alii dicti sunt *Armenii*, qui ad dogma Eutychis in Armeniâ hoc addebant, Christum non assumsisse corpus ex Mariâ, sed illud ab ipso conceptionis momento incorruptibile habuisse: quod ipsum per se etiam, & in suæ naturæ proprietate adorandum esse docuerunt. Iidem quaternitatem in Deo statuebant, & deitatem passam esse dicebant, denique crucem Christi colebant. Unde appellati sunt φθαρτολάτραι, σκηνολάτραι, *Tetraditæ, Tetradistæ*, σταυρολάτραι, &

ipsorum linguâ *Chazinzarii.* Postremi inter Eutychianos *Monotheletæ*, vulgò *Monothelitæ*, & *Univoluntarii* commemorantur, qui à Cyro episcopo Alexandrino, & Sergio patriarchâ Constantinopolitano originem suam ducunt. Illorum dogma erat, in Christo unam duntaxat fuisse voluntatem, & unam operationem: ex quo sequebatur, unam tantùm fuisse naturam. Humanam Christi voluntatem appellabant *θεοκίνητον*, quòd ipsa per se nulla esset, neque quidquam vellet. Atque hæ sunt propagines Eutychianismi, cujus author Eutyches cœpit, ut annotavimus, an. 447. propagatores ita fere sibi successerunt: *Julius Halicarnassæus* au. 350, *Themistius* an. 568, *Jacobus Syrus* an. 586, *Johannes Philoponus* an. 603, *Armeni* 607, *Monotheletæ* an. 626.

475. *Pacificantes* dicti sunt, qui authore Zenone Imp. unionem quandam facere volebant inter Catholicos & Eutychianos.

606. *Papismus* hoc tempore in nervum erupit, quando Phocas Imp. Bonifacio III Pontifici Romano primatum super omnes ecclesias concessit. Sub hoc Imperatore floruit *Timotheus*, qui appellatus fuit Αἴλουρος id est, felis, vel à cæsiis oculis, vel à malignitate. Is professione fuit Eutychianus, ut & ipsius discipuli, qui dicuntur *Timotheani.*

622. *Mahumetismus* incipit authore Mahumete, qui dogmata sua congessit in peculiarem librum, quem appellavit Alcoranum. Præcipua capita sunt: Deum habere essentiam corpoream, animâ præditam; non esse tres in Deo personas; Christum non esse Deum, sed magnum & sanctum quendam prophetam; Christum non esse revera passum, sed φάντασμα pro eo Judæis oblatum; ceremonias Mosaicas, putà circumcisionem, delectum ciborum, lotiones varias corporis, & similia ad salutem esse necessaria; bona opera mereri vitam æternam; polygamiam esse licitam; vitam æternam consistere in voluptatibus corporis. Hæc pestis, Mahometismus dico, totum orientem longè latéque corripuit. Tametsi enim aliquæ in iis locis sunt ecclesiæ: tamen quàm misera sit illarum conditio, & quàm depravata sit doctrinæ confessio, ex eo intelligi potest, quòd decem sunt genera Christianorum, qui orientem hinc inde habitare traduntur. Quorum primi sunt *Latini*, qui sunt sub obedientiâ Pontificis Romani: secundi, *Græci*, qui patriarcham Constantinopolitanum pro suo agnoscunt capite: tertii, *Indi* seu *Æthiopes*, sub presbytero Johanne: quarti, *Jacobitæ*, qui & *Coptitæ*, qui circumciduntur, & unam tantùm in Christo naturam agnoscunt: quinti, *Nestoriani* in Tartaria & India: sexti, *Maronitæ*, qui sunt Monotheletæ, in Libyâ & Phœniciâ: septimi, *Armenii*, qui suum habent præsidem,

cui

cui omnes parent, quem appellant Catholicum: octavi, *Georgiani*, qui sic dicti sunt à Georgio equite (cujus imaginem in vexillis circumferunt) & Mediam, Persiam, & mare Caspium incolunt, & Græcorum linguâ atque ritibus utuntur: noni, *Suriani*, qui sic dicuntur à Sur civitate Assyriæ, & in plerisque sequuntur Græcorum religionem, & aliâs appellantur Samaritani: decimi, *Mozarabes*, in Arabiâ, qui in multis consentiunt cum ecclesiâ Latinâ.

642. Fl. Constans Imp. fuit *monotheleta* crudelis. Nam fratrem Theodosium & multos sanctos partim interemit, partim exagitavit, quòd non approbarent *Typum*, h. e. formulam concordiæ à Monotheletis cusam.

720. Bellarminus hæreticis adjungit *Iconomachos*. Sed perperam. Etsi enim hæretici & athei possunt esse iconomachi: tamen iconomachia, quatenus est iconomachia, nullo modo est hæresis, sed bonum opus: quia & Moses, & Ezechias, & alii sancti fuerunt εἰκονομάχοι. Cæterùm controversia iconomachica duravit usque ad excidium Constantinopoleos.

730. Tempore Damasceni floruerunt *Metangismonitæ*, sic dicti, quòd μετάγγισμὸν defenderent, quasi Filius sit in Patre, ut vas in vase.

800. Ab hoc anno usque ad an. Chr. 1520 paucæ novæ hæreses sunt ortæ. Multa autem fuerunt schismata: ubi excellunt schismata Pontificum Rom. de quibus vide Chronologiam Paparum. Huc etiam à Bellarmino refertur *schisma Græcorum*, quod ait anno 860 tempore Nicolai primi cœpisse, authore Photio, sed an. 1050 erupisse, ita ut isto tempore Græci apertissimè se ab ecclesiâ Romanâ diviserint, & errores suos de processione Spiritus sancti à solo Patre, & de sacrificio non celebrando in azymo, & de primatu summi Pontificis, & alios defendere cœperint. Hactenus verba Bellarmini. Sed sciendum est, Græcos non schisma fecisse, sed officium bonorum Christianorum, quando errores ecclesiæ Latinæ rejecerunt, & recusarunt obedire Pontifici Romano: etsi interim negari non potest, illos non uno modo quoque errasse, ut inter alia est illud de processione Spiritus sancti. Porrò Bellarminus in suâ Chronologiâ sequentes commemorat hæreses: an. 1058 *errorem Berengarii* circa eucharistiam: an. 1170 *Valdesii errores*, non esse obediendum Pontifici Romano, indulgentias nihil valere, non extare purgatorium, sanctos non attendere precibus nostris &c. an. 1198 *Albigensium errorem*, qui ecclesiam Romanam diu vexaverint concionibus pariter & armis: an. 1372 *errores Wiclefi:* an. 1400 *errores Johannis Huss:* an. 1517 *errores Lutheri*, quem vocat hæresiarcham, & patrem hæresiarcharum: an.

1516 errores Andreæ Carolostadii: an. 1530 errores Confessionistarum &c. Verùm enimverò non fuerunt hæretici illi doctores, sed reformatores hæreticæ pravitatis in regno Antichristi Romani.

1206. *Almaricus*, doctor Parisiensis, docuit, legem Dei Patris durasse usque ad adventum Christi, legem Christi usque ad Almaricum, legem Spiritus sancti usque ad finem mundi.

1294. *Fratricelli*, authore quodam Hermanno, falsò docuerunt se solos esse veram ecclesiam, & perfectos, uti erant apostoli, & suam sectam immediatè esse à Christo. Rectè tamen docuerunt, authoritatem ecclesiæ Romanæ nullam esse propter malitiam prælatorum. Inter ipsorum placita & hoc fuit: Omnes Pontifices Rom. à tempore Sylvestri fuisse prævaricatores, excepto Cœlestino V. qui raro exemplo, dimissâ sponte summâ dignitate ad monasterium rediit, postquam sedisset mens 5 d. 17.


1299. *Beghardi & Beghinæ*, qui erant monachi & moniales absque votis, docebant, hominem posse in hâc vitâ fieri impeccabilem, & non teneri ampliùs ad jejunia vel orationem, & in gratia crescere non posse.

1520. Ab hoc anno usque ad nostram ætatem pestilentes hæreses ab inferis fuerunt revocatæ. Nam principiò *Anabaptistæ* furere cœperunt. Deinde *Michael Servetus* Hispanus docuit, nullam esse in Deo realem generationem aut distinctionem. Combustus est Genevæ an. 1555. Adhæc *David Georgius* Delphis docuit, se esse eximium prophetam, & Filium Dei Christo majorem, & anno tertio post mortem resurrecturum, & regnum Israel restituturum. *Caspar Swenckfeldius* docuit, humanam Christi naturam post ascensionem mutatam esse in divinam; vocale verbum, tanquam literam occidentem, rejiciendum esse; solo spiritu nos contentos esse debere. *Libertini* sacra quædam Eleusina clam & inter sese docent. *Andreas Osiander* docuit justitiam, qua homo justus est, esse ipsam Dei essentiam. *Matthias Flaccius Illyricus* docuit, peccatum originis esse substantiam. *Valentinus Gentilis*, patriâ Consentinus, anno 1558 Arianismum renovans docere cœpit, tres divinas personas esse tres spiritus æternos, essentiali numero differentes, ita ut Pater sit major Filio & Spiritu sancto. *Franciscus David* in Transylvania docuit solum Patrem esse verum Deum, Filium & Spiritum sanctum esse virtutes Dei, non distinctas à Patre, personâ, vel relatione, vel essentiâ; Christum esse purum hominem, sed dici verbum Dei, quia verba Dei annuntiavit. *Faustus Socinus* corrupit universam theologiam, inprimis de sacrosancta Trinitate, & justificatione hominis coram Deo.

Anno Chr.

1580. *Patroni Ubiquitatis* sive Ubiquevolipræsentiæ ab hoc tempore usque ad nostram ætatem tumultuantur.

1618. *Discipuli Arminii* faciunt schisma in ecclesiis Belgicis usque ad an. 1618.



XXXII. Chronologia mysterii iniquitatis.

Anno Chr.

MYsterium iniquitatis. est doctrina Romani antichristi, quæ hoc modo vires sumsit.

192. *Victor* Papa omnipotentiam Pontificiam parturit violenter tractando quæstionem de Paschæ celebratione. Infantia antichristi.

310. *Constantinus M.* pacem, templa, decimas, & similia dat ecclesiis, quæ rebus istis postea sunt abusæ.

326. In synodo Nicenâ constituitur, ut in singulis provinciis una aliqua ecclesia prima & suprema, & unus aliquis episcopus primus & supremus habeatur, qui Metropolitanus appelletur. Hâc occasione Carthaginensis episcopus factus est Primás ecclesiarum Africanarum, Alexandrinus Ægyptiarum, Antiochenus Syriacarum, Constantinopolitanus Græcarum, & Romanus Italicarum.

418. *Zosimus, Bonifacius I, & Cœlestinus I*, durante concilio Carthaginensi VI, & summis viribus hoc agũt, ut primatum & monarchiam aliquam in reliquos episcopos acquirant, sed excidunt suis ausis, quá de re vide Chronolog. Conciliorum.

516. *Theodoricus*, rex Arianus, ecclesiæ Romanæ & Pontifici multum honoris defert.

600. *Gregorius Magnus*, Papa, magister ceremoniarum, deformat ecclesiam ritibus superstitiosis: & contendit cum patriarchâ Constantinopolitano de primatu.

606. Phocas Imp confirmat *Bonifacio III* privilegium de primatu ecclesiæ Romanæ super omnes ecclesias. Hîc incipit disputatio multiplex Pontificum Romanornm cum episcopis orientalibus de primatu. Porrò Innocentius *Pantheon* Romæ consecrat virgini Mariæ & omnibus Martyribus, consentiente Phocâ. Adolescentia antichristi.

670. Veneti incipiunt eligere ducem de licentiâ Pontificis Adeodati.

704. *Aripertus*, rex Italiæ, alpes Coctias dat ecclesiæ.

713. *Constantino* Pontifici Constantinopolim proficiscenti Imperator *Anastasius* Nicomediæ occurrens prostratus pedes publicè deosculatur.

740. *Ina* rex Angliæ *Gregorio III* regnum suum facit vectigale.

746. Hoc anno *Pipinus* authoritate *Zachariæ* Pontificis rex

Francorum efficitur, & sedi apostolicæ multas ditiones donat.

774. *Carolus* rex Francorum singulos gradus scalarum Basilicæ S. Petri deosculans ad Pontificem *Hadrianum* ascendit, qui eum in atrio super gradus expectabat. Hic est Carolus Magnus.

800. Hoc tempore *Carolus Magnus* ratam habet donationem patris sui Pipini, & sedi apostolicæ plures provincias donat. Hinc Leo III Papa gratitudinis ergo transfert imperium occidentale à Græcis ad Francos in die natalis Domini. Juventus antichristi.

814. *Ludovicus Pius* Imp. ratam habet donationem Caroli patris, & illam accessione aliquâ illustriorem efficit.

884. *Hadrianus III Papa*, Carolo Crasso difficultatibus belli Normannici implicato, ad S. P. Q. R. retulit, *Ne in creando Pontifice Imperatoris expectaretur authoritas, sed ut libera essent & cleri & populi suffragia.*

900. Contra Ludovicum IV Imp. legitimè electum, in Italiâ Pontifex salutat Imperatorem Ludovicum Bosonis F. Ad hunc annum sic adnotat Bellarminus: *Post Carolum Crassum magna est orta perturbatio in Imperio. Alios enim* (Pontifices) *creabant Germani, alios Itali.* Idem ad hunc annum sic adnotat: *Vide seculum infelix, in quo nulli scriptores illustres, nulla Concilia, Pontifices parum soliciti de republ.*

996. Gregorius V. approbat Electores Romani imperii.

1000. *Ordines monachorum* circa hoc tempus incipiunt magno numero. Vide Chronologiam propriam.

1020. *His temporibus*, ait Bellarminus, *quibus Pontifices Romani à pietate veterum degeneraverant, principes seculi sanctitate florebant.*

1073. *Hildebrandus*, nomine Gregorius VII, primus Imperatorem excommunicat, & potestatem constituendi Imp. sibi arrogat. Virilis ætas antichristi.

1076. Clemens VII dat turbas, prohibendo conjugium sacerdotum, & excommunicando Imperatorem.

1096. *Bellum sacrum*, quod appellari solet *Expeditio cruciata*, incipit sub Urbano II & vires Romani Imperii valde debilitat usq; ad an. 1170, Pontificibus Romanis hoc urgentibus, non aliter ac si prora & puppis religionis in terræ sanctæ recuperatione verteretur.

1100. *Paschalis II* primus in epistolis suis annos Imperatoris, ut consuetum erat, numerare desinit & Pontificatus annos substituit.

1140. *Gratianus* compilat decreta, & *Lombardus* sententias: quæ duo scripta Pontificiam omnipotentiam valde promovent.

1155. *Hadrianus IV* Papa Henrico II regi Angliæ concedit Hiberniam, eâ conditione, ut à singulis domibus quotannis

denarium

An. Christi.

denarium S. Petro pendi curet, atque jura ecclesiastica illibata servet.

1177. Papa *Alexander* Imperatori Friderico Barbarossæ collum calcat pedibus pro Papalis suæ humilitatis exuberantiâ.

1198. *Innocentius III* Fridericum II ab Henrico patre imperatorem designatum Germanis libentissimis invidet, atque Othoni fasces deferri extorquet, cum quo Philippus Anticæsar asperrimis præliis conflixit. *Cunradius* Pontificis excommunicationibus perterritus ducatum Spoletanum ipsi remittit.

1199. *Philippo* Franciæ rege excommunicato, dicebatur in Francia, *Regnante Christo*, non, *Regnante Philippo.* Eodem anno

——— *Alphonsus* Leoniæ rex pari excommunicatione urgetur.

1204. *Sedes Constantinopolitana* Romanæ subjicitur per annos 33.

1205. Innocentius canonem Missæ firmat.

1208. *Franciscus*, & non longè post anno videl. 1216, *Dominicus* ecclesiam Romanam senio fatiscentem pristino vigori restituunt. Huc pertinet, quod tradunt historici, Innocentium vidisse in somno Dominicum humeris suis Lateranennensem ædem suffulcientem, ne rueret. Memineris hîc, Gratianum, Lombardum, Franciscum & Dominicum, quatuor evangelistas antichristi, ordine quodam sibi invicem succedere ab an. 1140 usque ad an. 1216.

1208. *Comes Tholosæ* excommunicatur, quòd Albigensibus faveret. Eodem anno & seqq. bellum infertur Albigensibus jussu Pontificis.

1210. *Ottho Imp.* excommunicatur ab Innocentio III.

1211. *Johannes Angliæ rex* anathemate percutitur, & regnum illius primo occupanti permittitur. Hinc anno 1213 regnum Angliæ & Hyberniæ Pontifici obnoxium facit.

1215. Romæ in concilio sancitur transsubstantiatio & confessio auricularis.

1218. *Petrus Altissiodorus* Gallus, Imperator Constantinopoleos, coronam Romæ accipit ab Honorio III.

1220. *Fridericus Imp.* Romæ coronatus ecclesiam Romanam civitate & comitatu Fundorum muneratur.

1221. *Robertus* Constantinopoleos Imperator proficiscitur Romam, ut à Pontifice coronetur.

1223. *Honorius III* invenit Ciborium, in quo hostia asservetur: & præcipit procidere in genua, cùm hostia à presbytero attollitur vel circumfertur.

1224. *Stigmata Francisci* prædicantur.

1228. *Gregorius IX* decimas extorquet Angliæ, & anno seq. constituit, ut in ecclesiis cantetur hymnus beatæ virginis *Salve regina.* Idem an. 1230 compilat Decretales, & docto-

ribus injungit, ut eas toto orbe pro lege habeant. Eodem anno Fridericus Imp. gratiam à Pontifice init pretio unciarum auri centies vicies millium, postquam intercessores frustra adhibuit.

1233. *Gregorius IX* inter alia hoc emblema profert: *Duo sunt luminaria magna, Sol, hoc est, Papa, Luna, hoc est, Imperator.* Hic est, qui adeò vexavit Fridericum Imp. ut ab illo non immerito fuerit appellatus Antichristus.

1240. Pontifex quintum Beneficiorum, ut vocant, rapit in Angliâ: & rursus an 1244 tributum exigit ab Anglis, qui patri spirituali concedendum esse concludunt.

1245. *Fridericus* abdicatur imperio, à Papâ, frustrâ intercedente rege Galliæ. *Multa feriæ* sanctorum sanciuntur.

1246. Matthæus Paris ad hunc annum ita annotat: *Nova in curiâ Romanâ inolevit consuetudo, ut cùm bellum inter aliquos nobiles moveretur, unam partium ad eam confugientem, excommunicando alteram, & illos absolvendo, potenter foveret, ut qui per illam resurgeret, omni tempore ipsi teneretur obligatus.* Porrò hoc tempore Pontifices curiam suam habent, ad quam provocatur in negotiis etiam civilibus. Triens quoque proventuum ecclesiasticorum penditur à devotioribus sacerdotibus, dimidia vero trium annorum à cæteris. Præterea ab Innocentio IV statuitur in concilio Lugdunensi, ut Cardinales incedant galero pallioque miniatis, & vehantur equis phaleratis, ad ordinis cohonestationem.

1249. In Galliis, Belgicâ præsertim, Pontifex primò vicesimam, ac mox decimam omnium proventuum & decimarum exigit, additis contra refractarios comminationibus gravissimis.

1250. Friderico vitâ functo potestas Pontificum valde crescit.

1255. Legati Pontificis absolutionem omnium peccatorum ære mutant in Anglia.

1271. *Gregorius X* creat septem Electores pro suo lubitu.

1274. *Michaël* Imperator Constantinopolitanus in concilio Lugdunensi promittit Pontifici ecclesias Græcas illi obsecuturas.

1279. *Nicolaus III* ab Imperatore Rodolpho Habsburgensi accipit Romaniam cum exarchatu Ravennę, ita ut Imperatori nihil planè ibi liceat. Hic itaque Imperator Imperatores legitimo suo in Italiam jure defraudavit. Etsi enim sequentibus quoque annis Imperator suos in Italia habuerit vicarios: tamen illi titulo tantùm vicarii erant, & à Pontificibus constituebantur.

1283. *Martinus II*, dictus IV, legatum suum in Germaniam mittit, qui pecunias corradat.

Honorius

Anno Chr.

1286. *Honorius IV* vicarium Imperii præficit Italiæ.

1287. *Pontifex* qartam proventuum sacerdotalium partem ex Germaniâ auferre conatur.

1293. *Inauguratio Cœlestini V* bis centenorum millium hominum concursu est nobilis.

1294. *Bonifacius VIII* potestates omnes tum ecclesiasticas, tum civiles, suæ subjectas esse jactat. In publico incedit gladio accinctus, & coronâ redimitus, seque Papam juxta & Imperatorem esse ait, anno 1300, quo primum jubilæum celebravit. Ad regem Franciæ Philippum ita scribit: *Volumus te scire, te in temporali & spirituali nobis subjacere: atque nullius prabenda aut sacerdotii conferendi jus ad te pertinere, Contra sentientes pro insanis habemus.*

1295. Idem *Bonifacius* introducit festos dies apostolorum, evangelistarum & quatuor doctorum ecclesiæ: componit orationem illam, *Ave virgo gloriosa:* sextum decretalium librum edit, & anno 1300 Jubilæum centesimo quoque anno celebrandum in remissionem peccatorum indicendo magnum excitat hominum concursum, adeò quidem, ut vix per urbem quamvis amplam & vastam incedere liceret.

1305. *Clemens V* majore quàm sui decessores solennitate consecratur. Aderant reges Franciæ, Angliæ, Arragoniæ, cum maximâ parte principum Germaniæ & Franciæ. Regum fratres Pontifici ad frænum utrinque ancillabantur.

1311. Acriter disputatur de vilitate, colore, productione, amplitudine, & formâ vestium Cordigerorum, perinde ac si sit articulus fidei. Eodem anno *Templarii* ad mortem passim trahuntur jussu Pontificis. Eodem anno Clemens Papa divulgat acta quædam concilii Viennensis sub nomine *Constitutionum Clementinarum*, quas scholis & ecclesiis obtrudit.

1324. *Bononia* in potestatem Pontificum redigitur.

1333. *Rex Franciæ* cruciatam suscipit. *Johannes* XXII, aliis XXI, postquam Ludovicum Imperatorem satis exagitavit, obit diem suum, & relinquit thesaurum XX decies centenûm millium Philippicorum.

1340. *Benedictus XII* sibi tribuit, quod Imperatoris erat proprium, in civitatibus imperio obnoxiis: & propria authoritate ratam facit aliquot magnatibus & principibus possessionem civitatum & ditionum, in quas, cùm ope Pontificum discerperetur Imperium, ipsi involaverant: veluti Mediolani, Mantuæ, Ferrariæ, Veronæ, Patavii. Circa hoc tempus *omnia Romæ fiunt venalia*

Templa, sacerdotes, sacra, crux, altaria, Christus.

1343. *Clemens VI* Johannis XXII conatus adversus Ludovicum Imp. persequitur, & ipsi præcipit ut intra certum tem-

pus deponat imperium. Hic est ultimus Imperatorum, qui Pontificum odium in se concitavit. Nam sequentes Impp. omnes ad unum ex Pontificum arbitrio pependerunt.

1344. *Clemens VI* insulis Fortunatis sive Canariis præficit regem Ludovicum.

1350. *Clemens VI* decurtato Jubilæi seculo, revocat illud ad annum quinquagesimum. Uno die quinque hominum millia accedunt & recedunt.

1352. *Carolus IV* Imp. Pontificis gratiam captans, omnem ei in Germania authoritatem facit: quâ de causâ *Presbyterorum Imperator, & Imperii Germanici proditor* appellatur. Eodem anno *Joanna Neapolitana* Pontificem civitate & comitatu Avenionis donat, ementito venditionis titulo. Ex eo tempore comitatus ille in ditione ecclesiæ fuit.

1355. *Carolus IV* Imp. Romæ coronatur, duorum Papæ legatorum manu, quibus promittit, se non ampliùs diem unum Romæ moraturum post peractum inaugurationis sacrum, seque confestim ex Italiâ discessurum. Hic exclamat Petrarcha: *O infamem diem! O pudendum fœdus!*

1360. *Transsubstantiatio* passim creditur.

1378. Duo Pontifices sedent, suis stipati Cardinalibus: *Urbanus VI* Romæ, *Clemens* Avenione.

1396. *Bonifacius IX* instituit *annatas*, hoc est, vectigal prædiorum ecclesiasticorum à primo anno possessionis pendendum sedi Romanæ adversus infideles.

1399. Pontifex se constituit dominum urbis Romæ summum & unicum: formam jurisdictionis mutat: tribunos ex authoratis extraneos ad munia urbis arcessit: denique in arce S. Angeli præsidium collocat, ut urbem in officio contineat.

1409. *Alexander V* diplomate stigmata Francisci confirmat, ea in fidei articulis haberi jubet, illisque festum ponit.

1412. Postquam Alexander V translationem Scripturarum in linguas vernaculas damnavit in concilio Pisano, cavet in Angliâ solenni edicto ne quis sacras Scripturas vernaculo sermone explicet. Nam id eodem loco habendum ac hæresin, & æquum in utroque periculum subesse.

1417. *Sigismundus* Imp. Martino V genua ponit, ejusque pedes devotè deosculatur.

1422. Pontifex Germanos quater commovet contra Hussitas. In quartis castris sunt 40000 equitum.

1450. *Nicolao V* sedente tantus est concursus ad Jubilæum, ut ecclesiæ non omnes caperent, multique de ponte S. Angeli in Tiberim sint præcipitati.

1465. *Paulus II* mitram Pontificalem pretiosissimis gemmis coruscam gestat, & primus Pontificum jactat, Pontificem

Roma-

Romanum humana omnia divinaque jura in scrinio pectoris sui continere.

1470. Psalterium Virginis Mariæ, itemque Rosarium, componitur ab Alano de Rupe.

1471. *Sixtus IV* Papa gerit bella quatuor, ex sacerdote factus dux.

1480. Reliquiæ passim in magno sunt pretio.

1484. *Innocentius VIII* indulgentias venum dat, viventibus & mortuis profuturas.

1493. Ferdinandus Catholicus ab Alexandro VI Pontifice terras novas quas per suos detexerat dono accipit. *Idem* Pontifex Africæ oram regi Portugalliæ dono dat. *Idem* indicit Jubilæum Romæ, ad quod vocantur nominatim optimates quique. Remotioribus conceditur, Jubilæum vel apud suos, vel Romæ per illuc missos lucrari numeratâ pecuniâ.

1495. Papa Carolum VIII regem Franciæ titularium Constantinopoleos Imperatorem ponit, regnique Neapolitani investituram illi largitur. *Bajazetus* hoc tempore paciscitur cum Pontifice, se ipsi in singulos annos 60000 ducatorum pensurum, si arma Caroli Turcorum cervicibus avertat. Nempe ab ipsis Turcis pro summo habebatur Pontifex Rom.

1502. *Julius II* abjicit claves Petri in Tiberim, arrepto gladio. Idem an. 1510 jubet Franciæ regem abjicere tutelam Ferrariæ, & contra ipsum parére renuentem conscribit exercitum. Idem anno 1511 munia ducis obit in obsidione Mirandulæ.

1513. Cùm *Leoni X* Bembus cardinalis aliquid ex evangelio objiceret, subridens ille dixit: *Nunquam non compertum abundè fuit, quantum nobis & cœtui nostro contulerit hæc de Christo fabula.*


1517. *Leo X* plenissimas indulgentias circumcirca mittit, decem assibus in singulos æstimatas. Quâ occasione *Lutherus* incipit concionari & scribere contra indulgentias. Atque hîc incipit senectus Antichristi. Senectus antichristi.

1540. Paulo III acclamatum fuit: *Paulo III Opt. Max. in terris Deo.*

1600. *Clemens VIII* celebrat jubilæum.

1605. Papa *excommunicat* Venetos.

1610. Libris Bononiæ & Neapoli excusis præfigitur hæc inscriptio: *Paulo V Vicedeo, Christianæ reip. monarchæ invictissimo, Pontificiæ omnipotentiæ conservatori acerrimo.*



XXXIII. Chronologia ordinum inter monachos.

IN V. T. inter Judæos commemorantur duo ordines, quos Deus probavit. Primus est *Nasiræorum Num. 6.* secundus *Rechabitarum Jer. 35.* Ille cœpit an. M. 2454, hic 3070. Præter hos fuerunt sectæ *Jeroboamitarum*, qui erant idololatræ: *Ammonitarum & Moabitarum*, qui filios suos offerebant idolo Molechi: *Galilæorum, Idumæorum, Samaritanorum*, qui inter Judæos degebant, & aliquid singulare præ reliquis habebant: *Jasonitarum & Menelaitarum*, qui tempore Antiochi Epiphanis sequebantur Jasonem & Menelaum: item *Pharisæorum, Sadducæorum, Hessenorum*, &c. de quibus vide catalogum hæreticorum: *Zelotarum*, qui subinde bellum indicebant reliquis Judæis: *Sicariorum*, qui post excidium urbis & templi hinc indè grassabantur. De his vide *Josephum historicum Judæorum & Sebastianum Franck in Chronico.* Nos

An. Christi. breviter hoc loco enumerabimus præcipuos ordines monachorum.

250. *Paulus Thebæus*, primus eremita, ob persecutionem in eremo mansit usq; ad tempora Constantini Magni.

300. *Antonius Eremita* incipit florere. Hunc in Palæstinâ secutus est Hilarion, Paulus Simplex, & alii *monachi orientales*, qui non habuerunt tot ordines, quot excogitarunt *monachi occidentales*.

323. *Ordo Eremitarum cœpit:* & an. 384 *ordo Basilianorum.*

524. Hoc tempore incipit ordo monachorum *Benedicti*, ita ut Benedictus sit pater omnium monachorum. Hic ordo longè lateque est propagatus. Nam Trithemius anno 1500 numeravit in eo monasteria 15000 & ampliùs, quæ habuerint abbatias: & Volaterranus suo tempore numeravit 24 Pontifices ex hoc ordine, Cardinales 200, Archiepiscopos 1600, Episcopos 4000, Abbates scriptis celebres 15700, sanctos canonizatos 156000.

913. *Ordo Cluniacensis* primus secessionem fecit à regulâ Benedicti.

1012. *Ordo Camaldulensium* incipit authore Romualdo.

1070. Incipit *Ordo Vallis Umbrosæ* authore Johanne Gualberto.

1080. *Ordo Carthusianorum* incipit.

1106. *Ordo Cisterciensis* incipit authore Roberto.

1108. Ordo *Canonicorum Regularium* incipit.

1113. *Ordo equitum S. Johannis Hierosolymitani* incipit.

1119. *Ordo Templariorum* incipit: item *Præmonstratensium.*

1160. *Ordo Carmelitarum* confirmatur ab Alexandro III. Alii referunt ad an. 1245.

Ordo

An. Christi.

1190. *Ordo militum Teutonicorum* incipit.

1197. *Ordo Cruciferorum* confirmatur à Cælestino III.

1200. *Ordo Minorum* confirmatur ab Innocentio III. *Ordo redemtionis captivorum* confirmatur ab eodem.

1208. *Ordo Franciscanorum*, seu Cordigerorum, sive Minoritarum, incipit.

1217. *Ordo Dominicanorum*, seu Prædicatorum, confirmatur ab Honorio III.

1218. *Ordo Carmelitarum* incipit.

1227. *Ordo Sanctimonialium S. Claræ*, quæ sequuntur regulam fratrum Minorum, confirmatur.

1243. *Ordo Eremitarum S. Augustini* ab Innocentio IV hoc nomen accipit: & an. 1254 ab Alexandro IV reducitur ad unum & eundem ordinem, qui hodie est in usu.

1248. *Ordo Sylvestrianorum* confirmatur ab Innocentio IV.

1260. *Ordo Flagellantium* incipit.

1294. *Ordo Cœlestinorum* incipit: & anno 1299 *Ordo Servorum B. Mariæ*: & an. 1328 *Ordo Equitum Christi* in Lusitaniâ.


1352. *Ordo Jesuatorum* incipit authore Johanne Columbino Senense: & an. 1373 *Ordo montis Oliveti.*

1410. Circa hæc tempora confirmātur, *Ordo S. Hieronymi, S. Georgii de Algá & Ordo Scopetinorum.*

1524. *Ordo Clericorum Regularium* confirmatur à Clemente VII. & *Ordo Capucinorum* ab eodem an. 1530: & *Ordo Clericorum S. Pauli* ab eodem an. 1533.

1540. *Ordo Societatis Jesu* authore Ignatio Loyolâ confirmatur à Paulo III. Hic ordo valde crevit, adeo quidem ut totum fere orbem repleverit magnificis collegiis ultra 3000.

1599. Hoc tempore quidam numerarunt 225044 monasteria per orbem Christianum.



XXXIV. Chronologia Theologorum.

An. M.

1. *Patriarchæ ante diluvium.*

1658. *Patriarchæ post diluvium.*

2452. *Prophetæ.*

2454. *Levitæ & sacerdotes.*

(Vide Chronologiam patriarcharum, prophetarum & Pontificum Judæorum.) — Prima ætas theologiæ ante Christum.

3420. *Esdra.*

3699. *LXX Interpretes.*

3700. *Jesus filius Sirachi.*

3780. *Pii doctores tempore Maccabæorum*: itemque tempore Pharisæorum, Sadducæorum, & Hessenorum.

3980. *Christus* incipit anno ætatis suæ 31 docere. — Secunda ætas theolo-

An.Christi.

35. Christus instruit undecim *apostolos Matth.28.* & illos induit Spiritu sancto *Act.2.* Nomina apostolorum hæc sunt: Simon Petrus, Andreas frater Petri, Jacobus filius Zebedæi, Johannes frater Jacobi, Philippus, Bartholomæus, Thomas, Matthæus, Jacobus Alphæi, Judas Jacobi frater, Simon Cananites. His undecim accessit *Matthias*, in locum Judæ Iscariotis *Act.1.* His theologis adduntur Marcus & Lucas evangelistæ: Paulus apostolus: LXX. discipuli Christi. *Luc.10.* Vide Chronologiam conversionis populorum. gia sub Christo.

60. *Patres* peculiari nomine dicuntur excellentes illi theologi, qui proximè sequuti sunt apostolos, ab anno Chr. 60 usque ad an.1020. De his vide peculiarem Chronologiam. Aliâs tempore Patrum vixerunt etiam alii theologi, hoc fermè ordine. Tertia ætas theologiæ tempore Patrum.

70. *Martialis*, episcopus Lemovicensis, claret.

80. *Quadratus*, vidit multos à Christo sanatos.

100. *Papias*, discipulus Johannis, postea author fuit Chiliastarum.

110. *Aristides* philosophus apologiam scribit pro Christianis.

130. *Marcus*, primus episcopus gentilis, Hierosolymæ creatus: non quòd Hierosolyma adhuc fuerit, sed quia episcopi Hierosolymitani fuerunt appellati ratione juris, ut loquuntur, non ratione facti.

150. *Melito* Sardensis episcopus floret: & *Polycrates* Ephesiorum episcopus an.170.

177. *Egesippus* ex Judæo fit Christianus.

180. *Apollinaris*, episcopus Hierapolitanus, floret: item *Dionysius episcopus Corinthiacus. Bardesanes Syrus* scribit contra Marcionem. *Apollonius* philosophus in senatu reddit rationem de Christianâ religione, & ob id decollatur.

180. *Attalus* fit martyr.

190. *Pantænus*, philosophus Christianus & theologus, præceptor Clementis Alexandrini floret.

200. *Symmachus*, interpres Bibliorum, claret: item *Agrippinus* episcopus.

222. *Julius Africanus*, chronologus & theologus, scribit.

226. *Ammonius Alexandrinus* scribit canones evangelicos, sive harmoniam evangelicam.

230. *Ammonius* philosophus Christianus docet Alexandriæ.

240. *Babylas*, episcopus Antiochenus, floret. Fit martyr sub Decio.

250. *Paulus*, primus Eremita, manet in deserto usque ad Constantinum M.

254. *Cornelius Papa* scripsit epistolas.

260. *Sixtus II* Papa & martyr scripsit librum sententiarum sive proverbiorum.

An. Christi.

260. *Dionysius* episcopus Alexandrinus floret.

270. *Victorinus* episcopus Pictaviensis & martyr floret. Ejus commentarius in Apocalypsin extat.

280. *Anatolius*, Laodiceæ episcopus, & *Archelaus*, episcopus Mesopotamiæ, florent.

285. *Methodius Græcus*, episcopus Tyri & martyr, scripsit quædam, quorum fragmenta extant. *Dorotheus Tyrensis* scripsit synopsin de vitâ prophetarum & discipulorum Christi. *Pierius*, presbyter Alexandrinus, dictus Origenes junior, floret.

306. *Constantinus M.* Imp. scripsit & habuit varias orationes Latinas, è quibus hodiè una tantùm superest, pulchra sanè & luculenta de Christi adventu & divinitate.

310. *Antonius* eremita incipit florere: item *Hosius* Cordubensis episcopus, & *Pamphilus* martyr.

312. *Lucianus* instaurat versionem Bibliorum.

326. *Eusebius* Pamphili episcopus Cæsariensis scripsit theologica & chronologica. Fuit Arianus, imò signifer & princeps Arianorum, ut ait Hieronymus. *Paphnutius* confessor hoc etiam tempore floret.

330. *Antonius* abbas scripsit septem epistolas linguâ Ægyptiacâ. *Juvencus* presbyter historiam evangelicam vertit carmine.

340. *Pachomius* ex milite gentili fit monachus, æqualis & discipulus Antonii eremitæ.

340. *Serapion* episcopus scripsit contra Manichæos.

340. *Julius Maternus Firmicus* scripsit librum de mysteriis & erroribus profanarum religionum.

350. *Lucifer episcopus Calaritanus* facit schisma, & fit pater Luciferianorum. *Spiridion* uxoratus Cypri episcopus floret.

350. *Marius Victorinus Afer* in senectute convertitur. Fuit Hieronymi præceptor.

350. *Gregorius Bæticus* in Hispaniâ agit episcopum, *Seladius Agennensis* in Galliâ.

360. *Pacianus* episcopus Barcinonensis scripsit epistolas tres contra Novatianos.

361. *Didymus Alexandrinus*, episcopus Turonensis, cæcus à primâ ætate, dictavit opera plurima & nobilissima.

365. *Titus* Bostrenus episcopus scribit contra Manichæos.

365. *Metrophanes* episcopus floret.

365. *Cyrillus Hierosolymitanus* scribit Catecheses.

368. *S. Martinus* audit Hilarium: postea fit episcopus Turonensis. *Apollinaris*, sive Apollinarius, episcopus Laodicenus, scripsit innumerabilia. Nunc extant solùm psalmi Davidis ab ipso carmine heroico descripti.

368. Sanctus *Ephrem* diaconus Edessenus varia scripsit. *Hilarion* monachus claruit.

369. *Damasus* Pontifex scribit nonnulla. *Faustinus* diaconus scripsit contra Arianos tempore Damasi.

374. *Philo Carpathius* scribit in Canticum canticorum. *Vigilius* episcopus Tridentinus hoc tempore floret. Est alius a Vigilio, qui Patribus annumeratur. Is enim vixit an. 495.

380. *Philastrius* episcopus Brixiæ scribit librum de hæresibus usque ad sua tempora.

380. *Idacius Clarus*, episcopus Hispanus, scribit. *Amphilochius*, Iconii episcopus, fuit doctissimus philosophus & theologus, adeò ut Hieronymus ipsum faciat æqualem Basilio & Gregorio Nazianzeno. Quædam ipsius scripta extant.

390. *Theophilus*, Alexandrinæ ecclesiæ episcopus, Hieronymi æqualis, scripsit tres epistolas paschales. Eodem tempore vixit *Johannes*, episcopus Hierosolymitanus, & *Ruffinus*, presbyter Aquileiensis, uterque Hieronymi æmulus. Huc etiam collocantur *Diadochus*, *Palladius Galata*, *Gaudentius* episcopus Brixiensis, *Aurelius Prudentius* & *Chromatius*, episcopus Aquileiensis, quorum omnium scripta hodiè extant.

410 & 420. Hoc tempore florent *Isidorus Pelusiota* monachus, *Maximus* episcopus Taurinensis, *Synesius* episcopus Ptolemaidis, *Paulinus* episcopus Nolanus, *Severus Sulpitius*, *Lucianus* presbyter, *Paulus Orosius* presbyter Hispanus, *Hesychius* monachus, *Proclus* episcopus Constantinopolitanus, *Marcus Eremita*, *Nonnus Panopolitanus*.

430. *Sedulius* presbyter, scripsit carmine & prosâ. Ab aliis collocatur sub an. 330. *Eusebius Emesenus* scripsit varias homilias. *Sixtus III* Papa scripsit epistolas.

440. Hoc tempore florent & scribunt, *Eucherius* episcopus Lugdunensis, *Claudianus Mammertus* episcopus Viennensis, *Sidonius Apollinaris* episcopus Arvernensis, *Johannes Cassianus* Massiliensis presbyter in Galliâ, *Vincentius Lirinensis* presbyter, *Socrates* & *Sozomenus* scriptores historiæ ecclesiasticæ, *Petrus Chrysologus* episcopus Ravennas, *Leo Magnus* Papa, *Flavianus*.

445. *Nilus* monachus Constantinopolitanus, *Simeon Stylita* (sic dictus, quòd annis 81 steterit in columnâ) *Hilarius Arelatensis*, *Theodulus* episcopus in Cœlosyriâ, *Prosper Aquitanicus*, *Arnobius junior*, florent & scribunt.

460. *Theodorus* presbyter, & *Salvianus* episcopus Massiliensis scribunt.

470. *Faustus Regiensis* in Galliâ, *Salonius* episcopus Viennensis, Eugerii filius, & *Remigius* episcopus Rhemensis florent.

An. Christi.

490. *Æneas Gazius, Cerealis* episcopus Africanus, *Victor Uticensis* episcopus, *Gennadius Massiliensis* episcopus, & *Pomerius* presbyter florent & scribunt.

492. *Gelasius* Papa scribit.

495. *Gelasius Cizycenus, Gilda Sapiens, Paschasius* diaconus Cardinalis, *Cæsarius Arelatensis* episcopus & *Cassiodorus* clarent & scribunt.

500. *Andreas* episcopus Cæsareæ Cappadociæ, *Ennodius, Petrus Diaconus, Boëtius* philosophus & theologus, clarent & scribunt.

510. *Eugippius* abbas Africanus floret.

520. *Marcellinus Comes*, *Johannes Maxentius* monachus & presbyter Antiochenus, *Fortunatus* episcopus Pictaviensis, & *Avitus Alcimus* episcopus Viennensis, florent & scribunt.

525. *Dionysius Exiguus* scripsit cyclum Paschalem & collectionem sacrorum canonum. Idem omissâ profanâ numeratione annorum ab imperio Diocletiani persecutoris, numerare cœpit ab incarnatione Jesu Christi.

530. *Victor Africanus* episcopus scribit ad Hunericum regem Vandalorum de ratione fidei Catholicæ.

540. *Leontius Byzantinus* monachus scribit contra Nestorianos & Eutychianos. *Victor Capuanus* episcopus etiam hoc tempore scribit: item *Justus Orgelitanus* episcopus, & *Arator* poëta.

544. *Anastasius Sinaita* scribit.

545. J*unilius*, episcopus Africanus, & *Primasius*, discipulus Augustini, & Junilio familiaris, itidem episcopus Africanus Uticæ vel Justinopilis, scribunt.

560. *Martinus* Dumiensis abbas, & postea episcopus Bracarensis, scribit: item *Procopius Gazæus*, J*ohannes Climacus*, *Dorotheus Archimandrita*, *Medardus* episcopus Noviomensis, *Datius Mediolanensis* episcopus, & *Liberatus* archidiaconus Carthaginensis.

570. *Venantius Fortunatus* episcopus Pictaviensis scribit.

580. *Rupertus* Bavarorum apostolus: item *Augustinus & Mellitus* Anglorum apostoli florent.

596. *Euagrius Scholasticus*, & *Gregorius Turonensis* episcopus, scribunt.

600. *Gregorius Magnus* Papa scribit.

601. *Hesychius* episcopus Hierosolymitanus scribit.

630. *Sophronius* episcopus Hierosolymitanus ultimus floret ac scribit.

630. J*onas Hybernus*, aliâs Anglus, Angliam, Gallias & Italiam mirificè illustrat ut novus quidam apostolus.

640 *Eligius* episcopus Noviomensis scribit: & *Adrianus* epi-

ſcopus Northumbrorum in Scotiâ floret, item *Arbogaſtus* epiſcopus Argentoratenſis.

650. *Eſaias* abbas floret: & *Maximus* monachus Conſtantinopolitanus ac martyr ſcribit.

652. *Audoënus*, ſive *Dado*, epiſcopus Rotomagenſis claret.

658. *Hildephonſus* epiſcopus Toletanus ſcribit.

670. *Cæſarius* Lirinenſis abbas floret.

680. *Smaragdus* abbas in Angliâ, & *Kilianus* Scotus epiſcopus Herbipolenſis, florent. *Julianus* epiſcopus Toletanus, & *Anaſtaſius* epiſcopus Nicænus, ſcribunt.

710. *Bonifacius* archiepiſcopus Germanicus ſive Moguntinus, aliâs Venofridus, claret, ac ſcribit epiſtolas. Coronatus eſt martyrio.

715. *Gregorius Junior* ſive II, Papa, ſcribit: item *Anthelmus* epiſcopus in Scotiâ, & *Marcellinus* presbyter.

720. *Othmarus* monachus claret. Ab hoc *lagena Othmari* abiit in proverbium. *Germanus* epiſcopus Conſtantinopolitanus ſcribit hoc tempore.

740. *Coſmas*, Johannis Damaſceni ſocius, floret: item *Antonius Meliſſa* monachus.

760. *Rupertus* epiſcopus Wormatienſis, & *Clemens Antiſiodorenſis* epiſcopus, diſcipulus Bedæ, florent. *Johannes Mailroſius* Scotus, & *Johannes Hieroſolymitanus* patriarcha florent.

770. *Paulus Diaconus*, charus Deſiderio regi & Carolo M. ſcribit: & *Hadrianus I* Papa, an. 772.

780. *Paulinus* Aquileienſis epiſcopus ſcribit: item *Albinus* ſeu *Alcuinus*, Anglus, Bedæ diſcipulus, & Caroli M. præceptor atque familiaris.

811. *Nicephorus* epiſcopus Conſtantinopolitanus ſcribit.

812. *Uſuardus* monachus ſcribit martyrologium.

812. *Ludgerus*, primus epiſcopus Monaſterienſis, floret: item *Eginartus* cancellarius Caroli M.

820. *Paſchaſius Ratbertus* abbas Corbeienſis, *Anſgarius* monachus Corbeienſis, *Claudius Scotus*, *Jonas Aurelianenſis* & *Theodorus Studites* clarent ac ſcribunt.

830. *Halitgarius* epiſcopus Cameracenſis, *Amalarius Fortunatus* epiſcopus Trevirenſis, *Nithardus* Caroli M. nepos ex Berthâ filiâ, *Freculphus* epiſcopus Lexovienſis, & *Hilduinus* abbas S. Dionyſii florent & ſcribunt.

835. *Theodelphus* epiſcopus Aurelianenſis ſcribit.

840. *Strabus Fuldenſis*, monachus, Rabani diſcipulus, ex operibus magiſtri decerpit gloſſam, quæ dicitur ordinaria, in ſcripturas utriusque teſtamenti: quæ poſtea aucta & ornata fuit à poſterioribus.

850. *Bertramus*, presbyter in Galliâ, floret ac ſcribit: item *Eulo-*

gius

An. Christi.

gius martyr episcopus Toletanus: item *Angelomus* monachus Gallus, *Christianus Druthmarus* monachus itidem Gallus, *Walafridus Strabo* abbas Augiæ, & *Simeon Metaphrastes.*

858. *Nicolaus I* Papa, *Photius* patriarcha sive episcopus Constantinopolitanus, *Nicetas David*, *Anastasius* bibliothecarius & abbas Romanus, scribunt.

860. *Hincmarus* archiepiscopus Remensis scribit.

870. *Huldericus* episcopus Augustanus scribit: item *Johannes Diaconus*, *Aimonius monachus & Ado* episcopus Viennensis.

880. *Othfridus & Paschasius* florent.

890. *Remigius Antisiodorensis* scribit: item *Ambrosius Ansbertus.*

900. *Leo VI*, Imp. Constantinopolitanus, cognomento Sapiens, scripsit orationes itemque epistolam ad regem Saracenorum de Christianæ fidei veritate.

906. *Marcus Eremita, Rhegino abbas, & Radulphus Flaviacensis* scribunt.

946. *Luitprandus Ticinensis, & Witichindus* monachus Corbeiensis, scribunt. *Hadamarius* item abbas Fuldensis, & *Giselbertus* monachus, florent.

960. *Moses Barkepha*, episcopus Syrus, scribit.

990. Huc à quibusdam collocatur *Smaragdus* abbas in Angliâ.

1010. *Fulbertus* Carnotensis episcopus, *Burchardus* episcopus Wormatiensis, & *Berno* abbas Augiensis scribunt.

1050. *Scholasticos* vide in Chronologiâ propriâ. Quarta ętas theologiæ sub Scholasticis.

1050. *Glaber Rodulphus* monachus, *Hermannus Contractus* ex familiâ Comitum Zeringensium monachus Augiæ prope Constantiam, & *Leo* IX Papa, scribunt.

1060. *Humbertus Cardinalis & Petrus Damiani* scribunt: item *Adelmannus* episcopus Brixiensis, & *Haymo* archidiaconus Cantuariensis.

1070. *Georgius Cedrenus*, *Ado* Trevirensis episcopus, *Adamus* Bremensis Canonicus & *Johannes Curopalates* scribunt.

1077. *Anselmus* Lucensis episcopus scribit eodem fere tempore, quo *Anselmus Cantuariensis*, de quo vide Chronologiam Scholasticorum. Hoc etiam tempore scribunt *Anselmus Laudunensis*, author glossæ interlinearis, *Bertholdus Constantiensis*, *Johannes Micrologus*, *Olympiodorus*, *Lambertus Schafnaburgensis & Ingulphus Anglus.* Quidam *Olympiodorum* collocant ad an. 570: quidam ad 800.

1080. *Marianus Scotus* monachus Fuldensis, *Bruno* Carthusianorum institutor, & *Ivo* Carnotensis episcopus, scribunt.

1090. *Samuel Marochianus*, ex Judæo Christianus, scribit contra Judæos.

An. Christi.	
1100.	*Leo Ostiensis, Zacharias Chrysopolitanus, Sigebertus* historicus monachus, *Godfridus* abbas Vindocinensis, *Berengosius* abbas, *Euthymius Zigabenus, Johannes Zonaras* monachus, & *Rupertus* abbas Tutiensis, scribunt.
1130.	*Algerus* monachus, *Hildebertus* archiepiscopus Turonensis, & *Petrus Cluniacensis* abbas æqualis Bernhardi & Hugonis de sancto Victore, scribunt.
1145.	*Ottho Frisingensis* scribit.
1177.	*Theorianus, Hugo Etherianus, Arnoldus Carnotensis, Johannes Saresberiensis, & Gulielmus Tyrius*, scribunt.
1190.	*Gothefridus Viterbiensis, Theodorus Balsamon* patriarcha Antiochenus, & *Joachimus* abbas scribunt.
1200.	*Innocentius III* Papa scribit. Ejus opera duobus tomis continentur.
1215.	*Conradus* Urspergensis abbas scribit.
1220.	*Antonius de Paduâ* claret.
1240.	*Jacobus à Vitriaco*, episcopus Tusculanus, scribit.
1245.	*Hugo de S. Caro* scribit brevia commentaria in universa Biblia; item Concordantias Biblicas.
1265.	*Robertus Sorbona*, author collegii Sorbonæ apud Parisienses, scribit: item *Thomas Cantipratensis*.
1290.	*Raimundus Lullius* varia scribit in philosophiâ & theologiâ.
1305.	*Nicephorus Callistus* scribit: item *Idiota*, qui nomine proprio suppresso edidit libros quinque Contemplationum, regulas 12 vitæ Christianæ, & quædam alia.
1320.	*Nicolaus Lyranus*, aliâs de Lyra, ex Judaismo conversus ad fidem Christianam, & Ordine minorum assumto, scripsit Postillam sive commentarium in universa Biblia.
1330.	*Guido Carmelita* scribit de omnibus hæresibus: *Petrus Bertrandus* de jurisdictione ecclesiastica: *Astesanus Astensis*, summam casuum conscientiæ: *Landulphus Carthusianus*, commentarium in psalmos, & historiam vitæ Jesu Christi.
1340.	*Simon de Cassiâ*, & *Nicolaus Cabasila* archiepiscopus Thessalonicensis scribunt.
1350.	*Richardus Radulphus*, Armachanus archiepiscopus, floret.
1360 & 1370.	*Franciscus Petrarcha, & Johannes Taulerus* scribunt. *Johannes Wiclef* docet in Anglia.
1380.	*Johannes Rusbrochius* scribit.
1410.	*Vincentius Ferrerius* floret.
1414.	*Johan. Huss, & Hieronymus de Pragâ* docent.
1430.	*Paulus Burgensis*, ex Judæo Christianus episcopus, scribit additiones ad Postillam Lyrani.
1438.	*Bernhardinus Senensis* scribit varias homilias.

Johannes

Anno Chr.

1440. *Johannes de Capistrano, Alphonsus Tonstatus & Antoninus Florentinus* scribunt.


1450. *Æneas Sylvius,* postea Papa Pius II. scribit.

1460. *Laurentius Justinianus,* primus patriarcha Venetus, scribit: item *Bessarion Cardinalis, Gregorius Scholarius, Georgius Protosincellus*; item *Dionysius Carthusianus & Thomas de Kempis,* uterque Belga, & sanctimoniæ studiosus.

1480. *Ambrosius Camaldulensis, Pacificus* monachus, *Angelus Clavasius* (author summæ casuum conscientiæ, quæ dicitur angelica) *Baptista Trovamala,* (author summæ casuum conscientiæ, quæ dicitur Rosella) *Johan. Picus,* & *Marsilius Ficinus,* scribunt.

Quinta ætas theologiæ incipit sub Luthero, ubi sunt theologi Papistæ, Lutherani, & Orthodoxi, è quibus præcipui sunt isti. Quinta ætas theologiæ sub Luthero.

Papistæ.	Lutherani.	Orthodoxi.
1520. *Johan. Eckius, Johan. Roffensis episcopus*, aliàs *Fischerus, Thomas Cajetanus, Thomas Morus, Johan. Faber, Johan Cochlæus, Ambrosius Catharinus, Albertus Pighius*, qui omnes scripserunt adversus Lutherum.	*Lutherus 1517.*	*Zwinglius 1519.*
1530. *Canisius, Steuchus, Latomus.*	*Melächthon, Brentius & Bugenhagius 1520.*	*Bucerus, Carolstadius, OEcolampadius 1520.*
1550. *Julius* Pflug/ *Polus, Staphylus, Hosius.*	*Erasmus Alberus, Andreas Osiander, Erhardus Schnepfius Caspar Cruciger, Urbanus Regius. 1525.*	*Leo Judæ, Cunradus Pellicanus 1530.*
1580. *Gregorius de Valentia.*	*Mathesius, Matthæus Judex, Flacius Illyricus, Marbachius, Westphalus Simon Pauli,* ab an. 1530 ad 1570.	*Johan. Calvinus, Bibliander, Marloratus, Viretus, Musculus,* florent anno 1535.
1590. *Bellarminus, Baronius &c.*	*Jacobus Andreæ, Chemnitius, David Chytræus, Hunnius,* ab anno 1550. ad 1600.	*Petrus Martyr, Hieron. Zanchius, Bullingerus, Ursinus Boquinus, Olevianus, Peucerus, Zegedinus, Aretius, Simlerus, Lavaterus, Gvaltherus, Beza, Sadeel, Danæus, Tossanus* ab an. 1550 ad an. 1590.



XXXV. *Chronologia Kabbalistarum & Rabbinorum.*

KAbbalistæ Judæis peculiari prærogativâ dicuntur, qui à monte Sinai usque ad Talmud confectum propagarunt doctrinam sacram, hoc ordine.

Anno M.		Num. Kabbalist.
2452.	*Moses*, qui Kabbalam accepit à Deo.	1.
2493.	*Josua*	2.
2520.	*Pinehas*	3.
2809.	*Eli*	4.
2849.	*Samuel*	5.
2890.	*David*	6.
2970.	*Abihu Silonites*	7.
3030.	*Elias:* quem Judæi adhuc supereſſe dicunt.	8.
		9.
3050.	*Eliſæus*	10.
3090.	*Jojada*	
	(Josua – Jojada:) Seder Olam, i.e. Chronologia Judæorum committit ἀναχρονισμὸν in ſingulis annis totius ſyſtematis chronologici.	
3130.	*Hoſeas*	11.
3140.	*Joël*	12.
3150.	*Amos*	13.
	(Hoſeas, Joël, Amos:) Judæi in Seder Olam commemorant iſtos prophetas hoc ordine: *Zacharias*, *Hoſeas*, *Amos*, *Micha*, *Joel*, *Nahum*, *Habbacuk*. Sed Chronologia repugnat.	
3170.	*Zacharias*, alius ab eo cujus prophetia extat.	14.
3188.	*Micha.*	15.
3220.	*Habbacuk.*	16.
3238.	*Nahum.*	17.
3316.	*Zephanja.*	18.
3320.	*Jeremias.*	19.
3360.	*Baruch.*	20.
3420. 3645.	*Esdra* cum viris ſynagogæ magnæ, qui fuerunt numero CXX, ex quorum reliquiis fuit *Schimeon Hazzaddik*, i. e. Juſtus. Hic obſerva, Judæos obſignationem viſionis, quam vocant *Chaſimas Chaſon*, collocare in an M. 3442.	21.
3699.	*LXX Interpretes.*	22.
3710.	*Jeſchua Ben Sirach.*	23.
3720.	*Antignus Iſch Socho.*	24.
3730.	*Joſe Ben Joëſer.*	25.
3750.	*Jehoſua Ben Barachia & Nitthai Arbelites.*	26.
3809.	*Jehuda Ben Thabbeai & Schimeon Ben Schatach.*	27.
3920.	*Schemaja & Abtalion, Gere Zedeck.*	28.
3930.	*Hillel & Schameai. Jonathan Ben Uziel* paraphraſtes Chaldæus floret an. 3928. Sed non venit in computum Kabbaliſtarum.	29.
Anno Chr.		
1.	*Rabban Schimeon I, Ben Hillel.*	30.
8.	*Rabban Johanan Ben Sakkai.*	31.
10.	*Rabban Gamliel I*, præceptor Pauli.	32.
58.	*Rabban Schimeon II. Philo*, Judæus Alexandrinus, ſub Caligula an. Chr. 40. *Joſeph Ben Gorjon*, ſive Joſippus, floret ſub Veſpaſiano, an. Chr. 71. R. *Eleazar Magnus* ſub eodem, ut & R. *Jehoſua Ben Chanania.*	33.
73.	*Rabban Gamliel II.* Rabbi *Akifa*, proſelytus, floret an. 80. *Onkelos Ger*, paraphraſtes Chaldæus, an. 90. *Akilas Ger*,	34.

para-

paraphrastes Græcus, eodem tempore. R. *Ismael* anno 90 ostendit modos tredecim interpretandi legem.

121. *Rabban Schimeon III.* Hoc quoque tempore vixit R. *Meir* proselytus, & R. *Jehuda Ben Thema.* 35.

150. *Rabbenu Haccadosch*, sic dictus ob eximiam doctrinam & 36.
sanctitatem (scilicet Pharisaicam) aliâs *Rabbi Jehuda Hannasi*, i.e. princeps, quia fuit præses Sanhedrin sive magni Senatus: item, author *Mischna sive Mischnajos*, id est, δευτερώσεως Judaicæ: hic, inquam, omnes majorum traditiones, sive Kabbalam, redegit in unum volumen, sex partibus distinctum, quod postea vocatum est *Talmud*, q.d. doctrinale. Hic Rabbi familiaris fuit imperatori Antonino Pio. Atque hæc est διαδοχὴ, *successio*, Kabbalistarum, ubi solet moveri hæc quæstio, An hodiè extent opera Rabbinorum, qui scripserunt ante Christi adventum? Johannes Garetius, & alii nonnulli ajunt, Bellarminus negat, quòd in iis scriptis, quæ dicuntur esse prodita ante Christum, fiat mentio eversionis Hierusalem & templi per Titum Vespasiani. Hîc non est [illegible]tio prætereundum, librum *Zohar* omnium Hebræorum consensu ante editum Talmud esse conscriptum. Cùm verò in isto libro non tantùm punctorum & accentuum fiat mentio, sed & nomina quorundam, ut *Chirek*, *Cholem*, *Schurek*, *Segol*, *Tzere*, *Scheva*, *Segolta*, *Maccaph*, *Sarka*, *Schopharholech &c.* exprimantur; cùm, inquam, hæc ita se habeant, falsum est, puncta Hebræorum à Massorethis inventa esse. Ego sic judico: Puncta Hebræorum semper fuerunt inde ab initio hujus linguæ, tametsi non semper scribendo expressa fuerunt.

219. *R. Chija*, author Thosaphoth.

230. *Rabbi Jochanan* composuit Talmud Hierosolymitanum in Judæa.

243. *Samuel Jarchinas* fuit astronomus.

353. *Raf Papa Hebræus.*

358. *Hillel Hannasi*, author Kalendarii Hebraici.

367. *Raf Asse*, author Thalmud Babylonii, quod sic appellatur, quia compositum fuit in Babylone. Iste Rabbi fuit rector scholæ Suriensis, qui morte præventus non potuit absolvere Talmud Babylonium. Completum autem fuit à
429. *Mare Mar*, successore R. Asse, qui obiit an. 429: & à *Mar* filio Raf Asse, aliisque eorum sociis: & septuagesimo tertio demum anno post mortem Raf Asse obsignatum & universaliter à Judæis receptum fuit.

474. *Rabbena, sive Raf Asina.*

476. *Rabbini Tiberiadis* confecerunt Massoram: unde appellantur Massoritæ.

An. Chriſti.

500. Hoc anno contigit obſignatio Talmud Babylonici, quo continetur jus divinum & Judaicum.

920. *Raf Schadia*, præfectus ſcholæ Surienſis, floret.

967. *Raf Scherira & F. R. Hai.*

1070. *Rabbenu Gerſchom*, Gallus: item *R. Moſche Haddarſchan* Narbonenſis, itidem Gallus.

1080. *Iſaac Beimiram*, medicus.

1103. *Raf Alphes.*

1105. *Rabbi Schlomoh Jarchi*, dictus Raſchi, fuit Gallus doctiſſimus, qui ſcripſit commentaria in univerſa Biblia & in Talmud.

1106. *R Nathan* compoſuit Aruch ſeu Lexicon Talmudicum, unde Baal Aruch dicitur.

1135. *David Al David*, pſeudomeſſias, decollatur.

1136. *Seder Olam* hoc tempore concinnatur.

1140. *Rabbi Jehuda Levita* ſcribit librum Coſri.

1167. *R. Moſe BenMaimon*, dictus Ramban.

1173. *R. Benjamin*, author Itinerarii.

1174. *R. AbenEzra*, Hiſpanus doctiſſimus, ſcribit in univerſa Biblia.

1190. *R. David Kimchi, & Moſche Kimchi*, fratres, ſunt Grammatici Hebræorum doctiſſimi.

1194. *R. Moſche Gerundenſis*, dictus Bar Næchman.

1220. *R. Schimſchon & R. Jehuda Chaſid*, præceptores *Rabbenu Moſche Mikkozi.*

1270. *R. Moſche Aben Tafon*, Euclidem vertit in Hebræum, qui hodiè extat.

1286. *R. Meir de Rotenburg*, ſcribit librum Raccanath.

1290. *R. Menahem Raccanathi.*

1293. *R. Schem-Tof.*

1310. *R. Jzhac*, author libri Jeſod Olam.

1330. *R. Aharon Haccohen*, ſcribit librum Orach Chajim.

1400. *Don Meir*, medicus regis Caſtiliæ.

1425. *R. Joſeph Alba*, author Sepher Ikkarim, h. e. libri articulorum fidei.

1427. *R. Mordechai*, author Concordantiarum Hebraicarum.

1435. *Paulus Burgenſis*, è Judæo Chriſtianus.

1459. *R. Lipman*, blaſphemus, author libri Nizzachon.


1460. *R. Abraham*, aſtrologus vaniſſimus. Prædixit adventum Meſſiæ anno 1464.

1490. *R. Elia Miſrachi, R. Izhac ben Ormaah, & R. Jaacof Aben Chaſif*, σύγχρονοι.

1517. *Elias Levita*, cognomento *Hammedakdek*, i. e. Grammaticus, mortuus eſt anno 1547, cùm ante mortem Chriſto nomen dediſſet, adductis ſecum aliis triginta Judæis ad ſuſcipiendum baptiſmum. Qui deinceps claruerunt Rabbini,

Chriſtia-

Christianis non sunt adeo noti. Nullum itaque fuerit operæpretium illos recitare.



XXXVI. Chronologia Patrum.

An. Christi.

Patres, qui sic per excellentiam vocantur, dividuntur in tres classes sive ordines, ita ut quilibet ferè ordo trecentos propemodum complectatur annos. *In primo ordine* sunt Patres, qui inde à temporibus apostolorum usque ad Concilium Nicenum, anno 326, vel, si malis, usque ad an. 300, floruerunt. Sunt autem numero XVII, hoc modo. Prima classis Patrum ante concilium Nicenum.

60. *Dionysius Areopagita*, fuit discipulus apostoli Pauli *Act.* 17. Ipsi tribuuntur opera de cœlesti & ecclesiasticâ hierarchiâ, & quædam alia. 1.

70. *Clemens Romanus*, Papa & martyr sub Trajano. Opera ipsi tribuuntur hæc: variæ epistolæ, Canones apostolorum, libri recognitionum, & libri constitutionum apostolicarum. 2.

71. *Ignatius* hoc anno fit episcopus Antiochenus, tertius post Petrum & Euodium. Ejus epistolæ extant. 3.

71. *Polycarpus*, episcopus & martyr, fuit æqualis Ignatii, & supervixit usque ad imperium M. Antonini. Ejus epistola ad Philippenses extat. 4.

72. *Hermes*, quem Paulus salutat *Rom.* 16. Huic tribuunt librum, qui inscribitur Pastor. 5.

150. *Justinus Martyr & Philosophus* scripsit apologiam pro Christianis an. 150 à nativitate Christi. Quædam ipsius opera extant. 6.

155. *Athenagoras*, æqualis Justini fuit, & insignem quoq; apologiam pro Christianis scripsit, quæ una cum libro de resurrectione extat. 7.

170. *Theophilus*, episcopus Antiochenus, sextus à S. Petro. Ipsius commentaria in quatuor evangelistas, & libri tres ad Autolycum extant. 8.

170. *Tatianus*, Justini auditor, post martyrium Justini defecit à fide, & factus est hæresiarcha. Ejus liber contra gentiles extat. 9.

180. *Irenæus* scripsit multa, è quibus duntaxat quinque libri ad nos pervenerunt. De his quæritur, Græcéne an Latinè sint ab authore scripti, quoniam non inveniuntur nisi Latinè conscripti. 10.

203. *Tertullianus*, tertius scriptor Latinus post Apollonium & Victorem, fuit presbyter Carthaginensis, & initio ardentissimi zeli: deinde in Montani hæresin prolapsus strinxit calamum adversus orthodoxos. Ejus opera extant uno tomo. 11.

204. *Clemens Alexandrinus*, presbyter ecclesiæ istius loci, fuit 12.

Pantæni martyris discipulus, & Origenis præceptor. A Cassiodoro appellatur Contextor. Scripsit multa, è quibus extant Stromatũ libri 8, pędagogi lib. 3, & Oratio ad gentes.

226. *Origenes Adamantius*, deceptus ex Platonis philosophiâ, in multos incidit errores. Ipsius opera ascendunt ad sena millia librorum, teste Epiphanio. Sed maximam partem perierunt. Duo tomi hodiè extant. 13.

233. *Gregorius Neocæsariensis* episcopus, fuit auditor Origenis, & à magnitudine miraculorum appellatur Thaumaturgus. 14.

240. *Cæcilius Cyprianus*, ex mago episcopus Carthaginensis, diligentissimè legit Tertullianum. Opera ejus constituunt unum tomum. 15.

285. *Arnobius*, factus ex pagano Christianus, scripsit contra Porphyrium, & contra gentes. 16.

290. *Lactantius Firmianus*, Arnobii auditor, pervenit in senectute ad principatum Constantini Magni. Hic est Cicero Christianorum, quemadmodum Cyprianus, eorundem Cæsar, ob similitudinem styli. 17.

In *secundo ordine* sunt Patres XX, qui claruerunt à Concilio Niceno id est, ab anno 326, usque ad an. 602, quo Phocas cœpit imperare, vel, si malis, ad an. 681, quo celebrata fuit sexta & ultima synodus œcumenica, nempe Constantinopolitana III. Series talis est. Secunda classis Patrum à Cõcilio Niceno usque ad Phocam Imp.

326. *Athanasius*, episcopus Alexandrinus, multifariam fuit exercitus ab Arii sectatoribus. Scripsit symbolum, quod obtulit Concilio Niceno. Hoc demum post annos fere 300 est publicatum in concilio Toletano. Ejus opera tomis quatuor comprehenduntur. 1.

340. *Macarius*, cognomento Senior, scripsit homilias LII. 2.

355. *Hilarius*, Pictavorum in Galliâ episcopus, fuit Athanasii æqualis. Cùm esset jam provectæ ætatis, Christianus est factus. 3.

361. *Optatus Milevitanus*, episcopus ejus loci in Africâ, floruit. 4.

370. *Basilius Magnus*, archiepiscopus Cæsariensis in Cappadociâ, floruit sub Valente. Opera ejus vulgo rediguntur in quatuor tomos. 5.

370. *Gregorius Nazianzenus*, episcopus ejus loci, cognomento theologus, fuit æqualis Basilii & studiorum comes. 6.

370. *Epiphanius*, Salaminæ Cypri episcopus, floruit sub Valente, Gratiano & Theodosio. 7.

374. *Ambrosius*, episcopus Mediolanensis, Gratiano & Theodosio imperantibus floruit. Quinque tomi ejus hodiè supersunt. 8.

380. *Gregorius Nyssenus*, episcopus ejus loci uxoratus, fuit frater Basilii, interfuit Concilio Constantinopolitano primo, & scripsit symbolum in eâ synodo editum. 9.

Hiero-

An. Christi.

385. *Hieronymus*, Stridonensis episcopus, floruit anno 14 Theodosii, ut ipse de se testatur. Ejus opera compinguntur tomis novem. 10.

390. *Aurelius Prudentius*, poëta, floruit sub Theodosio seniore & filiis ejus. 11.

398. Johannes *Chrysostomus*, primò versatus in foro, postea factus monachus, tum presbyter Antiochenus, denique episcopus Constantinopolitanus; non sine causâ vocatur Demosthenes Christianorum. Opera ejus redacta sunt in quinque tomos. 12.

420. *Augustinus*, episcopus Hipponensis in Africâ, fortissimè pugnavit contra Manichæos, Donatistas, Anthropomorphitas, Helvidianos, & Pelagium. Opera ejus comprehenduntur tomis decem. 13.

430. *Cyrillus*, episcopus Alexandrinus, imperante Theodosio juniore præfuit cōcilio Ephesino coacto contra Nestorium. Opera ejus redacta sunt in duos domos. Hic Cyrillus est alius à Cyrillo episcopo Hierosolymitano. 14.

430. *Theodoretus*, episcopus Cyri, fuit æqualis Cyrilli, & aliquando etiam adversarius, utpote Nestorianus. Sed postea resipuit, & Nestorianam hæresin anathematizavit. Tomi duo ipsi tribuuntur. 15.

440. *Leo Magnus*, Papa, scripsit homilias & epistolas. Inter epistolas excellit, quæ dicitur fundamentum fidei. 16.

445. *Prosper Aquitanus*, episcopus Rhegiensis in Galliâ, scripsit chronologica & theologica, in quibus etiam sunt quædam carmina. 17.

495. *Vigilius* scripsit libros valde eruditos contra Nestorium & Eutychen. Quidam putant hunc Vigilium esse episcopum & martyrem Tridentinum Quod si ita est, pertinebit ad annum 450 juxta centurias Magdeburgenses. Verùm videtur esse alius ab isto. Nam Arator poëta offert sua poëmata huic Vigilio, qui scripsit contra Eutychen. Arator autem iste pertinet ad an. 520 non ad an. 400, quo vixit Vigilius episcopus Tridentinus, ad quem scripsit Ambrosius. 18.

500. *Fulgentius Carthaginensis*, fuit episcopus Ruspensis. Quædam ejus opera extant. 19.

596. *Isidorus Junior*, episcopus Hispalensis, scripsit philologica, historica & theologica. 20.

In tertio ordine sunt Patres VII, qui, exceptis duobus ultimis, floruerunt inde ab an. 681, usque ad an. 1050, quo Scholastici cœperunt. Tertia classis Patrum à Concilio Constantinopolitano 1.) III usq; ad Scholasticos.

700. *Beda Venerabilis*, presbyter in Anglia, scripsit multa, quæ octo tomis comprehenduntur.

731. Johannes *Damascenus*, æqualis fuit Bedæ, & ut hic occi- 2.

dentem, ita ille orientem illustravit. Quidam collocant Damascenum sub Theodosio Seniore. Sed errant. Scripsit enim adversus Leonem Isaurum pro defensione imaginum. Scripsit multa, atque inprimis libros 4 de orthodoxâ fide, in quibus ipse primus universam theologiam methodo aliquâ comprehendere est aggressus; quod imitatus est longo pôst tempore Lombardus.

830. *Rabanus Maurus*, abbas Fuldensis, & postea episcopus Moguntinus, multa scripsit prosâ & versu. Edidit commentaria in universam Scripturam. Tantæ fuit eruditionis, ut nec similem Italia, nec parem Germania habuerit. 3.

850. *Haymo*, episcopus Halberstadensis, fuit Bedæ consanguineus & Alcuini discipulus. 4.

880. *Theophylactus*, archiepiscopus Bulgarorum, videtur hoc tempore vixisse. Baronius ipsum collocat in an. 1071. 5.

1070. *OEcumenius*, scriptor Græcus à quibusdam collocatur in an. 800, ab aliis in an. 900. Verisimilius tamen est illum floruisse an. 1070. 6.

1120. *Bernhardus*, abbas Claravallensis, refertur in catalogum Patrum, etsi vixerit tempore Scholasticorum. Scripsit multa, quæ à quibusdam digeruntur in tres ordines. 7.



XXXVII. Chronologia Scholasticorum.

Prima ætas Scholasticorum à Lanfranco ad Albertum M.

Scholastici, qui sic appellantur κατ' ἐξοχὴν, similiter ut Patres dividuntur in tres classes sive ætates. *Prima ætas*, & veluti protasis theologiæ scholasticæ, est ab an. Christi 1050 usque ad an. 1250. Complectitur scholasticos XII hoc ordine.

1050. *Lanfrancus*, archiepiscopus Cantuariensis, disputavit in Concilio Romano adversus Berengarium. 1.

1070. *Guitmundus*, episcopus Aversanus, scripsit varia opuscula Gregorio VII Pontifice. 2.

1086. *Anselmus*, archiepiscopus Cantuariensis, successit Lanfranco. Ejus opera tribus tomis distinguuntur. 3.

1130. *Petrus Cluniacensis*, abbas istius loci, fuit æqualis Bernhardi. 4.

1130. *Hugo de S. Victore*, natione Saxo, professione Carthusianus Parisiensis, fuit æqualis Bernhardi. Multa scripsit, quæ tribus tomis comprehenduntur. 5.

1130. *Richardus de S. Victore*, Scotus, fuit amicissimus Bernhardi & Hugonis. Ejus opera duobus tomis continentur. 6.

1140. *Gratianus*, monachus Benedictinus, compilavit Decretum Bononiæ, h.e. collegit Canones. 7.

1145. *Petrus Lombardus*, episcopus Parisiensis, eodem tempore 8.

floruit,

Anno Chr.

floruit, quo Gratianus: & sicut iste collegit canones, & Canonistarum quasi magister fuit: sic ille collegit sententias theologorum, & magister sententiarum, item Scholasticorum dici solet. Notantur articuli 26, in quibus discipuli Magistrum non tenent, sed rejiciunt.

1150. *Petrus Comestor*, fuit frater nothus Lombardi. Appellatur Magister historiæ Scholasticæ, quia scripsit in libros historicos utriusq; testamenti. Dictus fuit comestor, quia tam crebro in suis concionibus & scriptis allegaret Scripturam, ut eam veluti comedisse videretur. 9.

1240. *Gulielmus Antisiodorensis*, episcopus ejus loci, scripsit summam theologicam scholastico more. 10.

1240. *Gulielmus Parisiensis*, episcopus ejus loci, varia scripsit. 11.

1245. *Alexander de Ales*, sive Alensis, natione ~~Anglus~~, præceptor Bonaventuræ & Thomæ, scripsit Summam theologiæ, & Postillam in tota Biblia. Primus commentatus est in Lombardum. Appellatus fuit fons vitæ & doctor irrefragabilis. 12. Scotus

Media sive secunda ætas theologiæ scholasticæ est ab an. Christi 1150 ad an. 1320. Complectitur scholasticos XV hoc ordine.

Secunda ætas scholasticorum ab Alberto M. usque ad Durandum.

1250. *Albertus*, cognomento Magnus, episcopus Ratisbonensis, multa scripsit in philosophicis & theologicis. Ab hoc orta est prima scholasticorum secta, quæ dicitur Albertistarum. 1.

1250. *Vincentius Bellovacensis* edidit speculum doctrinale, naturale, historiale & morale. 2.

1255. *Thomas Aquinas*, Italus, natus an. 1224, scripsit plurima, quæ hodiè 17 tomis comprehenduntur. Ejus discipuli appellantur Thomistæ. 3.

1260. *Bonaventura*, natione Italus, dignitate Cardinalis, scripsit varia, quæ hodiè duobus tomis continentur. 4.

1265. *Petrus de Tarantasiâ*, Cardinalis Hostiensis, floret. Factus est Papa, nomine Innocentius V. 5.

1280. *Udalricus Argentinensis* scribit in Magistrum, & eodem 6.
tempore *Rupertus de Russiâ*. 7.

1290. *Ægidius Romanus*, acerrimus Thomista, floret. 8.

1293. *Richardus de mediâ Villâ*, *Henricus Gandavensis sive à Gan-* 9.
davo, & *Johannes Parisiensis* scribunt in Magistrum *Ganda-* 10.
vensis etiam scripsit Quodlibeta, & appellatur doctor so- 11.
lennis.

1300. *Johannes Duns*, Scotus, cognomento doctor & magister subtilis, fuit primus & perpetuus Thomæ impugnator. Ejus sectatores dicuntur *Scotistæ*, qui sunt tertia secta Scholasticorum. 12.

1301. *Augustinus de Anconâ* scribit in Magistrum. 13.

1310. *Alanus*, doctor universalis cognomine, scribit. 14.

Anno Chr.

1317. *Petrus Aureolus & Antonius Andrea* commentantur in Magistrum. 15. 16.

Tertia scholasticorum ætas est ab an. 1320 ad 1520. Complectitur Scholasticos XXXV hoc ordine:

Tertia ætas Scholasticoru à Durando ad Lutherū.

1320. *Durandus à S. Portian* scribit: item *Hervæus Natalis*, æqualis Durandi. Durandus hic est alius ab eo, qui appellatur Speculator, quia scripsit Speculum juris. 2.

1320. *Franciscus Mayronis, Guil Occam* (qui Scaligero dicitur lima subtilitatis, & initium dedit quartæ sectæ Scholasticorum, qui vocantur Occamistæ) *Monaldus Dalmata, Nicolaus de Lyrâ & Pelagius Alvarus* scribunt. 3. 4. 5. 6. 7.

1330. *Petrus Paludanus, Guido Carmelita, Adamus Goddam, & Johannes de Bacone*, scribunt. 8. 9. 10. 11.

1349. *Robertus Holkot* Anglus & *Gregorius Ariminensis* commentantur in Magistrum. 12. 13.

1350. *Thomas Argentinensis, Richardus Armachanus, Nicolaus de Gorrum & Alphonsus Vargas* commentantur in Magistrum. 14. 15. 16. 17.

1380. *Henricus de Hassiâ & Marsilius ab Ingen* scribunt. 18. 19.

1410. Johan. *Capreolus, & Petrus ab Alliaco*, episcopus Cameracensis, scribunt. 20. 21.


1420. *Thomas Valdensis*, Johan. *Gerson*, cancellarius Parisiensis, & *Augustinus de Romá*, scribunt 22. 23. 24.

1440. *Johannes de Capistrano* scribit: & an. 1460. *Johannes Bassolius*. 25. 26.

1449. *Johannes de Turrecrematâ, Nicolaus de Cusâ cardinalis, & Dionysius Carthusianus*, scribunt. 27. 28. 29.

1490. *Gabriel Biel* docet Tübingæ. 30.

1500. *Thomas de Vejo Caietanus, Jacobus Almainus, Sylvester Prierias, Franciscus Victoria, Dominicus à Soto*, scribunt. 31. 32. 33. 34. 35.



XXXVIII. Chronologia JurisConsultorum.

Anno M.

1. & seqq. PAtriarchæ ante diluvium legem naturæ inculcarunt liberis & domesticis suis, in familiâ Sethi, posteris Caini Cainizantibus.

Prima ætas Jurisprudentiæ ante Papynium.

1656. *Noah* in arcâ, tempore diluvii, eandem regiminis formam usurpavit.

1717. *Nimrod* politiam Babylonicam certis legibus instruxit

1799. *Gomer* duxit colonias in Italiam, eamque docuit leges. *Tuisco*, pater Germanorum, idem fecit circa hæc tempora in Germaniâ. Nam certis carminibus complexus est ea, quæ pertinent ad religionem & justitiam.

2020. *Ægyptii* rudimenta suarum legum acceperunt ab Hebræis: nominatim ab *Abrahamo*, & an. M. 2150 à *Josepho*, prorege Ægypti.

Phoroneus,

2150. *Phoroneus*, Argivorum rex, primus leges judiciaque Argivis constituit.

2394. *Cecrops*, primus dynasta Atheniensium, introduxit legitimum conjugii usum: & inde dictus est *διφυής*, quòd homines *διφυεῖς* effecerit.

2453. *Moses & Jethro* jaciunt fundamenta politiæ Judaicæ *Exod. 18:* quam Deus paulò pòst variis legibus per Mosen informavit. Leges istæ certo ordine collectæ exhibent systema jurisprudentiæ divinissimæ: cujus assertores fuerunt LXX Seniores, quos Deus adjunxit Mosi *Num. 11.* Septuaginta isti constituebant sequentibus temporibus *Synedrium magnum*, cujus princeps repræsentabat Mosen, ita ut in universum essent LXXI. In quâlibet etiam civitate erat *Sanhedrin*, i. e. *συνέδριον*, sive Consistorium, *parvum*, quod constabat XXIII sapientibus, eratque collocatum in portâ civitatis. Synedrium magnum primò fuit constitutum in Siloh, postea Hierosolymis, in loco Gazith, i. e. camerâ dolatâ & politâ, unde etiam appellatur consistorium Gazith. Hoc Sanhedrin Herodes sustulit, & alios substituit sine potestate sanguinis: unde Judæi tempore Christi respondent Pilato, *Nobis non licet interficere quenquam.* Inde ob falsam Christi accusationem annos 40 antequam templum à Romanis incenderetur, ex Consistorio Gazith expulsi sunt, & in Hamith consederunt. Cæterùm hoc Concilium inibant, Rex cum principibus populi, hoc est, cum duodecim principibus tribuum, qui regi assidebant: tum LXX Seniores, & principes sacerdotum, qui vicenis quaternis sacerdotum vicibus sive classibus, singuli singulis præerant: deniq; Scribæ, h. e. legis doctores. Deleto inde Babylonicâ transmigratione Concilio, cùm reversis in patriam Judæis reliqua instituta restituerentur, etiam sacerdotibus potestas in Concilio judicandi est data.

2460. *In scholis Levitarum* inde usque ad Christum explicata fuit lex Mosis, ita ut scholæ istæ fuerint theologicæ & juridicæ.

2460. *Amphictyon*, Atheniensium rex, leges tulit, quæ fuerunt appellatæ Amphictyonicæ.

2700. *Minos*, rex Cretensium, ab antro Jovis leges suas petitas esse dixit, ut majorem eis conciliaret authoritatem.

2780. *Orestes*, rex Mycenarum, primus causam dixit in Areopago. Alii hoc tribuunt Marti.

2810. *In scholis prophetarum* lex Mosis etiam fuit explicata.

2930. *Salomon* judicium insigne tulit de meretricum duarum infantibus, ex *στοργῇ* naturali. *1. Reg 3.* Reges quoque Judæ & Israëlis habuerunt suos consiliarios.

3045. *Lycurgus*, Spartanorum sive Lacedæmoniorum legisla-

tor, leges suas ab oraculo Pythio acceptas esse dixit, ut majorem illæ applausum invenirent.

3198. *Romulus* à Phœnicibus accepit leges quasdam.

3240. *Numa* urbem vi & armis conditam, legibus & moribus de integro condere paravit. Dixit autem, se leges suas accepisse ab Egeriâ, ut illis conciliaret venerandam authoritatem. Leges Numæ & Romuli longè pòst à Sexto Papyrio in unum librum unà cum sequentium RR legibus sunt relatæ: unde appellantur leges Papyrianæ.

3290. *Zaleucus*, sive *Saleucus*, Locrensium legislator, dixit se à Minervâ leges suas accepisse, ut majori essent in pretio. Scaliger Saleucum refert ad an. M. 3370, ad tempora Pythagoræ, cujus fuerit sectator.

3329. *Draco*, Atheniensium legislator, remp. suam variis informavit legibus: quas Solon, præterquam quæ de cæde erant, abrogavit, propter severitatem. Draco siquidem omnibus peccatis constituerat eandem pœnam, capitis nimirum.

3359. *Solon* in Ægypto audivit Sonchitem Saitem, & multas leges inde Athenas transportavit.

3420. *Judæi reduces ex Babylone*, duce Zorobabele, instaurarunt suam politiam authoribus viris synagogæ magnæ, id est Esdrâ & sodalibus ejus revertentibus ex Babylone, quorum fuisse numero CXX scribunt Rabbini.

3420. *Papyrius* primus Romanorum JCtus floret: à quo usque ad Justinianum constituimus secundam jurisprudentiæ ætatem. Secunda ætas Jurisprudentiæ post Papyrium.

3580. *Leges XII tabularum* ab Atheniensibus & aliis Græcis acceptæ, per legatos Romam deportatæ fuerunt. Paulò ante hoc tempus floruit *Charondas* legislator apud Thurios. Ante leges XII tabularum lata fuit *lex Agraria* an. 3465. & paulò post *Lex Publilia, Lex de Aventino, Lex Tarpeja*. Post leges XII tabb. ab anno M. 3505 usque ad an. M. 3969, h.e. an. Christi 20. latæ sunt hæ leges: *Lex Clodia, Leges Canuleji, Lex Æmilii Manilii, Lex de ambitu, Lex de mulctis, Lex Cornelii de Patritiis, Leges 4 C. Licinii, Lex Canuleja, Lex Genutia Æmilia, Lex Petilia & Manlia, Lex de unciario fœnore, Lex Cincia, Lex de repetundis, Lex Voconia, Lex Agraria* (repetita) *Lex Cæcilia Didia, Lex de legibus, Lex sumtuaria, Lex Licinia Mutia, Lex judiciaria, Lex Plautia triplex, Lex repetundarum* (confirmata) *Lex Cornelia multiplex, Lex frumentaria, Lex Pompeja, Lex de ambitu* (repetita) *Lex Calpurnia, Lex Tullia, Lex de legibus ferendis* (confirmata) *Leges Cæsaris, Lex Clodia multiplex, Lex Cassia, Lex Fabia, Lex Lætoria, Lex Lectoria; Leges Augusti de testamentis, Caducaria, de Judiciis, Sumtibus, Ambitu, Peculatu, Repetundis pecuniis, Vi publicâ, Majestatis, Lex judiciaria, Lex de infamibus; Lex regia, Lex Fal-*

cidia,

Anno M.

cidia, Lex Furia Caninia, Lex Ælia Sentia, Lex Junia Norbana de ſtatu Libertinorum. Vide Zaſium in catalogo legum.

3580. *Plato* fuit inſignis doctor juris, ut ex ipſius ſcriptis conſtat.

3650. Romæ vixit *P. Sempronius:* & an. 3690 T. Coruncius: an. 3750 *S. Ælius & P. Ælius:* an. 3790 *M. Manlius:* an. 3800 *P. Mut. Scævola:* an. 3830 *Q. Mut. Scævola:* an. 3850 *Tutilius Rufus & S. Pompejus:* an. 3860 *Luc. Cælius Antipater:* an. 3900 *Lucil. Balbus, P. Octav. Balbus, Cn. Aufidius, C. Juventius, C. Orbius, Sextus Papyrius, P. Servius Sulpitius Rufus, C. Trebatius Teſta, A. Offilius, A. Caſſelius, Q. Ælius Tubero,* qui omnes tempore Cæſaris & Auguſti floruerunt.

3920. *Antiſtius Labeo* pater claret.

3940. Auditores Servii Sulpitii floruerunt: nempe hi, *Cajus, Titius Cæſius, Aufidii duo, C. Attejus Paccuvius, Flavius Priſcus, P. Alphenus Varus,* factus conſul.

An. Chriſti.

4. *Antiſtius Labeo F.* auditor Trebatii, primus veluti ſectam quandam juris cum *Attico Capitone* æmulo introduxit.

20. *Coccejus Nerva,* pater & filius, florent ſub Tiberio, de ſectâ Labeonis: *Maſurius Sabinus,* de ſectâ Capitonis: *Caſſius Longinus* uterque, alter conſul. A Caſſio, ſectante Capitonem, dicti ſunt Caſſiani.

60. *Aminius Rebius,* à Nerone interficitur.

70. *Proculus* floret. Ab eo dicti ſunt Proculiani.

80. *Cælius Sabinus* fuit de ſectâ Capitonis: *Pegaſus,* de ſectâ Proculi.

110. *Neratius Priſcus, Juventius Celſus,* uterque ſectator Pegaſi florent:

120. *Domitius Labeo, Jabolenus & Ulpius Marcellus* florent.

195. *Tertullianus* JC. (unde Senatuſcoſſ. Tertullianum) floret ſub Severo: item *Æmil. Papinianus,* qui poſtea occiſus eſt à

220. Caracallâ, quòd fratricidium ejus nollet excuſare. *Cajus* flo ſub Caracallâ: *Domitius Ulpianus* fuit auditor Papiniani: *Julius Paulus,* æqualis Ulpiani: *Pomponius,* æqualis horum duorum: *Modeſtinus,* Papiniani auditor.

270. *Codex Gregorianus* libris V componitur à quodam juriſperito, hoc nomine. Is compilavit Conſtitutiones Imperatorum ab Adriano uſque ad Valerianum & Gallienum, h.e. ab an. Chriſti 117 ad an. 261.

290. *Codex Hermogenianus* lib. I. componitur ab Hermogeniano Africano JC. circa Diocletiani tempora. Iſto continebantur Conſtitutiones Claudii, Aureliani, Probi, Cari, Carini, Diocletiani & Maximiani.

380. *Codex Theodoſianus* lib. XVI, authoritate Theodoſii Imp. conſcriptus, continebat Conſtitutiones Impp. inde à Conſtantino M. uſque ad Theodoſium.

Lex Salica lata est ab antiquis Francorum regibus, aliquot annos ante Justinianum. Occurrunt in istâ lege hæc vocabula, *Sparvarius* pro accipitre minore, *Habichus*, pro majore, *Foresta*, pro saltu, *Hovavarthus*, pro cane villatico, *Veltezunius*, pro sepe arvorum, & similia.

529. *Justinianus* Imp. operâ Triboniani (hominis alioquin avari & profani) Theophili, Dorothei, & aliorum, Constitutiones Imperatorias ex Codice Gregoriano, Hermogeniano & Theodosiano, intra XII libros coarctavit, quos
530. *Codicem* appellavit: quem postea emendavit, & appellavit *Codicem repetitæ Prælectionis.*

Tertia Jurisprudentiæ ætas post Justinianum.

530. Idem Imp. ex veterum JCtorum scriptis curavit confici *Pandectas* sive Digesta lib. L.

531. Idem Imp. exeunte triennio *Institutiones juris* lib. 4. scribi jussit. Idem novas leges, quas tum ipse tum Impp. qui proximè ipsum antecesserant, statuebant, in unum volumen redactas, *Novellas* nuncupari sanxit: quibus an. 1160 & deinceps, Friderici & aliorum Impp Constitutiones accesserunt. His subjungi solent *Consuetudines Feudales* à variis Dd. literis mandatæ.

595. *Gregorius Magnus*, Papa Romanus, scribendo decreta jacit fundamēta juris Pontificii. Gratianus monachus & Gregorius IX Pontifex redigunt illud in systema. Et Gratianus quidem compilat Decretum an. 1140, Gregorius autem IX an. 1230 per Raymundum Capellanum & Pœnitentiarium suum in unum volumen redigi curat Constitutiones summorum Pontificum, quæ κατ' ἐξοχὴν appellantur *Decretales*, item *Gregorianæ*, differentiæ causâ. Accesserunt enim anno Christi 1295 *Bonifacianæ*, quæ Bonifacii VIII Pontificis mandato, per Guilielmum archiepiscopum Ebrundunensem, Berengarium episcopum Biternensem, & Richardum vicecancellarium recognitæ, in sextum Decretalium relatæ sunt per Dynum Mugellanum JC. & rursus anno 1311 accesserunt *Clementinæ*, quas Clemens V edidit, magnâ ex parte in Concilio Viennensi, Johannes autem XXII, ejus in Papatu successor, in unum volumen redegit: denique *Extravagantes* tum Johannis XXII, tum aliorum Pontificum, quæ extra tria illa volumina quodammodo vagantur. Atque hæc est una pars Juris Pontificii sive Canonici, quæ respondet Codici. Altera pars respondet Pandectis, & appellatur *Decretum*, in quo sunt variæ Patrum sententiæ, compilatæ à Gratiano, an 1151.

602. Inde à Phocæ temporibus usque ad an. Chr. 1150 non extant Interpretes Juris: non quòd nulli fuerint JCti, sed quòd publicè non docuerint & scripserint.

Ivo

An. Christi.

1088. *Ivo* claret. Alii collocant ipsum sub Philippo Pulchro, an. Christi 1290.

1150. *Irnerius Wernerus*, Germanus, author fuit Lothario Imp. ut libros juris civilis publicè exponi curaret: & hic est, qui primus in Italiâ, Bononiæ nimirum, publicè docuit post Justiniani tempora.

1190. *Placentinus*, Irnerii auditor, floret: item *Bagaroddus*, *Rodfredus*, *Johannes Basianus*, *Antonius Lyus*, & *Martinus*, quem Jaso ait nil unquam sani dixisse.

1200. *Azo* docet Bononiæ & Montepessulano.

1240. *Accursius* floret: item *Petrus Vinea*, assertor Imperialis dignitatis: item *Odofredus*.

1255. *Hostiensis* reprobat duras opiniones Innocentii.

1261. *Speculator*, sive *Guilelmus Durandi*, scribit Speculum juris, unde ipsi nomen Speculatoris inditum. Hujus æquales sunt *Bartholomæus Brixiensis*, *Johannes de Deo*, *Jacobus de Bello Visu* &c

1265. *Gvido Grossus*, postea Papa Clemens IV, scripsit in utroq; jure.

1295. *Dynus Magellanus* à Bonifacio VIII evocatus sextum Decretalium conscribit. Inde usque ad hanc ætatem floruerunt innumeri JCti, nominatim *Bartholus*, mortuus an. 1355:
1340.
1380. *Baldus*, auditor Bartholi, qui docuit Bononiæ & Ticini:
1440. *Panormitanus*, seu *Nicolaus Siculus*: Johan *Schneidewin*, qui obiit an 1508: *Jason*, qui obiit an. 1519: *Everhardus de Middelburgo*: *Zasius*: *Maranta*: *Oldendorpius*: *Budæus*: *Andr. Alciatus*, qui obiit an. 1550: *Fr Duarenus*, qui obiit an. 1559.
1520.
1560. *Tiraquellus*: *Corasius*: *Bodinus*: *Giphanius*, qui obiit an. 1577: *Cujacius*, qui obiit 1587: *Wesenbecius*, qui obiit 1588: *Hotomannus*, qui obiit anno 1590: *Donellus*, qui obiit 1592.
1590.

1600. *Dionysius Gothofredus*, *Hermannus Vultejus*, Johannes *Gœddæus* hoc seculo florent.

XXXIX. Chronologia Medicorum.

Anno M.

INfantiam medicinæ collocamus in diætetica & botanicâ, ante exortum trium scholarum, hoc modo. *Patriarchæ* ante diluvium & post diluvium in duabus istis medicinæ partibus, iisque longè præstantissimis, excelluerunt: nominatim *Noë*, qui plantavit vineam, *Gen. 9. v. 20.* Prima ætas medicinæ.
1658.

1700. *Zoroaster*, sive Soroaster, Bactrianorum rex, filius Cham, qui in Scripturis dicitur Chanaan, tempore Nini & Semiramidis, magiam naturalem invenit, adeoque & medicinam botanicam excoluit. Hic dicitur Zoroaster Scytha &

primus, ad differentiam *Zoroastri Persæ & secundi*, qui magiam naturalem infinitis nugis conspurcavit, & fuit appellatus *Zarades Persa*, item *Zarades Persomedes*.

2000. *Mercurius*, sive *Hermes*, cognomine *Trismegistus*, auditor Noachi, primò pædagogus & pòst scriba Chusi, idemque præceptor Osiridis ac Isidis, liberorum Chus, hic, inquam, Hermes medicinam & alias artes docuit. Ægyptios: quas
2020. ibidem fovit *Abraham*, cùm ex Phœniciâ in Ægyptum se contulisset.

2100. *Asclepius*, Hermetis auditor, medicinam propagavit in Ægypto.

2189. *Jacob* non ignarus fuit physicæ, & proinde nec botanicæ, argumento loci *Genes.30. vers.37.* Idem de *Salomone* judicium.

2200. *Osiris*, rex Ægypti, venit ad Marsum, regem Germanorum, & Germanos docuit rationem conficiendi cerevisiam; item agriculturam, artem fabrilem, molendinariam, & medicinam. Osiris iste aliás dicitur Apis, Serapis, Orus, Apollo, & Dionysius: quæ tamen nomina etiam aliis tribuuntur.

2230. *Joseph* hujus artis fuit consultissimus, argumento loci *Gen.50.v.2.*

2590. Proetides filiæ Proeti, formâ præstantissimæ, sed in furorem actæ, fuerunt à *Melampode* sanatæ helleboro, quod inde melampodium dicitur.

2690. *Chiron Centaurus* sive *Thessalus*, herbarum naturam & potentiam inprimis habuit perspectam. Ab illo herba *Centauria*, & *Chironium ulcus* habent nomen suum. Ab illo
2700. instituti fuerunt *Peleus & Jason* Argonautæ, *& Achil-*
2720. *les* filius Pelei dux Græcorum. *Æsculapius* etiam, qui ex Ægypto in Græciam venit, fuitque filius Apollinis, non illius, de quo paulò ante, sed alterius cujusdam: hic, inquam, Æsculapius cum Chirone amicitiam coluit, & non exiguam lucem medicinæ Græcorum attulit. Ejus filii, *Ma-*
2750. *chaon & Podalirius*, interfuerunt expeditioni Trojanæ. Ibi Machaon fuit interfectus: Podalirius, in Græciam reversus, scholam ibi aperuit, ex quâ tres coloniæ scholarum medicarum fuerunt deductæ: nimirum Rhodia, Cnidia, & Coa, in quibus *Medicina Dogmatica sive Rationalis* fuit exculta.

In scholâ Coâ talis est successio post Æsculapium: *Podalirius, Hippolochus, Sostratus, Dardanus, Cleamitides, Crisamis, Theodorus, Sostratus II, Crisamis II, Theodorus II, So-*
3490. *stratus III, Nebrus, Gnosidicus, Hippocrates, Heraclides, Hippocrates Magnus sive Cous*, qui fuit decimus septimus ab Æsculapio, & floruit tempore Artaxerxis sive Darii Longi-

Secunda ætas medicinæ in tribus scholis, & variis sectis.

Anno M.

mani, an. M. 3490, æqualis Democriti, à quo multa didicit,
quemque valde est admiratus.

Tempore Hippocratis floruit *Acron Agrigentinus*, qui
initium dedit sectæ empiricæ, in quâ post Acronem excel-
luerunt *Crito, Philistion, Philinus, Menodotus, & Serapion* an-
no Chr. 960. *Posteri Hippocratis* scholam istam rexerunt per
annos pene ducentos. Nam *Thessalus Hippocrates & Draco*
3530. *Hippocrates*, filii Hippocratis Magni, claruerunt an. 3530. &
3540. *Polybus*, ipsius gener, post socerum suscepit curam scholæ.
Thessalus reliquit *Hippocratem III*, & hic *Hippocratem IV*,
qui genuit *Draconem II*, ex quo natus est *Hippocrates V*.
Polybum in administratione scholæ Hippocraticæ secutus
3650. est *Diocles Caristius*, qui primus ex professo scripsit Anato-
3680. mica, & fuit medicus regis Antigoni. Huic successit *Praxa-
goras Cous*, ex Asclepiadéis ultimus. Apud hunc condisci-
puli fuerunt *Philotimus, Eudemus, & Herophilus:* ex qui-
bus *Herophilus* deflexit à scholâ Hippocratis, moxque eum
3710. secuti sunt *Chrysippus* & *Erasistratus*. *Mithridates*, rex Ponti,
3830. in reliquâ ingenii sui magnitudine, medicinæ peculiariter
curiosus fuit. Nam ab hominibus sibi subditis, qui fuêre
pars magna terrarum, singula exquirens, quid quæque ra-
dix polleret, ad quos usus herbarum folia pertinerent, scri-
nium commentationum harum, & exemplaria, & effectus
in arcanis suis reliquit. Paulò pòst enata fuit *secta Methodi-
ca*, cujus author fuit *Themison Laodicéus*; quem secuti sunt
3890. *Dioscorides*, M. Antonio & Cleopatræ familiaris, *Soranus E-
3927. phesius, Masaus* sive *Antonius Musa*, medicus Augusti Cæsa-
An. Christi. ris, *Antipater, Thessalus Trallianus, Agathinus Magnus, Scri-
21. bonius Largus*, sub Tiberio, & *Archigenes* tempore Adriani
120. Imp.

Medicina Hippocratica istis factionibus velut exossata, — Tertia ætas medicinæ post Galenum.
140. sanitati pristinæ fuit restituta per *Galenum*, an. Chr. 140 us-
que ad an. 190. Ipsi coævus fuit *Marcellus Sidites* an. 170.
350. Postea secuti sunt varii medici, nominatim *Oribasius, Mar-
cellinus*, & alii tum Græci, tum Latini. Fractis studiis medi-
390. cis apud Græcos & Latinos, hanc gloriam *Arabes* ad se ra-
puerunt, postquam ipsorum reges *Mahomed* & *Almansor*
in Marocho bibliothecas & scholas extruere cœpissent.
Hinc felici multorum annorum successu egregii medici ibi
960. effulsere: nominatim *Isaac, Serapion & Rhazes*.

1060. *Michael Psellus*, Græcus.

1070. *Simeon Sethi*, Judæus.

1080. *Petrus Damianus*, medicus & cardinalis.

1120. *Haly*, filius Abba.

1160. *Averroës, Avicenna* (uterque Cordubensis) & *Mesue*,
σύγχρονοι.

Anno Chr.

1300. *Arnoldus de Villâ novâ*, Chymicus: item *Bernhardus Gordonius*, & *Gentilis Fulginâs*.

1320. *Gulielmus Varignava*, *Matthæus Silvaticus*, & *Petrus Apenensis*.

1350. *Thomas de Garbo* & *Guido de Cauliaco*, chirurgus.

1400. *Don Meir* Judæus, medicus regis Castiliæ.

1454. *Matthiolus* floret.

1506. *Johannes Fernelius* nascitur.

1526. *Andreas Vesalius* & *Theophrastus Paracelsus*.

1530. *Hieronymus Cardanus*, *Hieron. Fracastorius*, & *Julius Cæsar Scaliger*, qui obiit an. 1558.

1540. *Cunradus Gesnerus*, *Fallopius*, *Fuchsius*, *Gratarolus* & *Martinus Rulandus*.


1560. *Hadrianus Junius*, *Thomas Erastus*, *Jacobus Schegkius*, *Theod. Zwingerus*.

1570. *Forestus*, *Petrus Severinus*.

1580. *Weckerus*, *Platerus*.

1590. *Johan. Heurnius*, *Josephus Quercetanus*.

1600. *Oswaldus Crollius*, *Scheunemannus*, *Sennertus*.



XL. Chronologia Historicorum.

Anno M.

2453. Moses est pater historiæ. De ipsius scriptis, & reliquis historicis sacris vide Chronologiam librorum Biblicorum. Prima classis historicorum ante Livium.

2820. *Dictys Cretensis*, & *Dares Phrygius* scribunt de bello Trojano.

3500. *Herodotus Halicarnassæus* complectitur historiam Græcam 240 annorum, usque ad fugam Xerxis.

3510. *Thucydides* post Herodotum texuit historiam octo libris, inde à fugâ Xerxis usque ad annum circiter 21 belli Peloponnesiaci.

3560. *Xenophon*, Platoni coævus, à fine Thucydidis historiæ incipit, & bella inter Græciæ civitates gesta, circiter 44 annorum spatio, describit.

3650. *Megasthenes*, Persa historicus, claret ac scribit de judicio temporum & annalium Persicorum.

3690. *Berosus* floret: cujus fragmenta ab orbe condito usque ad Sardanapalum supersunt.

3720. *Polybius*, homo Græcus, est omnium, qui nobis supersunt, historiæ Romanæ scriptorum vetustissimus. Fuit Scipionis junioris, qui Carthaginem delevit, consiliarius.

3880. *Diodorus Siculus* suam historiam deducit inde à diluvio Ogygis usque ad Julium Cęsarem. Hunc Plinius inter Græ-

cos ait desiisse nugari: Justinus martyr celeberrimum Græcorum historicum appellat.

3900. *Julius Cæsar* scribit.

3910. *Dionysius Halicarnasseus*, homo Græcus, scribit de rebus Romanis summâ fide. Conjunctissimus fuit Pompejo benevolentiâ.

Secunda classis historicorum à Livio usq; ad Eusebiū.

3920. *Livius*, domò Patavinus, texit historiam Romanam.

3940. *Strabo* scribit historiam geographicam. Obit sub Tiberio, circa annum Christi 25.

An. Christi.

21. *Valerius Maximus* scribit historiam variam.

22. *Vellejus Paterculus* scribit. Is sub Tiberio fuit præfectus equitum in bello Germanico.

40. *Philo Judæus* habet quædam historica.

41. *Pomponius Mela* historiam geographicam scribit.

44. *Q. Curtius* describit res gestas Alexandri M.

70. *Plinius* scribit historiam naturalem.

71. *Josephus Judæus* res Judæorum pertexit.

80. *Solinus*, Plinii æmulus, scribit geographiam.

100. *Plutarchus*, Trajani moderator, multa habet historica.

110. *Cornelius Tacitus* floret: item *Plinius Secundus* Taciti amicissimus, & *Suetonius*, Adriano ab epistolis, Plinioque familiaris.

120. *Appianus* scribit: & an 128 *Ælianus*.

132. *Pausanias* Cæsariensis scribit Attica, Corinthiaca &c.

134. *Phlegon* Chronologus fuit Adriani Imp. libertus.

141. *Justinus*, epitomator Trogi, floret.

145. *Arrianus* historicus scribit.

150. *Diogenes Laërtius* colligit vitas philosophorum.

177. *Egesippus*, ex Judæo Christianus, scribit historiam ecclesiasticam inde à Christo usque ad sua tempora.

200. *L. Florus* scribit epitomen Livii, & rerum Romanarum.

222. *Julius Africanus*, Christianus historicus, scribit librum de temporibus ab origine mundi usque ad sua tempora.

224. *Herodianus* floret, & Græcè scribit lib. 8. Romanorum principum.

230. *Dion Cassius* ex Nicæâ urbe oriundus, sub Alexandro Severo iterum Cos. jussu ipsius contexuit historiam 981 annorum.

245. *Arrianus*, alius à superiore, floret.

290. *Julius Capitolinus*, *Ælius Lampridius*, *Flavius Vopiscus*, *Ælius Spartianus*, & *Vulcatius Gallicanus*, uno fere tempore, sub Diocletiano, scripserunt vitas Rom. Impp.

326. *Eusebius* Pamphili episcopus Cæsariensis, Arrianus, Athanasio infensus, scripsit Chronicon, quod Josephus Scaliger recensuit.

Tertia classis historicorum ab Eusebio ad nostrā ætatem.

370. *Ammianus Marcellinus*, Græcus miles, Latinè scribit hi-

ſtoriam Romanam ab obitu Domitiani ad Valentis Imp. ſub quo vixit, interitum.

390. *Ruffinus Presbyter* Aquileienſis, Hieronymi primò amiciſſimus, deinde æmulus factus, ſcripſit libros duos hiſtoriæ eccleſiaſticæ, quos addidit ad hiſtoriam Euſebii Cæſarienſis à ſe converſam ex Græco. *Palladius*, æqualis Ruffini, ſcribit hiſtoriam variam.

425. *Paulus Oroſius*, presbyter Hiſpanus, Auguſtini diſcipulus, ſcripſit ad ipſum libros 7. hiſtoriarum ab orbe condito. Eodem tempore ſcripſit *Severus Sulpitius* libros duos de hiſtoriâ ſacrâ.

430. *Theodoretus* epiſcopus Cyriæ, æqualis Cyrilli, ſcribit hiſtoriam eccleſiaſticam à Conſtantino M. uſque ad Theodoſium juniorem.

440. *Socrates & Sozomenus* (uterque Novatianis erroribus imbutus) ſcribunt hiſtoriam eccleſiaſticam ab eo tempore, in quo deſinit hiſtoria Euſebii, uſque ad ſua tempora ſive ad Theodoſium juniorem.

490. *Victor* Uticenſis epiſcopus ſcribit de perſecutione Vandalicâ.

530. *Aurelius Caſſiodorus* ſcribit Hiſtoriam Tripartitam, & Chronicum breve ab initio mundi uſque ad tempora Theodorici regis Italiæ, cujus fuit conſiliarius. Eodem tempore *Victor Africanus*, epiſcopus Tunnenſis, ſcribit hiſtoriam coſmographicam.

530. *Procopius* claret ac ſcribit de bello Perſico & rebus ſub Juſtiniano geſtis.

540. J*ornandes* epiſcopus Gothorum ſcribit de bellis Gothorum & Romanorum.

560. *Dacius* epiſcopus Mediolanenſis componit Chronicum.

566. *Agathias* ſcholaſticus ſcribit res Juſtini, Juſtiniani, & ipſius ducum Belliſarii & Narſetis.

580. *Marcellinus Comes*, vir conſularis, ſcribit annales ab obitu Valentis uſque ad an. 20 Juſtiniani.

596. *Evagrius Scholaſticus* ſcribit hiſtoriam eccleſiaſticam ab eo tempore quo deſiit Sozomenus uſque ad an. 12. Mauritii h.e. an. Chr. 597.

596. *Gregorius Turonicus* epiſcopus ſcribit hiſtoriam Francorum.

700. *Beda Venerabilis* ſcripſit Chronicon à mundi initio ad ſua uſque tempora: item varia hiſtorica.

774. *Paulus diaconus Aquileienſis* ſcribit de rebus Longobardorum.

814. *Eginhardus*, ſive Eginartus, cancellarius Caroli M. ſcripſit ejus vitam, & hiſtoriam Francorum.

An. Christi.

858. *Anastasius* bibliothecarius Rom. scribit vitas Pontificum Romanorum.

879. *Ado Viennensis* scribit de sex ætatibus mundi Chronicum ab orbe condito usque ad an. Chr. 879.

908. *Rhegino* abbas scribit Chronicum ab adventu Chr. usque ad an. 908.

940. *Luitprandus*, Cremonensis episcopus, scripsit de rebus gestis in Europâ suo tempore.

946. *Witichindus* monachus Corbeiensis scribit de rebus Saxonicis, ubi res gestas Impp. Othonum commemorat.

960. *Frodoardus* abbas scribit Chronicum Remense.

1050. *Hermannus Contractus*, à membrorum ferè omnium contractione sic appellatus, ex familiâ Comitum Zeringensium, monachus Augiensis, scribit Chronicum de sex mundi ætatibus, quod perduxit usque ad an. Chr. 1052. sed continuatum fuit à Bertoldo usque ad an. 1065.

1070. *Georgius Cedrenus* scripsit Græcè compendium historiarum ab orbe condito usque ad annum Chr. 1057.

1077. *Lambertus Schafnaburgensis* scripsit historiam Germanicam, & incepit ab orbe condito usque ad an. Chr. 1077. Sed continuavit monachus quidam usque ad an. 1472.

1081. *Johannes Curopalates* scripsit historiam ab an. Chr. 811. usque ad an. 1081.

1083. *Marianus Scotus*, monachus Fuldensis, scribit chronicum ab initio mundi usque ad an. Chr. 1083.

1101. *Sigebertus*, monachus Gemblacensis scribit Chronicum ab an. Christi 381 usque ad an. 1111. *Robertus de Monte* continuavit usque ad an. 1210.

1118. *Johan. Zonaras*, monachus Græcus, scripsit historiam universalem ab orbe condito usque ad exitum Alexii Comeni Imp. i.e. an Chr. 1118.

1145. *Otto Frisingensis*, Henrici IV Imp. nepos, Henrici V sororius, Conradi regis frater uterinus, Friderici I patruus, initiò monachus, tum abbas, denique episcopus, scripsit Chronicum ab orbe condito ad an. usque Christi 1146. quibus addidit librum octavum de fine mundi, antichristi persecutione, resurrectione mortuorum, judicio finali, gloriâ beatorum, & suppliciis damnatorum.

1150. *Petrus Comestor*, magister historiæ scholasticæ, floret.

1180. *Guilelmus*, Tyrius archiepiscopus, scribit de bello sacro. Eodem tempore *Helmoldus Butsoviensis* scribit historiam Henetorum sive Sclavorum à Carolo M. usque ad an. Chr. 1168.

1186. *Gothofridus Viterbiensis* scripsit Chronicum universale, quod appellavit Pantheon, fortasse, ut ego quidem auguror, quòd beneficia & judicia Dei contineat.

An. Christi.

1205. *Nicetas Choniates* scripsit historiam, quæ extat Græcè & Latinè, ab an. Chr. 1118 usque ad an. 1205.

1215. *Conradus Abbas Urspergensis* scripsit Chronicum à primo rege Assyriorum Belo usque ad Fridericum II Imp. h.e. an. Chr. 1229. Dicitur aliâs *Conradus à Lichtenaw*.

1220. *Honorius Augustudunensis* scribit summam historiarum, sive Chronicum magnum.

1240. *Jacobus à Vitriaco* scribit historiam Hierosolymitanam & occidentalem.

1250. *Matthæus Paris*, sive Parisiensis, scribit historiam Anglicanam ab an. Chr. 1067 ad an. 1250. Eodem tempore *Martinus Polus*, archiepiscopus & Pœnitentiarius Innocentii IV Pontificis, scribit Chronicum, in quo breviter res gestas Impp. & Pontificum persequitur. Facit mentionem Johannis Papæ fœminæ: quod ante ipsum fecerunt Marianus Scotus & Sigebertus. Eodem tempore *Vincentius Bellovacensis* scribit Speculum historiale ab initio mundi usque an. 1244. quod postea continuavit aliquis alius usque ad an. Chr. 1494.

1280. *Jacobus de Voragine* scribit historiam Lombardicam. Sic fuit dictus ob crebras allegationes, quòd esset veluti vorago Bibliorum.

1305. *Nicephorus Callistus*, historicus Græcus, incipit à nativitate Christi, & desinit in annum 625.

1344. *Nicephorus Gregoras*, historicus Græcus, scripsit de rebus imperii orientalis ab an. Chr. 1200 ad an. 1344.

1390. *Frossardus*, historicus Gallus, floret.

1440. *Flavius Blondus* scribit historiam ab inclinatione imperii, h.e. ab an Chr. 407, usque ad an. 1440.

1450. *Æneas Sylvius*, patriâ Senensis, postea Papa Pius II, scribit historica varia.

1460. *Johannes Aventinus* in annalibus Bojorum habet historiam ab orbe condito usque ad annum Domini 1460. *Laonicus Chalcondyla* Athenienfis scribit historiam de origine & rebus gestis Turcarum usque ad an. Chr. 1462. Additur huic historiæ appendix, quæ continuatur usque ad an. 1565.

1472. *Baptista Platina* scribit de vitis Pontificum.

500. *Marcus Antonius Coccius Sabellicus* scribit historiam ab orbe condito per enneades primò quinque, id est, libros 45: postea continuat per enneades sex, i.e. libros 47, Nam enneadis ultima non habet nisi libros duos. *Johannes Nauclerus*, præpositus Tübingensis & primus rector academiæ anno 1477, scribit ingens Chronicum ab initio M. usque ad an. Chr. 1500, in duo volumina distinctum: è quibus primum continet generationes 63 ab Adam usque ad Christum, alterum generationes 51. *Philippus Bergomensis* scribit histo-

riam

riam ab orbe condito usque ad an. 1503. *Raphaël Volaterranus* libris 38 complectitur historiam universam cum geographiâ. *Albertus Krantzius* Bambergensis scribit Metropolim, quæ continet historiam ecclesiasticam: item historiam, Saxonicam & Vandalicam, & Chronicum aliarum septentrionalium regionum. *Johan. Trithemius* (quem Maximilianus I in pretio habuit) scribit varia historica. *Hector Boëtius Scotus* scribit historiam Scoticam.


1510. Ab hoc anno ad nostram usque ætatem varia sunt prodita in historicis. Excellunt autem hic *Olaus Magnus*, *Beatus Rhenanus*, *Guicciardinus*, *Carion*, *Paulus Jovius*, *Münsterus*, *Funccius*, *Melanckthon & Peucerus*, *Sleidanus*, *Scaliger*, *Thuanus*, *Meteranus*.

Atque hi sunt historici, è quibus alii sunt universales, alii particulares: & rursus alii scripserunt historiam divinam, alii profanam, alii ecclesiasticam, putà Josephus, Egesippus, Julius Africanus, Eusebius, Appendix Hieronymi, Prosper Aquitanus, Marcellinus Comes, Ruffinus, Socrates, Theodoretus, Sozomenus, Cassiodorus, Euagrius, Nicephorus, Callistus, Zonaras, Nicetas, Nicephorus Gregorâs, Laonicus Chalcondylas, qui historiam orientalem persequuntur. In occidentalis verò ecclesiæ historiâ legendi sunt hi, Prosper, Marcellinus Comes, Orosius, Sigebertus, Honorius Augustodunensis, Ottho Frisingensis, Chronicon Hirschaugiense Trithemii. Instar omnium possunt esse Centuriæ Magdeburgenses, quæ conferendæ sunt cum Annalibus Baronii. Porrò historia profana est vel naturalis apud Plinium, Strabonem, Solinum: vel politica, eaque vel virorum illustrium, vel familiarum, vel civitatum, vel integrarum gentium.

XL. Chronologia Chronologorum.

Eusebius Cæsariensis scripsit tempora ab orbe condito usque ad annum Domini	330.
Hieronymus continuavit usque ad an.	381.
Prosper continuavit usque ad an.	448.
Cassiodorus perduxit ad annum	519.
Marcellinus Comes, ad annum	525.
Isidorus Hispalensis, ad annum	625.
Beda Venerabilis, ad annum	725.
Nicephorus Constantinopolitanus, ad an.	842.
Ado Viennensis, ad annum	879.
Rhegino Abbas, ad annum	905.
Hermannus Contractus, ad an.	1050.
Lambertus Schafnaburgensis, ad an.	1077.
Marianus Scotus, ad annum	1083.

Leo Hostiensis, ad annum 1087.
Bertholdus Constantiensis, ad an. 1100.
Sigebertus Gemblacensis, ad an. 1112.
Gothefridus Viterbiensis, ad an. 1185.
Dodechinus, continuator Mariani, ad annum 1200.
Robertus de Monte, continuator Sigeberti ad an. 1212.
Martinus Polonus, ad annum 1285.
Siffridus Presbyter, ad annum 1307.
Matthæus Palmerius, ad an. 1449.
Wernerus, author Fasciculi temporum, ad annum 1484.
Matthias Palmerius ad annum 1489.
Johannes Nauclerus, ad annum 1500.
Johannes Linturius, continuator Werneri, ad annum 1514.
Paulus Langius, ad annum 1515.
Lutherus ab orbe condito ad annum 1517.
Alexander Scultetus, ad annum 1541.
Johannes Funccius ab orbe condito ad annum 1553
Gilbertus Genebrardus, ad an. 1566
Onuphrius Panvinius, ad an. 1570.
Gerhardus Mercator, ad an. 1577.
Chronicon Carionis, locupletatum à Melanchthone & Peucero, ad annum 1590.
Robertus Bellarminus, ad an. 1612.
Henricus Samerius, *Jacobus Gordonus*, *Augustinus Torniellus* } Ab orbe condito usque ad adventum Christi.
Cæsar Baronius historiam ecclesiasticam deduxit ab adventu Domini ad annum 1200
Centuriæ Magdeburgenses historiam ecclesiasticam deducunt ab adventu Christi ad annum 1200.



XLI. Chronologia Alchymiæ.

Anno M. 2000. Hermes sive *Mercurius Trismegistus* hanc artem accepit à Noë, & tradidit discipulo suo *Asclepio*. Prima ætas Alchymiæ ab Herme usque ad Græcos.

2336. *Armenophis*, rex Ægypti, beneficio hujus artis construxit lapidem vocalem, qui appellatur *lapis Memnonis*, itemque *effigies Memnonis*, quæ radiis solis icta vocalem sonum edidit.

2374. *Moses* fuit eruditus in omni sapientiâ Ægyptiorum, cujus magna pars fuit Chymia. Sunt qui putant Mosen esse Mercurium sive Hermetem. Alii hoc tribuunt Josepho. Sed neutra sententia est proba.

2453. Alius quidam *Hermes Trismegistus* hoc tempore claret in Ægypto.

Anno M.

2539. *Sethosis & sacerdotes Ægyptii* excolunt hanc artē usq; ad an. Chr. 294. Ab Ægyptiis acceperūt *Chaldæi* & *Magi Persarum*.

2570. *Phryxus*, Græcorum primus, hanc artem exercuit. Nam ille aureum vellus in Colchide suspendit, quod postea *Jason* Medeæ ope abstulit. Secunda ætas Chymiæ sub Græcis.

2688. *Atréus*, Pelopis F. maximas divitias conquisivit per suum agnum sive arietem, h.e. per transmutationem metallicam, ut scribit Callisthenes consanguineus & discipulus Aristotelis.

2714. *Expeditio Argonautica* in Colchos ad auferendum vellus aureum à Suidâ, Apollonio, & aliis ejus navigationis interpretibus statuitur fuisse profectio instituta ad auferendum membranam, in quâ ars faciendi aurum fuerit descripta. Duces præcipui fuerunt Hercules, Jason, Orpheus, & Amphion, alius ab illo, qui fuit rex Thebarum.

2929. *Salomon* putatur fuisse gnarus hujus artis.

3339. *Sibylla Cumana* videtur protulisse carmen ænigmaticum de materiâ lapidis philsophorum.

3370. *Pythagoras* fuit iniatus artis hujus sacris.

3490. *Democritus*, princeps Græcus, quem tantopere admiratus est Hippocrates, fuit insignis in hâc arte. Hodiè supersunt ipsius fragmenta.

3910. *Virgilius* scivit hanc artem. Sed conspurcavit ipsam magiâ necromanticâ.

n. Christi.

294. Diocletiano res agente in Ægypto, Alchymia nonnisi ad paucos rediit. Publicum enim ejus exercitium prohibuit Diocletianus, combustis libris de hâc scientiâ scriptis. Cùm enim animadverteret Ægyptios adminiculo hujus artis maximas sibi opes comparasse, quarum vi hostiles Romanorum impetus profligaverint, libros istos flammis abolendos censuit, ut est apud Suidam.

320. *Jamblichus* hanc artem calluit. Huc colloco Platonem Chymistam, Aristotelem Chymistam, & alios, quorum mentio fit in Turbâ.

380. *Heliodorus* libros suos de Chymâ dedicavit Theodosio. Hujus æqualis videtur fuisse *Heraclius Synesius*, qui de eâdem materiâ scripsit.

480. *Merlinus Britannus* scripsit de allegoriâ lapidis philosophici. Huc pertinet historia Arturi regis Angliæ.


612. *Stephanus Alexandrinus* de arte Chymicâ scribit ad Heraclium Imperatorem. In hoc tempus & seqq. duo secula conferre licet *Theophrastum, Hierotheum, Archelaum, Pelagium philosophum, Ostanem, Zosimum & Olympiodorum*, qui de hâc arte scripserunt.

660. *Bulcasis* seu *Albulcasis* Arabs, item *Sapientes in Damcar* & *Fessâ: Almansor* rex Arabum in Hispaniâ, an 960: item *Haly*, Tertia ætas Chymiæ sub Arabibus.

Sadid, Calid, Geber & alii per universam Maurorum regionem huic arti sunt operati. His adde *Morienum Romanum, & Artesium.*

1060. *Michaël Psellus* opera sua Chymica inscribit Imperatori Constantino Ducæ: & hoc tempore Chymia longè lateque propagatur. Illam siquidem excoluerunt, an. 1188 *Rogerius Baco* in Angliâ: 1220 *Albertus Magnus* in Germaniâ, & *Johannes de sacro Busto* in Galliâ: 1225 *Thomas Aquinas* & *Robertus* discipulus Baconis: 1240 *Guil. Parisiensis* in Galliâ: 1300 *Arnoldus de Villâ novâ*: 1310 *Lullius*, discipulus & socius Arnoldi: 1320 *Christophorus Parisiensis*: 1340 *Petrus Bonus Lombardus de Ferrariâ*: 1420 *Joh. de Rupescissâ & Isaacus Hollandus*: 1453 *Bernhardus comes Trevisanus*: 1490 *Hieronymus Savanarola & Basilius Valentinus*: 1500 *Trithemius & Henr. Cornelius Agrippa*: 1521 *Ægidius de Vadis*: 1525 *Ulstadius, Theophrastus Paracelsus, Augustinus Pantheus.* Quarta ætas Chymiæ sub Germanis & aliis.

1530. & seqq. *Palingenius, Chrysippus Fanianus, Dionysius Zacharius, Nicolaus Flamellus, Johan. Dee, Johan. Pontanus, Gerhardus Dornæus, Theobaldus de Hoghelande, Alexander à Süchten, Sendivogius*, & infiniti alii.



XLII. Genealogia Philosophiæ.

GEnealogiam & veluti stemma Philosophiæ traditurus, præmittam aliquot ejus definitiones & divisiones.

Philosophia variè definitur. Alii enim dixerunt, *illam esse studium virtutis*: alii, *studium corrigendæ mentis*: alii, *appetitionem rectæ rationis*: alii, *legem vitæ*: alii, *studium artis convenientis*, h. e. virtutis: alii, *artem vitæ*: alii, *divinorum & humanorum scientiam*: alii, *artem rectæ rationis.* Et hæ quidem definitiones, à Stoicis profectæ, in idem recidunt. Pythagoras & Plato philosophiam definiunt *meditationem mortis*: quæ scilicet quotidie libertatem animæ de corporis carcere nititur educere, hominem à sensibus avellit, purâ mente rebus se applicat, nudâ mente Deum contemplatur, à rebus sensibilibus abducit. Hinc Plato in Phædone interpretatur *corporis fugam* significari, *& animum in se collectum.* Platoni etiam definitur κλῆσις ἐπιστήμης, *acquisitio scientiæ*: Aristoteli, ἐπιστήμη τῆς ἀληθείας, *scientia veritatis.* Plures definitiones vide in Encyclopædiâ cursus philosophici. Definitio Philosophiæ multiplex.

Philosophia variè etiam dividitur. Et *primò* quidem philosophiam triplicem esse veteres tradiderunt: *Dogmaticam, Academicam, Scepticam. Dogmatica* est, quæ dogmata, id est decreta & sententias ponit, affirmando aliquid vel negando. *Academica* est, quæ pleraque incerta facit, quædam tan- Divisio Philosophiæ multiplex.

tùm probabilia, integrâ semper judicandi potestate. *Sceptica* est, quæ ipsa etiam probabilia tollit, nihil definiens, ne hoc ipsum quidem Nihil definire. Ab authore dicitur Pyrrhonia. Cæterùm *quintuplex* fuit *Academia: vetus, media, nova, Philonia, Antiochéa. Vetus* authorem habet Socratem, qui sublatâ Pythagoricorum & aliorum antecessorum dogmaticâ philosophiâ dissertationem in utramque partem induxit, & se nihil scire professus est, neque aliud, quàm se ambigere, & alios reddere ambigentes præ se tulit. Quâ quidem in re fuit verè ἀπορηματικὸς, & pater Aporeticorum: sed tamen cum modo; quia & scientiam & opinionem admisit. Hoc idem fecerunt Plato, Speusippus, Xenocrates, & reliqui in Platonis scholâ usque ad Arcesilam. Vetus hæc Academia accenseri potest Dogmaticis: quia hoc ipsi fuit propositum, ut temeritatem assentiendi spetneret, cautione inductâ. Sed *media* illa, quæ ducem habet Arcesilam, nihil sciri affirmavit, ne illud quidem ipsum, quod Socrates sibi reliquisset. Itaque famosam illam ἐποχὴν, *assensus retentionem*, induxit. Secuta est *nova*, Carneade authore, qui remisit aliquid ab Arcesilæ pertinaciâ. Tametsi enim omnia posuit ἀκατάληπτα id est, nihil à nobis percipi posse: à rebus tamen verum & falsum non sustulit, sed tantùm à nobis κριτήριον, id est, artem judicandi ac discernendi. Hinc illud Ciceronis de Carneade & ipsius asseclis: *Veri esse aliquid non negamus, Percipi posse negamus.* Quarta academia, quæ fuit *Philonis*, ad veterem & Platonicam propiùs accessit: utpote quæ docuit, quædam comprehendi posse, nec sapientem opinari prohibuit. Philo itaq; à suo præceptore Clitomacho, Carneadis auditore, abiit. Quinta est *Antiochi*, qui Philonis auditor fuit. Hic evidentiæ & sensuum causam suscepit, & veterem academiam instauravit. *Sceptici*, duce & authore Pyrrhone, docuerunt, res ex æquo indifferentes, incertas & injudicabiles esse: ideò nec sensus, nec opiniones nostras verum aut falsum dicere. Ergo nec ipsis fidem habendam, sed opinationis expertes manere nos debere, sine inclinatione, sine motione, de quâque re singulâ dicentes, *Non magis est, quàm non est: itemq;, Est, Non est, neq; Non est: Non magis hoc, quàm illud: Nihil definio: Considerans persevero: Omni rationi ratio opposita reperitur.* Scepticorum itaq; propria fuit ἀφασία, i. e. Nulla dictio seu affirmatio, quæ cum mediâ Arcesilæ Academiâ, utpote ἐποχῆς defensatrice, convenit. *Deinde* philosophia dividitur in *Contemplativam & Activam. Contemplativa* subdividitur in primam philosophiam, physiologiam, & mathematicam: *activa* in ethicam, œconomicam, & politicam. *Tertiò* ab aliis statuuntur tres partes philosophiæ: *Moralis, Naturalis, & Rationalis sive Lo-*

gica, quæ Epicuro dicitur *Canonica*. Quam partitionem Stoici variâ imagine explicarunt. Assimilant enim philosophiam *animali*; ossibus ac nervis Logicam; carni, Ethicam; animæ, Physicam: item *ovo*, cujus exteriora & testæ sint Logica; albumen, Ethica; vitellus sive intima, Physica: item *agro*, cujus sepem dixerunt Logicam; fructus, Ethicam; terram & arbores, Physicam: item *urbi*, cujus muri sint Logica; cives, Physica; leges & mores, Ethica. Et has quidem comparationes recitat Diogenes in Zenone. Verùm Sextus Empiricus in primâ & secundâ comparatione variat. Nam de *ovo*, ait, vitellum Ethicam referre, albumen Physicam: de *animali*, Physicam esse veluti sanguinem & carnes, Ethicam animam. *Quartò* Posidonius apud Senecam tradit quatuor genera artium: *vulgares* opificum; *ludicras*, quæ ad voluptatem oculorum & aurium tendunt; *pueriles* sive ἐγκυκλίους, quæ aliquid liberalibus simile habent, & dicuntur Mathematicę, Physicę & Logicę; *liberales* sive liberas, quibus propositum est studium virtutis. *Quintò* philosophia varias habuit sectas & familias: quarum seriem tradet hæc nostra *genealogia*. Sunt autem in universum *quatuor sectæ*; *Barbarica, Italica, Græcanica, & Electiva*.

Quatuor sectæ Philosophorum.

Secta barbarica.

Barbarica secta dicitur, non quòd reipsâ barbara, sed quòd extra Græciam fuerit. Græci enim barbarum dicebant, quod ipsi non intelligebant. Barbarica itaque secta latè patet. Ac *primò* quidem *ante lapsum* protoplastorum, philosophiæ thesaurus concreditus erat *Adamo*; qui *post lapsum* è magno & claro igne retinuit scintillas sub cinere sopitas, & eas per manus tradidit filiis, ac inter eos primogenito *Setho*: qui, ne periret tabula naufrago parenti relicta, duas statuit columnas, unam lapideam, alteram lateritiam, ut illa aquis, hæc igni superesset. In illis, quæ inventa notaque hactenus essent, inscripsit: è quibus lapidea, Josephi etiam ævo, in Syriâ adhuc extitit, ut ille prodidit lib. 1. antiq Jud. cap. 3. Ab Adamo & Setho philosophiam didicerunt posteri, nominatim *Lamech*, qui cum ipso Adamo vixit. Lamech instituit *Noachum* filium, qui superfuit annos sexcentos *ante diluvium*. *Post diluvium* à Noacho & tribus ipsius filiis, *Sem, Cham & Japhet*, sapientia per totum terrarum orbem est diffusa, in *Hebræos, Chaldæos, Ægyptios, Æthiopas, Indos, Persas, Scythas, Gallos, Celtas*, & quidquid aliud alibi hominum fuit. Ad *Hebræos* quod attinet, talis est successio heroum in scholâ veræ & intemeratæ philosophiæ: *Sem, Abraham, Isaac, Jacob, Joseph, Moses, Josua, Samuel, David, Salomon, Prophetæ*; & senescente jam republicâ, sectarii *Essæi, Sadducæi, Pharisæi*: quibus post Christum natum successerunt *Rabbini, Talmudistæ, Cabbalistæ*, apud quos rudera quædam priscæ & ger-

manæ

manæ philosophiæ visuntur. Ab Hebræis sua acceperunt *Chaldæi*, astrologiæ inprimis operati; & *Ægyptii*, in quorum doctrinâ *Moses* fuit institutus, & *Hermes* ille *Trismegistus*, patriarcha philosophiæ Chymicæ, quæ usque ad tempora Diocletiani finibus Ægypti veluti clausa in magno fuit honore. Ex Judæâ, Chaldæâ & Ægypto philosophia translata est ad *Æthiopas & Indos*, quorum philosophi communi nomine appellantur *Gymnosophistæ*; quod nomen veluti peculiare mansit philosophis Æthiopum. Nam Indorũ philosophi scissi fuerunt in *Brachmanes* & *Germanes*: iterumque inter *Germanes* fuit genus quoddam, qui *Hylobii* (perperam *Allobii*) quòd in sylvis viverent, sunt appellati. Apud *Persas* fuerunt *Magi*, inde à Danielis tempore usq; ad Christũ natum, & ulteriùs. *Scythæ* etiam suos habuerunt philosophos: *Galli* suos *Bardos & Druidas*: *Germani* sive *Celtæ* suos sacerdotes, qui appellantur *Semnothei*: *Gothi* suos *Parabusceos*. *Augustinus* etiam aliarum gentium philosophos nominat, *Atlanticos*, *Libycos, Hispanos, lib. 8. de civit. Dei cap. 9.* Nimirum, philosophia ab orbe condito, & ubique ferè orbis fuit: etsi multis modis fuerit vitiata, inprimis altercationibus; à quibus tamen vetustissimi philosophorum, teste *Clemente 8. Stromat.* fuerunt alienissimi.

A Barbaricâ philosophiâ, minimè barbarâ, manavit, & proximè ab eâ abest *Italica*. Ejus caput est *Pythagoras*, qui fuit Pherecydis Syri auditor, & variè peregrinatus est, in Ægyptum, ad vates Memphiticos; in Babyloniam, Persiam, & Indiam, ad prophetas (in quibus putatur fuisse Ezechiel) Magos, & Brachmanas. Claruit eo tempore, quo soluta est captivitas Babylonica. Docuit in eâ Italiæ parte, quæ dicta est magna Græcia. Docuit, inquam, philosophiam Italicam quamplurimos: ex quibus sunt πρῶτα ἀνδρῶν, *prima virorum*; *Saleucus* juxta Scaligerum, *Charondas, Archytas Tarentinus, Telanges, Xenophanes, Epicharmus, Parmenides, Melissus, Zeno Eleates, Heraclitus, Leucippus, Democritus, Empedocles, Nausiphanes, Philolaus, Eudoxus, Protagoras, Diogenes, Aristoxenus, qui fuit σύγχρονος Aristoteli. Plato* etiam in multis Pythagorissat. Cæterùm *Josephus 1. contra App.* author est, Pythagoram & novisse Judæorum instituta, & in multis secutum ea esse. Clemens tradit, circumcisum fuisse Judaico ritu. Schola sive ipsius collegium non ultra novem vel decem generationes mansit, inde ab Olympiade 50 usque ad Alexandri & Aristotelis ævum. Singuli tamen & sparsi diu postea fuerunt: & tempore quidem Ciceronis *Nigidius Figulus*: sub Augusto *P. Sextius*: post eum *Seneca*, & alii quidam Stoici: denique Chymici multi & nonnulli Platonici, qui Pythagorissarunt.

Secta Italica.

Tertia philosophorum natio est *Græcanica*, eaque triplex, *Poëtica, Ionica, Eleatica*. *Poëtica* est vetustissima, & in eâ *Linus*, Lini discipulus *Orpheus*, Orphei discipulus *Musæus*: qui ad an. 2700 & sequentes referuntur. Tres illi poëtæ possunt appellari tres Charites sive Gratiæ. Profunda fuit ipsorum doctrina, ut ex hymnis Orphei est colligere. Atque hi sunt poëtæ classis primæ. In secundâ classe collocamus *Homerum & Hesiodum*: quorum ille refertur ad tempora Davidis, hic ad Ionæ. In tertiâ classe sunt illi *novem lyrici Poëtæ*, tanquam novem Musæ Græcæ: *Pindarus*, (cygnus & olor Dircæus dictus) tempore Xerxis: *Simonides*, Pindaro σύγχρονος: *Stesichorus & Ibycus*, tempore Crœsi: *Alcman, Bacchylides, Anacreon*, (à quo carmen Anacreonticum) *Alcæus, & Sappho*. Qui omnes fuernnt ferè æquales. Nam vixerunt ab Olympiade 37 usque ad Olymp. 81. In quartâ classe sunt *quatuor Poëtæ*, tanquam quatuor cardines poëseos: *Hipponax*, à quo carmen Iambicum Hipponacticum: *Glycon*, à quo carmen Glyconicum: *Asclepiades*, à quo carmen Asclepidéum: *Phalæcus*, à quo carmen Phalæcium. In quintâ classe sunt septem Poëtæ Græci, à numero Pleiadum dicti *Poëtæ Pleiades*, quòd ferè eodem tempore vixerint: videl. *Theocritus, Nicander, Callimachus, Apollonius, Homerus junior, Aratus, & Lycophron*. Hi omnes floruerunt sub Ptolemæo Lagi filio, Ptolemæo Philadelpho, & Ptolemæo Euergete, hujus nominis primo. In sextâ classe ponuntur *Poëtæ heroici, tragici & comici*: *Tyrtæus, Empedocles, Theognis, Phocylides*, ab Olymp. 35. ad 60: *Sophocles, Æschylus, Euripides. Aristophanes, Menander, Eupolis, Cratinus, Archilochus*, ab Olympiade 75 ad 82. Apud Latinos primi Poëtæ fuerunt *M. Livius, Ennius, Nævius, Plautus, Terentius, Lucretius*: qui omnes floruerunt iis temporibus, quibus Romani bella Punica gesserunt, & paulò post. Hi Poëtæ (paucis exceptis) philosophiam scriptis suis ita insperserunt, ut nonnisi magni viri, & ætate judicioque maturi, possint hunc fructum ex iis capere. *Philosophia Ionica* & nomen, & numerum præcipuè habuit. Ei dedit initium *Thales*, unus è septem sapientibus: qui fuerunt omnium philosophorum primi & ἐξοχῇ quâdam sic dicuntur. Hi floruerunt post quinquagesimam, vel saltem post quadragesimam Olympiadem, temporibus Crœsi, Cyri & Tarquinii Prisci. Thales è Phœnice, Judææ finitimâ, oriundus, philosophiam suam è Barbarico fonte hausit. Sex sapientes ei apponuntur hoc ordine: *Solon, Chilon, Pittacus, Bias, Cleobulus, Periander*. Horum æquales fuerunt *Pherecydes, Pisistratus, Epimenides, Anacharsis & Myson*. Thaleti successit *Anaximander* discipulus: huic *Anaximenes*: huic *Anaxagoras Clazomenius*, quem audivit *Archelaus*, qui philosophiam

Secta Græcanica.

ex Ioniâ tranſtulit Athenas, & Socratem habuit diſcipulum. Atque hæc eſt ſecta *Ionica*, Phyſicis tantùm dedita. *Socrates* ſupervênit, qui totam naturalem illam philoſophiam ad mores convertit, adeoque Ethica introduxit. Id eſt, quod ajunt, Socratem de cœlo ad terras philoſophiam devocaviſſe. Quo factum, ut diverſæ philoſophorum ſectæ prodierint, prout variè ipſi philoſophi de finibus ſive metis bonorum & malorum diſputare cœperunt. *Stemma Socraticum* ita habet. Quinque habuit diſcipulos, authores ſectarum. Primus fuit *Ariſtippus Cyrenaicus*, à quo Cyrenaici: putà Ptolemæus, Antipater, Hegeſias (à quo ſecta Hegéſiaca) Anniceris, à quo ſecta Anniceria. Ex Cyrenaicâ ſectâ quidam derivant Epicuréam. Sed alii ex Eleaticâ ortam ſcribunt: quâ de re paulò poſt. Secundus fuit *Phædo Elienſis*, à quo Eliaci, in quibus nominatim eſt Menedemus Eretrienſis, à quo Eretrici. Tertius fuit *Euclides Megarenſis*, à quo Megarici, qui iidem Eriſtici & Dialectici; in quibus nominatim ſunt Eubulides, Clitomachus, Stilpo. Quartus fuit *Antiſthenes*, à quo Cynici, & in iis Diogenes, Crates, & Zeno, à quo Zenonii ſive Stoici; è quibus inſigniores ſunt, Cleanthes Zenonis ſucceſſor, Chryſippus, Diogenes Babylonius, Antipater Sidonius, Panætius, & Poſidonius, quæ ſucceſſio uſq; ad Ciceronem extenditur. Quintus fuit *Plato*,

cujus auditor

Succeſſor, *Speuſippus*, nepos ex ſorore: cui ſucceſſerunt	Seceſſionem faciens, *Ariſtoteles*: cui ſucceſſerunt
Xenocrates,	Theophraſtus,
Polemo,	Strato,
Crates,	Lycon,
Crantor.	Ariſto &c.

Et hactenus *Vetus Academia*, retinens præcepta Platonis. Sed Crantoris diſcipulus Arceſilaus ſive Arceſilas fuit *author ſecundæ ſeu mediæ*. Huic ſucceſſit Lacydes, quem falsò faciunt *authorem novæ Academiæ*.

Lacydi ſucceſſerunt

Telecles	Evander.
	Hegeſinus.
	Carneades, *verus author novæ Academiæ.*
	Clitomachus.
	Philo, qui *quartam Academiam inſtituit.*
	Antiochus, *author quintæ.*

Memineris, Academicos à quibusdam diſtingui in veteres, medios, & novos: ita ut *Speuſippus, Xenocrates, Polemon, Crates & Crantor* pertineant ad veterem Academiam: *Arceſilas* ad ſecundam: *Lacydes & reliqui* ad novam. *Secta Eleatica* quibusdam eſt eadem cum Megaricâ. Verùm hæc ab *Euclide* orta eſt, illa à *Xenophane*. Dicitur autem Eleatica à ſucceſſoribus Xenophanis, qui erant Eleates. Succeſſio eſt talis: *Xenophanes, Parmenides Eleates, Zeno Eleates, Meliſſus Samius, Leucippus Eleates, Democritus Abderites, Protagoras Abderites, Methrodorus Chius, Diogenes Smyrnæus, Anaxarchus Abderites, Pyrrho Elienſis, Nauſiphanes, & Epicurus*, qui claruit tempore Alexandri Magni, & nomen dedit ſectæ Epicureorum, quos inter non pauci fuerunt athei. Hæ philoſophorum ſectæ uſque ad Auguſti, & aliorum Imperatorum proximè ſequentium tempora perſeverarunt, ita ut inter Romanos ipſos alii Academici, alii Stoici, alii Epicuréi, alii Peripatetici fuerint: plures quidem Epicuréi, multi Stoici, non pauci Academici, ſed rari Peripatetici. Sed Epicureorum, Stoicorum & Platonicorum ſectæ magis magisq; decreverunt poſt tempora Conſtantini Magni, Peripateticâ reviviſcente, anno Chriſti 440, in Simplicio & aliis Ariſtotelozelotis, non tantùm in Græciâ, ſed etiam in Arabiâ, Germaniâ, Italiâ, Galliâ, & aliis mundi partibus.

Secta electiva (Græcis ἐκλεκτική) à Potamone Alexandrino eſt introducta: ſic dicta, quòd ſeligat & excerpat placita è ſingulis ſectarum. Cœpit hæc ſecta tempore Diogenis Laërtii, qui circa M. Antonini Imperatoris ævum ſcripſit. Superiori ſeculo, imò & aliquot antecedentibus, invenit aliquot ſui cultores. Nam Chymici ferè omnes, itemque Picus Mirandula, Petrus Ramus, & illorum diſcipuli (ſi excipias Ramozelotas) ſectam electivam elegerunt, adeoque nullius peculiaris ſectæ nomen uſurpârunt, ſed liberè ſunt philoſophati, & inſtar apicularum variis floribus aſſultantes, veneno ferè relicto, mel ſuaviſſimum in ſua alvearia comportârunt. Hi ergò *Hermetem Triumegiſtum* venerantur, ſed non adorant: *Pythagoram* admirantur, ſed ipſius αὐτὸς ἔφα non admittunt: *Platonem* pro Moſe Atticiſſante habent, ſed non pro Moſe θεοδιδάκτῳ: *Ariſtoteli* aliquid deferunt in quibusdam philoſophiæ partibus, ſed minimè faciunt cum Averroë, inſano Ariſtotelis admiratore, qui ait, nullum errorem in Ariſtotele inventum eſſe; Ariſtotelem eſſe regulam & exemplar, quod natura invenerit ad demõſtrandam ultimam perfectionem humanam; Ariſtotelis doctrinam eſſe ſummam veritatem, & ipſius intellectum fuiſſe finem humani intellectus: denique *Stoicos & Cynicos* (Stoici enim ſunt æmuli Cynicorum) non in omnibus, ſed in multis no-

Secta Electiva.

ſtro dogmati concordare, cum Hieronymo ſtatuunt: atque ita, uno verbo, obſervant illud Ariſtotelis, *Amicum Platonem, amicum Socratem, ſed magis veritatem eſſe.* De his conſule *Lipſium*, inſtauratorem philoſophiæ Stoicæ, & admiratorem inprimis Senecæ & Epicteti, Stoicorum, quorum ille vixit tempore Neronis, hic, Antonini Philoſophi.

Indiculus Authorum qui ſcripſerunt in variis Philoſophiæ partibus.

I. *Metaphyſica* ſeu primę philoſophię tres ſunt ętates. *Prima* eſt infantia ante Ariſtotelē: *ſecunda* eſt tempore Ariſtotelis: *tertia* poſt Ariſtotelem, ubi ſunt tres claſſes metaphyſicorum. *In primâ claſſe* ſunt metaphyſici textuales, id eſt commentatores Ariſtotelis, iique Græci, Arabes & Latini. *In ſecundâ* ſunt metaphyſici methodici Ariſtotelici. *In tertiâ* ſunt metaphyſici methodici recedentes ab Ariſtotele. In primâ claſſe ſunt Averroës, Albertus Magnus, Alexander Aphrodiſæus, Alexander Alenſis, Suarez, Fonſeca, & alii Scholaſtici atque Jeſuitæ, è quibus plerique Metaphyſicam Ariſtotelis vexarunt potiùs quàm illuſtrarunt. In ſecundâ claſſe ſunt Clemens Timplerus, Jacobus Martini, Johannes Combachius, & alii, qui doctrinam de intelligentiis & animâ ſeparatâ tradunt in metaphyſicâ. In tertiâ claſſe ſunt Matthias Martinius, & alii, qui doctrinam de intelligentiis & animâ ſeparatâ rectè ſeparant à metaphyſicâ.

II. *Pneumaticæ* ſcriptores ſunt 1. Rabbini & Cabbaliſtæ. 2. Platonici. 3. Peripatetici gentiles. 4. Chriſtiani ſcriptores.

III. *Scriptores Phyſiologiæ* ſunt 1. Hermetici & Platonici. 2. Peripatetici & Galenici. 3. Arabes. 4. Rabbini & Cabbaliſtæ.

IV. *Scriptores Arithmeticæ* præcipui ſunt Cardanus, Stifelius, Ramus, Gemma Friſius, Urſtiſius, Simon Jacob, Schonerus, Clavius, Heizo Buſcherus, Lanzius, & Metius.

V. *Scriptores Geometriæ* præcipui poſt Euclidem ſunt Albertus Durerus, Regiomontanus, Orontius, Ramus, Daſypodius, Clavius, Adrianus Romanus, Ludolphus à Côllen, Bartholomæus Pitiſcus & Metius.

VI. *Spharica* egregiè tradiderunt Theodoſius, Johan. de ſacro Boſco (quem illuſtravit Clavius) Peucerus, Scribonius, Friſchlinus, Scultetus, Keckermannus. *Theorias planetarum* perſecuti ſunt Eraſmus Reinholdus, Purbachius, Copernicus & Origanus. *Computum* tradiderunt Joſephus Scaliger, Heniſchius, Origanus. *Aſtrologiæ* ſcriptores præcipui

sunt Ptolemæus, Cardanus, Campanus, Ranzovius, Maginus, Origanus.

VII. *Geographiam* insigniter tradiderunt Ptolemæus, Appianus, Münsterus, Mercator, Ortelius, Maginus, Keckermannus & Gigas.

VIII. *Opticam* sive Perspectivam accuratè tradiderunt Vitello, Alhazenus, Rogerius Baccho, Risnerus, author Perspectivæ communis, Clemens Timplerus.


IX. *Musicam* egregiè tradiderunt Boëtius, Faber & Lippius.

X. *Architectonicam* illustrarunt Archimedes, Vitruvius, Hero, Jordanus, Leo Baptista Albertus, Johannes Jucundus.

XI. *Philosophiam practicam* accuratè persecuti sunt Aristoteles, Seneca, Epictetus, Bodinus, Tholozanus, Lipsius, Timplerus, Keckermannus.

XII. Quatuor sunt scholæ *veterum Logicorum*. *Prima* est Hebræorum, inde ab Adamo usque ad Noachum, & rursus à Noacho (qui est Prometheus senior & primus) usque ad Salomonem & deinceps. *Secunda* est mathematica, inprimis Pythagoreorum. *Tertia* est Ionica à Zenone usque ad Socratem. *Quarta* est Socratis. Ex hâc Socratis scholâ quinque ortæ sunt scholæ Logicæ à totidem discipulis Socratis. *Prima* est Logica Pyrrhonia, authore Anaxarcho Pyrrhone: *secunda*, Aristippi: *tertia* Euclidis: *quarta* Antisthenis: *quinta* Platonis, ex quâ ortæ sunt duæ sectæ, una Academicorum, altera Peripateticorum. Authores in singulis scholis vide in Encyclopædiâ lib. 20. c. 10. pag. 2897.

XIII. *Authores Hebræi, Græci, & Latini* distribui solent in certas ætates linguarum istarum. Sic linguæ Hebraicæ ætates sunt quinque, Græcæ quatuor, Latinæ quinque: de quibus vide d.l. Quo tempore hi vel illi authores claruerint, id verò ex Chronologiâ theologorum, JCtorum, medicorum &c. petere licet.



XLIII. Chronologia Philosophorum & Philologorum.

Anno M.

ADam insignis fuit philosophus, utpote qui multa retinuit veluti rudera istius sapientiæ, quam Deus ipsi implantaverat. Prima ætas Philosophiæ ante Pythagoram.

300. *Seth* imposuit nomina septem planetis, & in duabus columnis multa transmisit ad posteros.

600. *Jubal* Musicen instrumentalem excogitavit. *Gen. 4.*

700. *Enoch* maxima incrementa dedit astrologiæ. Hic est Atlas senior.

Anno M.

1556. *Noë* architectonicam didicit à Deo, & sapientiam à majoribus acceptam Semo & Japheto concredidit.

1780. *Zoroaster*, Bactrianorum rex, invenit magiam naturalem. Hunc collocamus in tempora Nini, cum quo dimicavit. Alii collocant 100 annis post cladem Trojanam.

2000. *Mercurius Trismegistus* fuit patriarcha philosophorum in Ægypto. Ejus discipulus fuit *Asclepius*.

2020. *Abraham* (referente Josepho) inter alia docuit astronomiam, in Chaldæâ primùm, deinde in Phœniciâ, postremò in Ægypto. Philosophiam Abrahami propagarunt Isaac, Jacob, & Joseph, an. 2180 & 2229.

2050. *Phœnices* inprimis dediti fuerunt astronomiæ. *Brachmanes* etiam in hæc tempora sunt collocandi.

2140. *Druides* in Galliâ operati sunt philosophiæ.

2150. *Phoroneus*, primus Argivorum rex, politicam excoluit. Primus enim leges judiciaque Argivis constituit, & homines à ferinâ agrestique vitâ ad cultiorem revocavit. Inde dictus est primus homo, & Nonno ἀρχέγονος.

2310. *Prometheus* ignem de cœlo abstulit, h. e. rationis usum monstravit & Logicam invenit. *Atlas*, frater Promethei, astrologiæ fuit deditus in Mauritaniâ, & *Orion* ibidem.

2340. *Memnon*, rex Ægyptius, magiæ naturalis fuit peritissimus, adeò quidem, ut ex nigro lapide statuam sibi similem fabricarit, quæ, cùm solis orientis radii illabebantur, in hilaritatem & risum se fundebat, & varias voces edebat: ubi autem sol occideret, tristitiam præ se ferebat & lachrymabatur.

2380. *Moses* omnem philosophiam Ægyptiorum fuit doctus.

2394. *Cecrops*, primus Atheniensium rex, conjugii legitimum usum docuit, adeoque philosophiam practicam excoluit.

2520. *Kadmus* literas Græcas invenit.

2630. *Amphion*, rex Thebarum, saxa movit citharæ cantu, h.e. dura & agrestia corda permulsit suâ eloquentiâ.

2680. *Oedipus*, insignis philosophus, solvit ænigmata sphingis.

2700. *Linus*, & ipsius successores poëtæ Græci, philosophiam didicerunt & docuerunt.

2930. *Salomon* fuit princeps omnium philosophorum.

3203. *Nabonassar* fuit peritus astronomiæ, & habuit in aulâ suâ insignes astronomos, quemadmodum & omnes reges Babylonii.

3320. Tempore Jeremiæ & Danielis florent *septem Sapientes Græciæ*, qui vulgo recitantur hoc ordine: Thales Milesius, Solon Salaminius, Periander Corinthius, Cleobulus Corinthius, Chilo Lacedæmonius, Bias Prienæus, Pittacus Mitylenæus. Ex his *Thales*, Herodoto Phœnix dictus, & *Solon*, poëta & legislator Atheniensis, in Ægyptum se receperunt

studio invisendi sacerdotes: *Pittacus Mitylenæus* scripsit leges prosâ & elego.

3320. *Pherecydes Syrus*, fuit coætaneus Thaletis: *Anacharsis Scytha*, σύγχρονος Solonis. Pherecydes fuit præceptor Pythagoræ, & primus omnium de diis & naturâ scripsit.

3359. *Magi apud Persas* florent.

3370. *Pythagoras Samius* floret tempore Ezechielis prophetæ, quem dicitur convenisse disciplinæ causâ. Quidam prodiderunt, ipsum natum patre Judæo, ideoque sacris Judæorum initiatum & circumcisum fuisse. Primus naturam Veneris invenit, & universum hoc κόσμον, se verò φιλόσοφον appellavit. *Anaximander*, Pythagoræ coævus, insignis fuit physicus, Thaletis discipulus, & primus gnomonem invenit, sphæramque construxit. Secunda Philosophiæ ætas post Pythagorã.

3380. *Simonides Ceus* invenit artem memoriæ. Præter hunc memorantur alii tres hoc nomine.

3390. *Æsopus* floruit tempore Solonis & Crœsi.

3400. *Anaximenes*, nobilis physicus, auditor Thaletis & successor Anaximandri, floret.

3410. *Xenophanes Colophonius*, & *Parmenides Eleates*, itemque *Zeno Eleates*, auditores Xenophanis, clarent. Zeno Eleates Aristoteli celebratur inventor dialecticæ, ut Empedocles rhetoricæ.

3420. *Epicharmus*, auditor Pythagoræ, docet.

3430. *Leucippus*, Zenonis Eleatæ auditor, atomorum inventor, claret.

3446. *Heraclitus* à Dario Hystaspis vocatur per literas. Hic semper flevit.

3480. *Anaxagoras*, Periclis præceptor, dictus fuit νοῦς καὶ ἀγέλαστος, quòd Deum dixisset esse mentem infinitam, & nunquam riserit. *Archelaus* Milesius, discipulus Anaxagoræ & Socratis præceptor, ex Ioniâ Athenas Physicam primus invexit, & hinc Physicus fuit appellatus.

3490. *Democritus*, princeps Græcus, & præceptor Hippocratis, claret. Dictus fuit σοφία καὶ γελάσινος, id est, sapientia & risor, quòd sapientiæ laude celebris esset, & omnes derideret, atque insanire diceret.

3494. *Empedocles*, ætate paulò inferior Anaxagorâ, Parmenidis æmulator, propagat philosophiam.

3506. *Melissus Samius* docet philosophiam. Fuit auditor Parmenidis.

350. *Pericles* orator claret.

3520. Tempore Haggæi & Zachariæ clarent *Meton* astronomus & *Protagoras Abderites*, qui Xerxem hospitio excepit anno M. 3486: item *Socrates*, & *Alcibiades*. Socrates fuit auditor trium philosophorum, Anaxagoræ, Damonis & Ar-

chelai.

heli. Hunc Cicero parentem philoſophiæ vocat Nam ipſum audiverunt Plato, Ariſtoteles, Eudoxus, Antiſthenes, Phædo, Ariſtippus & Euclides. Mortuus eſt anno ætatis 70 hauſtu cicutæ.

3530. *Cebes Thebanus* floret: item *Euripides*, philoſophus Scenicus, qui in phyſicis Anaxagoram, in rhetoricis Prodicum Cæum, in morali philoſophia Socratem habuit præceptorem.

3540. *Lyſias* orator claret: & an. 3550 *Iſocrates*, diſcipulus Protagoræ.

3560. *Cteſias* medicus, philoſophus & hiſtoricus, Perſicam hiſtoriam conſcripſit.

3570. *Plato*, princeps ille ingenii, docet univerſam philoſophiam. Moritur ipſo natali, anno M. 3624.

3580. *Archytas Tarentinus*, diſcipulus Platonis, fuit mathematicus excellens, inventor cubi: *Ariſtippus Cyrenæus*, à quo ſecta Cyrenaica, *Demoſthenes & ejus adverſarius Æſchines* hoc etiam tempore florent: item *Eudoxus*, Æſchinis F. auditor Socratis, itemque Chaldæorum & Ægyptiorum, quibus ab Ageſilao commendatus fuit. Hic inter ethnicos primus faſtos conſcripſit, ac poſt eum Hipparchus.

3600. *Antiſthenes, Diogenes Cynicus & Ariſtoteles* clarent tempore Alexandri M. Antiſthenes ex oratore philoſophus Socraticus, fuit author Stoico-Cynicæ ſectæ. Illi ſucceſſit Diogenes.

3602. *Speuſippus* ſuccedit Platoni in ſcholâ: Speuſippo *Xenocrates*.

3605. *Phœdo Elienſis* nomen dat ſectæ Eliacæ, quæ poſtea à Menedemo Eretrienſi Eretriaca appellata eſt.

3610. *Euclides* Megarenſis philoſophus, claret. Hic è patriâ ſuâ Megarâ quotidiè Athenas veniebat, ut Socratem audire poſſet, cùm moto bello inter Megarenſes & Athenienſes Megarenſibus Athenas venire interdictum eſſet.

3620. *Crates Thebanus & Heraclides Ponticus* florent.

3628. *Theophraſtus* ſuccedit Ariſtoteli hoc anno, quo Ariſtoteles obiit. Alii mortem Ariſtotelis prorogant in an. M. 3650.

3650. *Pyrrho* floret, à quo Pyrrhonii & Sceptici philoſophi habent nomen.

3660. *Stilpo, Strato, & Crates Athenienſis* florent.

3670. *Euclides*, Platonicus philoſophus, pater mathematicorum, docet.

3680. *Epicurus*, à quo Epicurei, & *Zeno Citticus*, author ſectæ Stoicæ, florent.

3690. *Cleanthes & Archeſilaus* ſunt clari.

3710. *Chryſippus* floret: item *Eratoſthenes* mathematicus. Chry-

sippus fuit πολυγραφώτατος. Libros enim 371 Logicos conscripsit.

3730. *Carneades & Archimedes* florent.

3760. *Panætius Stoicus*, Scipioni Africano familiaris, floret.

3780. *Apollodorus*, Panætii discipulus, claret.

3790. *Aristarchus* floret: & an. 3810 *Hipparchus* astronomus.

3840. *Lucretius* poëta est eximius philosophus: item *Virgilius* an. 3909.

3870. *Cicero* orator & philosophus floret: item *M. Brutus*, orator & JC. æqualis Ciceronis.

3880. *P. Terentius Varro*, Romanorum ille doctissimus, floret. Isidorus author est, illum composuisse libros 413.

3890. *Didymus*, scholiastes Homeri, docet.

3890. *Cratippus* Athenis docet.

3910. *Vitruvius*, princeps architectorum, claret tempore Augusti.

An. Christi.

5. *Julius Hyginus*, astronomus & mythologus, floret: an. 60 *Columella*, scriptor rei rusticæ, item *Seneca philosophus*, præceptor Neronis, ab ipso occisus.

70. *Plinius*, qui periit in Vesuvio, floret.

80. *Quintilianus* claret: an. 90 *Apollonius Tyanæus*, magus, item *Plinius Junior*, Procos. Bithyniæ: 100 *Favorinus & Plutarchus*: 110 *Gellius*, *& Lucianus*, blasphemus ille apostata: item *Polemon* rhetor & *Aristides philosophus*. Quinam ex *Patribus* fuerint philosophi, vide in Chronologiâ Patrum.

130. *Ptolemæus* mathematicus floret, itẽ *Secundus* Pythagoricus: an. 153 *Athenæus & Hermogenes rhetor* sub Adriano Pio: 154 *Apulejus*: 180 *Julius Pollux & Maximus Tyrius*, sub Commodo: 190 *Apollonius Alexandrinus*.

200. *Philostratus* vixit sub Severo. Ejus pater Philostratus sub Nerone, filius Philostratus sub Heliogabalo.

205. *Alexander Aphrodisæus* Peripateticus claruit sub Severo & Caracallâ.

230. *Ammonius*, philosophus Christianus, docet Alexandriæ. Ejus auditor fuit *Plotinus*. Hoc etiam tempore claret *Censorinus*.

243. *Samuel Jarchinas* Judæus est insignis astrologus.

270. *Porphyrius*, blasphemus, sub Aureliano floret. Fuit auditor Plotini, & præceptor *Jamblichi*, quem audivit Nazianzenus sub Constantio an. 300.

290. *Johannes Stobæus* floret: an. 258 *Eumenius rhetor*.

350. *Themistius* à quibusdam huc collocatur: item *Julius M. Firmicus*.

370. *Libanius sophista & Theon mathematicus* clarent: an. 393 *Chalcidius Platonicus & Pappus mathematicus*.

400. *Proclus*, mathematicus, cujus sphæra extat, & ejus disci-

pulus

An. Christi.

pulus *Marinus* florent Athenis. Quidam existimant Proclum fuisse Christianum.

490. *Urso* scribit librum de somniorum interpretatione: an. 468 *Plutarchus rhetor* claret Athenis.

470. *Æneas Gazaus*, Platonicus Christianus, floret: an. 490 *Zosimus Gazaus & Hesychius*, author Lexici.

500. *Symmachus & Boëtius*, Consules Romani, socer & gener, item *Dyonysius Exiguus* conditor æræ Christianæ, florent.

530. *Priscianus & Festus*, Grammatici, florent.

540. *Simplicius*, Aristotelicus, & *Damascius*, Stoicus, clarent sub Justiniano: 542 *Themistius* claret.

603. *Philoponus*, cognomento Grammaticus, fuit philosophiæ Platonicæ & Aristotelicæ peritissimus, sed Monotheleta.

590. *Beda venerabilis* floret, ac multa scribit in grammaticis, arithmeticis, astronomicis.

780. *Alcuinus*, seu Albinus, Caroli M. præceptor, discipulus
820. Bedæ, fuit insignis philosophus: ut & *Rabanus Maurus*, Alcuini discipulus.

880. *Albategnius* floret: an. 899 *Albumasar & Muhamad Aractensis*: an. 910 *Vitello* Opticus.

960. *Almansor* rex Arabum floret.

1034. *Guido Aretinus* scribit musicam.

1050. *Merboldus*, aliâs *Merbodeus*, putatur esse author libri metrici de lapidibus & gemmis.

1060. *Michaël Psellus*, doctissimus philosophus & medicus, floret Constantinopoli.

1160. *Averroës* scribit super universum Aristotelem, unde appellatur *Commentator*. Fuit magnus Aristotelozelotes.

1250. *Vincentius* monachus scripsit speculum doctrinale, in quo tractat de omnibus artibus.

1260. *Albertus Magnus* excelluit cognitione philosophiæ, ut & ejus discupulus, *Thomas Aquinas*. His adde alios Scholasticos, quos vide in propriâ Chronologiâ.

1270. *Petrus Hispanus*, qui postea factus est Papa, nomine Johannes, scripsit Logicam.

1300. *Arnoldus de Villânovâ* claret. De hoc & aliis Philosophis Chymicis vide propriam Chronologiam. *Johannes de Ravani*, Lotharingus, hoc tempore discipulos suos primus deduxit ad dialecticum docendi ac disputandi modum.

1320. *Marsilius Patavinus*, coævus Occamo, scribit pro Imperatore Ludovico.

1330. *Raimundus Lullius* floret.


1440. *Bessarion* Cardinalis defendit Platonem. Item *Theodorus Gaza*, *Georgius Trapezuntius*, *Emanuel Chrysoloras & Mataracius* florent.

An. Christi.

1450. *Laurentius Valla* floret: an. 1460 *Franciscus Philelphus* & *Johannes Regiomontanus:* 1470 *Georgius Purbachius*, & *Alexander ab Alexandro:* 1480 *Johan. Picus Mirandula, Marsilius Ficinus*, philosophus Platonicus, *Angelus Politianus*, *Hermolaus Barbarus*, *Pomponius Lætus*, vetustatis Romanæ maximus admirator, *Rudolphus Agricola:* 1490 *Johannes Jovianus Pontanus*, *Johannes Regiomontanus*, *Johannes Trithemius*, *Hieronymus Savanarola* &c. 1494 *Ambrosius Calepinus.*

1500. *Franciscus Titelmannus*, *Franciscus Mirandula*, *Philippus Beroaldus*, *Raphael Volaterranus.*

1510. *Cœlius Rhodiginus*, *Aldus Manutius*, *Christophorus Longolius*, *Johannes Reuchlinus*, *Polydorus Virgilius*, *Petrus Galatinus*, *Philippus Melanchthon*, *Johannes Schonerus*, *Ludovicus Vives*, *Nicolaus Copernicus*, *Hieronymus Cardanus*, *Julius Cæs. Scaliger:* 1550 *Petrus Ramus*, *Perionius* Rami adversarius, *Augustinus Hunnæus*, *Reinholdus* &c. 1560. *Jacobus Schegkius*, *Monlorius* &c 1570. *Carpentarius*, *Freigius*, *Toletus*, *Fonseca*, *Zabarella*, *Picolhomineus:* 1580 *Pacius*, *Crellius:* 1590 *Tycho Brahe*, *Beurhusius*, *Goclenius:* 1600 *Timplerus*, *Keckermannus*, & alii, quorum scripta versantur in manibus omnium.



An. M.

XLIV. Chronologia Poëtarum.

2453. Moses & *Maria* ejus soror primum carmen condidisse leguntur *Exod. 15.* Prima ætas poëseos ante Homerum.

2580. Prima vates *Phemonoë* primum versum hexametrum fecit:

Συμφέρετε πτέρα τ' οἰωνὸν, κηρόν τε μέλισσαι.

2620. *Debora* condit epinicion *Jud. 5.*

2630. *Amphion*, rex Thebanus, citharæ cantu movit saxa, h. e. eloquentiâ solutâ & ligatâ permulsit homines saxeos.

2700. *Linus*, præceptor Herculis Græci, floret.

2710. *Carmenta*, mater Evandri, à carmine fuit dicta: nisi malis *carmen* ab illâ deducere. Hâc quoque tempestate floret *Orpheus*, Lini discipulus Fuerunt & duo alii hoc nomine.

2730. *Musæus*, Orphei discipulus, claret. Præter hunc fuerunt & duo alii hoc nomine. Cæterùm in hæc tempora videntur collocandi Poëtæ, quos Pausanias & Eusebius docent fuisse Homero priores: putà *Philamnon*, *Olen Lycius*, *Pamphus Atheniensis*, *Thamyras*, *Demodocus*, *Phenius*, *Sibyllæ*, *Aristeas*, *Asbolus*, *Isatis* &c.

2890. *David* condidit multos psalmos oratione ligatâ: item *Asaph.*

2930. *Salomon* condidit multa cantica.

2909. *Homerus* videtur natus Ionicâ migratione. Alii collocant Secunda æ-

ipsum

Anno M.

ipſum 100 annis poſt hanc migrationem in Eliæ tempora an. 3039: alii ad Eſaiæ tempora referunt an. 3190: alii collocant in an. 3260.

tas poëſeos poſt Homerum.

3120. *Heſiodus* floret. Obiit paulò ante initium Olympiadum.

3240. *Archilochus* floret: item *Simonides Melicus*, ſive *primus*, qui ſic dicitur διακρίσεως ἕνεκα. Fuerunt enim præter hunc tres alii eodem nomine.

3300. *Tyrtæus* floret: & an. 3310. *Teleſilla* poëtria, itemq; *Alcman* lyricus. & *Arion*: 3320 *Jeremias* propheta ſcribit threnos: 3318 *Steſichorus*, *Alcæus*, *Glycon*, *Hipponax*: ab Alcæo carmen Alcaicum, à Glycone Glyconicum, ab Hipponacte Hipponacticum eſt dictum: an. 3320 *Solon* & *Pittacus Mitylenæus*: an. 3338 *Sappho* poëtria; 3350 *Epimenides* epicus: an. 3358 *Theognis*.

3370. *Pythagoras* & ipſe fuit poëta, ut conſtat ex carminibus ejus, quæ dicuntur aurea.

3380. *Simonides* alius à ſuperiore: an. 3390 *Ibycus* lyricus: 3410 *Phocylides*: 3417 *Anacreon* lyricus: 3450 *Pindarus*, & *Simonides* alius à ſuperioribus: 3460 *Æſchylus* tragicus: 3480 *Euripides*, & ejus æqualis *Sophocles*: 3490 Bacchylides: 3540 *Eupolis & Ariſtophanes*: 3660 *Merander & Cratinus*: 3670 *Theocritus & Aratus*: 3680 *Lycophron*: 3700 *Callimachus*.

3708. *M. Livius & Plautus* ſunt inter primos Latinos poëtas; item an. 3720 *Ennius*, 3790 *Terentius*, 3798 *Pacuvius*, 3810 *Lucilius*, 3840 *Lucretius*, 3850 *Archias* & *Q. Catulus*. Atque hæc eſt infantia poëſeos Latinæ. Deinceps eſt virilis ætas, hoc modo.

Tertia ætas poëſeos eſt ſub Latinis poëtis.

3900. *Catullus* floret: 3909 *Virgilius & Horatius*, 3916 *Manilius & C. Gallus*, 3920 *Propertius*, 3930 *Tibullus*, 3940 *Ovidius*.

An. Chriſti.

1. *Macer junior* floret; item an. 50 *Perſius*, 60 *Seneca tragicus* & *Lucanus*, Senecæ iſtius nepos, occiſus à Nerone, 70 *Silius Italicus*, 80 *Martialis*, 90 *Juvenalis*.

120. *Virgilius Romanus* floret ſub Adriano: 170 *Marullus* ſub Antonino: 210 *Oppianus*: 230 *Q. Serenus*: 250 *Cyprianus*: 280 *Ruf. Avienus* & *Calphurnius Siculus*: 200 *Lactantius*.

330. *Juvencus*, poëta ſacer, floret ſub Conſtantino M. item 350 *C. Marius Victorinus*, *Hilarius*, *Alphius Avitus & Septimius Afer*. 370 *Damaſus* Papa eſt etiam poëta, item *Gregorius Nazianzenus & Ambroſius*.

365. *Apollinarius* epiſcopus carmine heroico vertit pſalmos Davidis.

380. *Claudianus*, & *Auſonius* Gallus florent ſub Theodoſio I: *Prudentius*, poëta ſacer, ſub eodem & filiis ejus an. 390: item *Fortunatus*.

An Christi.

420. *Nonnus*, poëta Græcus, claret: item, *Paulinus*, episcopus Nolanus, & *Synesius*, episcopus Ptolemaïdis.

425. *Sedulius* floret sub Theodosio juniore.

430. *Proba Falconia*, poëtria: floret: item *Eudoxia*, uxor Theodosii II Imp. etiam poëtria.

440. *Sidonius Apollinaris*, episcopus Avernensis, scribit carmina & epistolas.

445. *Prosper Aquitanicus* carmine scribit de rebus sacris: item *Hilarius Arelatensis* episcopus.

490. *Coluthus*, & *Alcimus Avitus* episcopus Viennensis, florent.

500. *Maurus Terentianus* floret: item *Boëtius Severinus*, & *Faustus Gallus*: an. 545 *Arator*, poëta sacer 550 *Dracontius*: 570 *Venantius Fortunatus*, episcopus Pictaviensis: 700 *Ægidius*, monachus Græcus: 774 *Paulus Diaconus*: 810 *Philes*, Græcus: 814 *Eginartus*, cancellarius Caroli M. 835 *Rabanus Maurus*, & *Theodulphus*, episcopus Aurelianensis: 1050 *Petrus Comestor* & *Merboldus*: 1060 *Petrus Damiani*: 1125 *Hildebertus*, episcopus Turonensis: 1130 *Bernhardus Cluniacensis*: 1186 *Güntherus Ligurinus* & *Gothefridus Viterbiensis*. Deinceps usque ad annum 1350 poësis non adeò fuit exculta.

1350. Hoc tempore *Franciscus Petrarcha* poësin pristino nitori restituit. Eum anno 1460 secutus est *Quintus Æmilianus*, itemque *Philelphus*: 1470 *Conradus Celtes*, primus Germaniæ poëta, *Angelus Politianus*, *Baptista Mantuanus*: 1480 *Ambrosius Camaldulensis*, *Marcus Antonius Sabellicus*, *Jacobus Wimphelingius*: 1490 *Marsilius Ficinus*: an. 1500 *Robertus Gaguinus*, *Johan. Franciscus Picus*, *Sanazarius*, *Flaminius*, *Eobanus Hessus*. Ab eo tempore poësis in Germaniâ, Italiâ, Galliâ, Angliâ, Scotiâ maximè fuit exculta, non solùm ab iis, qui ex professo sunt poëtæ, sed etiam à theologis, JCtis, medicis & philosophis: inter quos excellunt hi:

1520. *Augurellus*, chymicus: *Melanchthon*, philosophus & theologus: *Thomas Morus* Anglus, anno 1535 ab Henrico VIII Angliæ rege, interfectus.

1530 & seqq. *Hieronymus Vida*, episcopus Cremonensis: *Marcellus Palingenius*, Chymicus: *Henricus Glareanus*, *Euricius Cordus*, *Georgius Buchananus*, *Alciatus* JC. *Strozzii*, *Julius Cæsar Scaliger* & *Josephus F.* *Lotichius*, *Sabinus*, *Stigelius*, *Olympia Fulvia Morata*.


1580 & seqq. *Paganus*, *Lauterbachius*, *Widebramus*, *Nathan Chytræus*, *Paulus Melissus*, *Douza*.

1600. *Pincier*, medicus, *Taubmannus*, *Heinsius*, & infiniti alii. His adde Rabbinos poëtas, qualis an. 1517 fuit *Elias Levita*.

Ex his fuerunt multi poëtæ sacri: putà *Moses*, *David*, *Salomon*, *Jeremias*, *Cyprianus*, *Lactantius*, *Juvencus*, *Hilarius*.

C. Mar-

C. Marius Victorinus, Gregorius Nazianzenus, Damasus Papa, Ambrosius, Prudentius; Ausonius, Paulinus, Synesius, Sedulius, Sidonius Apollinaris, Prosper, Hilarius Arelatensis, Alcimus Avitus, Arator, Boëtius Severinus, Venantius Fortunatus, Paulus Diaconus, Theodulphus, Rabanus, Petrus Damiani, Hildebertus, Gothefridus Viterbiensis, Franciscus Petrarcha, Robertus Gaguinus, M. Anton. Sabellicus, Jacobus Wimphelingius, Ambrosius Camaldulensis, Marsilius Ficinus, Baptista Mantuanus, Johan. Picus, Jacobus Sanazarius, Flaminius, Thomas Morus, Buchananus &c.



Anno M. | *Num. Sibyl.*

XLV. Chronologia Sibyllarum.

1990. Sibylla *Agrippa*, quæ & *Persis*, & *Chaldæa*, & proprio nomine *Sambethe* dicitur. Hæc dicitur orta ἐκ τοῦ Νῶε μακαριωτάτου, *ex Noë sanctissimo*. Vaticinata est de rebus gestis sub Alexandro M. & de incarnatione τοῦ λόγου. 1.

2620. *Sibylla Libyca*, seu *Libyssa*; cujus meminit Euripides in Lamiæ prologo. Hæc de vocatione gentium & nativitate Christi ex virgine prophetavit. Fortè hæc fuit Debora. 2.

2680. *Sibylla Delphica* vaticinata est de nativitate Christi ex virgine. Hujus meminit Chrysippus in eo libro, quem de divinatione composuit. 3.

2710. *Sibylla Italica*, sive *Cumæa in Italiâ*; quam Nævius in libris belli Punici, Piso in annalibus nominat, ut sunt verba Lactantii lib. 1. de fals. relig. Fortè hæc fuit Carmenta, mater Evandri fatidica, de quâ proverbium: *Cum matre Evandri loqui*. 4.

2730. *Sibylla Erythræa*; quæ Græcis Ilium petentibus est vaticinata, & perituram esse Trojam, & Homerum mendacia scripturum, & Deum ultimis temporibus se humiliaturum nascendo ex virgine. Ejus acrostichis extat hanc in sententiam, Ἰησοῦς Χριστὸς Θεοῦ υἱὸς, σωτὴρ, σταυρός. 5.

3000. *Sibylla Samia*, dicta *Pytho*; de quâ Eratosthenes in annalibus Samiorum. Hæc de divite nascituro ex pauperculâ vaticinata est; de tali, inquam, divite, quem bestiæ terræ sint adoraturæ, h. e. de Christo. 6.


3339. *Sibylla Cumana*, nomine *Amalthéa*, item *Demophile* & *Herophile*. Hæc novem libros attulit ad regem Tarquinium Priscum, & vaticinata est, ex æternitate prodituram prolem per virginem, & sublatâ ferreâ ætate fore auream. 7.

3380. *Sibylla Hellespontica*, nata in agro Trojano. Hæc Solonis & Cyri temporibus claruit. 8.

3500. *Sibylla Phrygia*; quæ vaticinata est Altissimum ex cœlo venturum in has terras per virginem. 9.

Anno M. 3919. *Sibylla Tiburtia*, sive *Tiburtina*, dicta *Albunea*. Hæc tempore Augusti Cæsaris, paulò ante nativitatem Christi, adhortata est homines, nominatim Augustum, ut colerent puerum è virgine nasciturum. Num. Sibyl. 10.

Hoc numero & ordine Sibyllæ commemorantur à Lactantio & aliis. Sebastianus Franck recitat undecim Sibyllas tali ordine: *Sibylla Agrippa, Libyca, Delphica, Phrygia, Samia, Europa, Persica, Erythræa, Cumana, Chymica, Tiburtina.* Carmina ipsarum vide apud Justinum de cultu veræ relig. Lactantium lib. 1. & 4. de fals. relig. & lib. de irâ Dei. Augustinum lib. 18. civit. Dei. c. 23. item in libris carminum Sibyllinorum.



XLVI. Chronologia nativitatis virorum aliquot celebrium.

Anno M.

1. ADam nascitur. Vide reliquos patriarchas in propriâ Chronologiâ.

2034. *Ismael:* 2044 *Loth:* 2048 *Isaac, Moab,* & *Ammon:* 2108 *Esau & Jacob.*

2193. *Ruben:* 2194 *Simeon:* 2195 *Levi:* 2196 *Juda:* 2197 *Dan:* 2199 *Joseph.*

2303. *Amram:* 2370 *Aharon:* 2374 *Moses:* 2815 *Samuel:* 2860 *David.*

3310. *Thales* nascitur Olympiadis 35 anno 1.

3320. *Epimenides* Cretensis nascitur. Vixit annos 157, è quibus dormivit continuè 57.

3338. *Sappho* nascitur Olympiad. 42.

3932. *Maria* virgo, mater Christi, nascitur.

An. Christi.

1145. *Avicenna*, medicus Hispalensis, nascitur.

1309. *Bartholus* de Saxo ferrato JC.

1437. *Johannes Annius Viterbiensis*, commentator Berosi: 1444 *Baptista Spagnolus Mantuanus*, Carmelita, & poëta.

1448. *Nicolaus Cusanus*, cardinalis, theologus & philosophus nascitur. Obiit anno 1464, & prædixit mutationem religionis anno 1517.

1455. *Johannes Capnion*, cognomento *Reuchlinus*, nascitur. Hic primus ferè literas Hebraicas & Græcas in Germaniam importavit.

1462. *Johannes Trithemius* nascitur. Hic anno 1508 prædixit mutationem religionis intra annos 15 futuram.

1470. *Janus Parrhasius*, Calaber, poëta: 147 . *Nicolaus Copernicus*, mathematicus: 1478 *Lilius Gregorius Gyraldus*, philosophus.

1483. *Martinus Lutherus* nascitur Islebii: ipso die Martini, unde ipsi

An. Christi.

de ipsi nomen indutum: 1484 *Julius Cæsar Scaliger* nascitur.

1486. *Henricus Cornelius Agrippa* nascitur, 1488 *Helius Eobanus Hessus.*

1491. *Martinus Bucerus* deserit ordinem Dominicanorum.

1492. *Andreas Alciatus* JC. nascitur Mediolani.

1496. *Cunradus Heresbachius* JC. nascitur.

1497. *Philippus Melanchthon* nascitur Brettæ in Palatinatu inferiori.

1499. *Johan. Brentius* theologus.

1500. *Joachimus Camerarius*, philosophus: 1501 *Hieronymus Cardanus*, medicus: 1505 *Levinus Lemnius*, medicus in Selandiâ: 1506 *Georgius Buchananus* Scotus, poëta: 1509 *Johan Calvinus*, theologus: 1515 *Nicolaus Hemmingius*, theologus in Daniâ: 1519 *Theodorus Beza*: 1520 *Jacobus Herbrandus*, theologus Tübingensis: 1524 *Petrus Canisius*, Jesuita nobilis.

1525. *Caspar Peucerus*, philosophus & medicus, nascitur. Hic anno 1586 ex carcere duodecennali liberatur.

1528. *Jacobus Andreæ*, cognomento Schmidlin, theologus, nascitur: 1533 *Johannes Major*, theologus & poëta, & *Johannes Posselius*, illustrator linguæ Græcæ apud Rostochienses: 1535 *Johan Clajus*, theologus & poëta: 1536 *Felix Platerus*, medicus: 1539 *Christophorus Pezelius*, theologus.

1540. *Johan. Jacobus Grynæus*, theologus & polyhystor: item *Josephus Scaliger*, princeps chronologorum & philologorum: 1545 *Franciscus Junius*, Biturix, theologus: 1546 *Tycho Brahe*, princeps astronomorum hoc seculo; item *Janus Dousa*, pater; & *Johannes Pisca or*, theologus.

1547. *Rudolphus Goclenius*, philosophus, nascitur Corbachii: *Justus Lipsius*, philologus & polyhystor, Bruxellis: 1548 *David Paréus*, theologus: 1551 *Georgius Sohnius*, theologus: 1552 *Antonius Fayus*, theologus Gallus, & *Julius Pacius* JC: 1555 *Hermannus Vultejus*, & *Johannes Gœddæus*, JC. 1560 *Caspar Bauhinus*, medicus, anatomicus & botanicus Basiliensis: 1561 *Amandus Polanus*, theologus.

XLVI. Chronologia mortis virorum aliquot celebrium.

Anno M.

930. ADam moritur, annorum 930.

987. *Enoch* assumitur in cœlum anno ætatis 365.

1042. *Seth* moritur, annorum 912.

1140. *Enos* moritur, natus annos 905.

1235. *Kenan* moritur, natus annos 910.

1290. *Mahalaleel* moritur, annorum 895.

Anno M.

1422. *Jared* moritur, annorum 962.
1651. *Lamech* moritur, annorum 777.
1656. *Mathusalem* moritur, natus annos 965.
1996. *Peleg* moritur: 1997 *Nahor*.
2005. *Noah* moritur, annorum 950.
2083. *Tharah* moritur, annorum 205.
2085. *Sara* moritur, annorum 127.
2123. *Abraham* moritur, natus annos 175.
2126. *Salah* moritur, annorum 433.
2158. *Sem* moritur, annorum 600.
2171. *Ismaël* moritur, annorum 137.
2187. *Eber* moritur, annorum 464.
2228. *Isaac* moritur, annorm 180.
2309. *Joseph* moritur, annorum 110.
2332. *Levi* moritur, annorum 137.
2362. *Kahat* moritur, annorum 133.
2440. *Amram* moritur, annorum 137.
2493. *Aharon* & *Moses* moriuntur: & Moses est annorum 120.
2517. *Josua & Eleazar* moriuntur: & Josua quidem natus annos 104.
2888. *Samuël* septuagenarius obit.
2929. *David* moritur: 2968 *Salomon*.
3174. *Hesiodus* moritur circa initium Olympiadum.
3421. *Daniel* vixit usque ad tertium annum monarchiæ Cyri.
3602. *Plato* octogenarius obit Olympiade 108.
3628. *Aristoteles & Demosthenes* obeunt anno 3 Olympiadis 114.
3742. *Chrysippus* obit Olympiade 143.
3787. *Ennius* septuagenarius obit.
3902. *Pompejus* ex pugnâ Pharsalicâ fugiens occiditur: 3907 *Julius Cæsar* occiditur.
3941. *Drusus* in Germaniâ moritur.

Anno Chr.

16. *Ovidius* in exilio moritur.
18. *Livius* obit.
39. *Pilatus* sibi mortem consciscit.
43. *Jacobus Major* decollatur ab Herode.
67. *Petrus & Paulus* Romæ occiduntur à Nerone.
78. *Marcus* incarceratur Alexandriæ.
81. *Jacobus Minor* lapidatur.
104. *Johannes* moritur.
107. *Simon* in crucem actus obit. In hoc, tanquam apostolorum ultimo, definit prima ætas ecclesiæ N.T. De *Ignatio*, *Cypriano*, & aliis martyribus vide Chronologiam persecutionum ecclesiæ, testium veritatis &c.
516. *Boëtius* Consul Romanus truncatur capite à Theodorico Veronensi rege Italiæ.
1054. *Hermannus Contractus*, chronographus, obit.

Mariæ-

Anno Chr.

1086. *Marianus Scotus*, historicus, obit Moguntiæ.

1097. *Lanfrancus*, archiepiscopus Cantuariensis, obit: 1109 *Anshelmus*, episcopus Cantuariensis: 1139 *Johannes de Temporibus*, armiger Caroli M. obit anno ætatis 361: 1164 *Petrus Lombardus*, episcopus Parisiensis, obit: 1190 *Irnerius*, jurisprudentiæ instaurator, obit.

1191. *Placentinus* JC. obit. Hic fuit Irnerii discipulus, & primus professionem juris in Galliam propagavit.

1200. *Azo* JC. moritur Bononiæ: 1236 *Johannes de sacro Busto*, sive Bosco, Minorita, professor mathematum in Academiâ Parisiensi: 1265 *Odofredus Beneventanus* JC: 1279 *Accursius*, glossator: 1274 *Thomas Aquinas*, Dominicanus: 1280 *Albertus Magnus*, episcopus Ratisbonensis: 1304 *Dynus* JC: 1306 *Jacobus Ravanus*, qui omnium primus ea, quæ à majoribus simpliciter erant tradita, ad dialecticum arguendi disputandive modum deduxit: 1308 *Johannes Duns*, Franciscanus: 1319 *Bartholomæus de Pratis* JC: 1321 *Dantes Aligerius*, Florentinus, poëta, moritur Veronæ in exilio.

1330. *Cinus* JC moritur: 1348 *Johannes Andreæ*, dictus turba juris canonici: 1355 *Bartholus*: 1374 *Franciscus Petrarcha*, philosophus & poëta: 1375 *Johannes Bocatius*, Florentinus, poëta & astronomus: 1379 *Johannes Taulerus*, Coloniensis, moritur Argentinæ: *Johan. Wiclef* 1387.

1412. *Bartholomæus Salicetus* JC. moritur Bononiæ: 1415 *Emanuel Chrysoloras* obit Constantiæ in concilio, & *Johan. Huss* ibi comburitur.

1416. *Hieronymus Pragensis* comburitur Constantiæ.

1417. *Franciscus Zabarella* JC. Patavinus, obit Constantiæ: 1420 *Baldus* de Ubaldis JC. moritur decrepitus: 1425 *Petrus de Aliaco* obit:

1428. *Johannes Wiclef* in exilium missus obiit, ut paulò ante diximus, anno 1387. Ejus cadaver anno 1428 jussu Martini Papæ effossum & publicè crematum est.

1429. *Johannes Gerson*, cancellarius Parisiensis, obit: 1435 *Johannes de Immolâ*, JC. Bononiensis: 1437 *Johannes de Rupe scissâ*, cardinalis: 1438 *Paulus de Castro* JC.

1462. *Georgius Purbachius*, mathematicus, obit Viennæ: 1463 *Blondus Flavius*, historicus, multorum Pontificum secretarius: 1465 *Laurentius Valla*, diligens linguæ Latinæ instaurator, obit Romæ: 1472 *Bessarion* Constantinopolitanus, cardinalis: 1477 *Bartholomæus Cæpolla* JC: item *Alexander de Immolâ* JC: & *Johannes Regiomontanus*, Viennæ obit.

1478. *Theodorus Gaza* obit Romæ: 1481 *Franciscus Philelphus*, orator & poëta, obit Bononiæ, propemodum nonagenarius, in summâ paupertate: item *Baptista Platina*.

1485. *Rudolphus Agricola* obit Heidelbergæ: 1486 *Georgius Tra-*

pezuntius, Romæ, qui in senectute omnium literarum fuit oblitus.

1494. *Hermolaus Barbarus* moritur Venetiis; item *Johannes Picus Mirandula*, & *Angelus Politianus*.

1498. *Hieronymus Savanarola* jussu Alexandri VI Papæ strangulatur & crematur Florentiæ.

1503. Johannes Jovianus, poëta, orator & historicus obit: 1506 *Christophorus Columbus*, repertor novarum insularum: 1507 *Marcus Antonius Sabellicus*, historicus: 1508 *Conradus Celtes*, primus Germaniæ poëta: 1509 *Philippus Cominæus*, historicus: 1510 *Philippus Beroaldus* Bononiensis, orator & philologus, item *Johannes Geiler Keissersbergius* theologus Argentinensis.

1515. *Lancellotus Decius* JC. obit: 1516 *Baptista Mantuanus*: 1517 *Albertus Crantzius*, theologiæ & decretorum doctor, historicus: 1519 *Jason Maynus* JC, & *Johannes Tezelius*, Dominicanus, obit Lipsiæ: 1520 *Sebastianus Brand*, poëta & JC, author navigationis Narragonicæ: 1521 *Raphael Maffeus Volateranus*, historicus, & *Ferdinandus Magellanus*, cæsus in prælio cum Indis: 1522 *Reuchlinus* moritur, quem *Petrus Galatinus*, Minorita, defendit, edito libro an. 1518.

1522. *Christophorus Longolius*, Belga, obit Patavii: 1523 *Franciscus à Sickingen*: 1524 *Thomas Linacer*, poëta & archiater Henrici IIX regis Angliæ; item *Johannes Staupitius*, eques Misnicus, insignis theologus; item *Petrus Mosellanus*: 1525 *Thomas Müntzer*, ex pastore impostor anabaptista; item *Jacobus Ceporinus*: 1527 *Albertus Durer*, pictor excellens, & vir sapiens; item *Johan. Frobenius*, typographus Basiliensis: *Hippolytus de Marsiliis* JC: 1529 *Paulus Æmylius*, historicus: & *Johannes Cuspinianus*, medicus & historicus.

1530. *Petrus Palladius*, theologus Danus, moritur: 1531 *Bilibaldus Birckhaimerus*; *Johannes OEcolampadius*, theologus Basiliensis; *Johan. Stoflerus*, mathematicus Tübingensis; *Huldricus Zwinglius*, theologus Tigurinus, in prælio cæsus crematur: 1532 *Gregorius Haloander*, JC. Venetus obit: 1534 *Johannes Velcurio* physicus, *Henricus Cornelius Agrippa*, *Johannes Aventinus Thomas Cajetanus Cardinalis*: 1535 *Philippus Decius* JC.

1535. *Johannes Fischerus*, episcopus Roffensis, post diuturnum carcerem, in quo à Pontifice creatus fuit Cardinalis, hoc anno mulctatur capite ab Henrico IIX rege Angliæ, quòd Catharinæ repudium, & Papæ dignitatem abrogatam approbare nollet. Idem supplicium eandem ob causam subit *Thomas Morus*, Angliæ cancellarius. Eodem anno moritur *Euricius Cordus*, medicus & poëta: item *Huldricus Zasius*, Friburgi.

1536. *Santes Pagninus*, Ordinis Prædicatorum, obit, homo πολύ-

γλωττ@; item *Desiderius Erasmus Roterodamus*: 1538 *Johan. Carion*, mathematicus & chronographus: 1540 *Franciscus Guicciardinus*, historicus; *Helius Eobanus Hessus*, poëta; *Guil. Budæus*, JC. Parisiensis; *Wolfgangus Capito*, theologus Argentinensis: 1541 *Urbanus Regius*, theologus; *Theophrastus Paracelsus*, medicus; *Simon Grynæus*, philosophus: 1542 *Leo Judæ*, theologus Tigurinus; *Gerhardus Noviomagus*, theologus Marpurgensis; *Hieronymus Ferrariensis*, philosophus Italus; *Petrus Cholinus*, πολύγλωττ@, Tiguri.

1543. *Ludovicus Vives*, Hispanus, obit Brugis: item, *Caspar Contarenus*, cardinalis, orator & historicus; *Nicolaus Copernicus*; *Johannes Eccius*, theologus Papista; *Albertus Pighius*, ejusdem farinæ; *Andreas Bodenstein Carolostadius*, theologus: 1546 *Martinus Lutherus*.

1547. *Beatus Rhenanus*, illustrator multorum bonorum authorum, obit: item, *Jacobus Sadoletus*, cardinalis; *Johannes Schonerus*, mathematicus; *Franciscus Vatablus*, professor linguarum regius in academiâ Parisiensi; *Petrus Bembus*, Venetus, cardinalis.

1548. *Caspar Cruciger*, senior, obit: item *Hieronymus Fracastorius*, medicus & philosophus Veronensis. Eodem anno *Franciscus Spiera* Italus, abjurato Venetiis Lutheri dogmate, in horrendam incidit consternationem.

1550. *Alciatus*, obit Papiæ: *Paulus Fagius*, insignis Hebræus, in Angliâ: *Johannes Spangenbergius*. theologus.

1551. *Nicolaus Ambsdorfius* obit. Is defefendit hoc paradoxum, *Bona opera esse noxia & perniciosa ad salutem*. Eodem anno Cantabrigiæ obiit *Martinus Bucerus*. Ejus cadaver in Anglicâ persecutione an. 1555 est effossum & combustum. Quadriennio pòst, suo honori est restitutus, publicisque laudibus ornatus 1560. Eodem anno obiit *Hieronymus Cagnolus* JC. consiliarius ducis Sabaudiæ: item *Joachimus Vadianus*, medicus, poëta, & historicus: item *Georgius Major*, theologus, qui rectè disputavit, bona opera ad salutem esse necessaria.

1552. *Jodocus Willichius*, medicus & philosophus Marchicus Francofurti, obit: item, *Petrus Apianus*, astronomus & cosmographus; *Lazarus Bonamicus*, philosophus Patavinus; *Ambrosius Catharinus*, & *Johannes Cochlæus*, antagonistæ Lutheri: *Paulus Jovius*, episcopus Nucerinus, & historicus: *Andreas Osiander* theologus: *Johannes Sichardus*, JC. Tubingensis: *Sebastianus Münsterus*, Hebræus & Cosmographus Basiliensis: *Oswaldus Myconius*, theologus Basiliensis.

1553. *Erasmus Reinholdus*, astronomus, moritur; item *Johannes Baptista Egnatius*, historicus. 1554 *Sigismundus Gelenius*, philologus; *Hieronymus Schurffius* JC. 1555 *Olympia Fulvia Mo-*

rata; *Georgius Agricola*, ſcriptor rerum metallicarum; *Gemma Friſius*, medicus & mathematicus.

1556. *Johannes Forſterus*, author Lexici Hebraici, moritur: item, *Conradus Pellicanus*, Tiguri; *Johannes Sleidanus*, hiſtoricus; *Marianus Socinus* JC. *Wolgangus Lazius*, medicus & hiſtoricus; *Andreas Tiraquellus*, JC. Pariſienſis; *Juſtus Jonas, ſenior*, theologus. Eodem anno comburitur *Johannes Hopperus*, epiſcopus Glosceſtrenſis in Angliâ.

1557. *Vitus Amerbachius*, philoſophus, obit Ingolſtadii: item, *Johannes Rivius* Atendorenſis: 1558 *Jacobus Micyllus*, philologus Græcus Heidelbergæ; *Erhardus Snepfius*, theologus Jenenſis; *Reginaldus Polus*, Cardinalis, author perſecutionis Anglicanę anno 1554; *Johannes Bugenhagius*, theologus Wittenbergenſis; *Johannes Ferrarius* Montanus JC. *Johannes Fernelius* Ambianus medicus: 1599 *Robertus Stephanus*, typographus doctiſſimus; *Eraſmus Sarcerius*, theologus; *Annas Burgius*, JC. & ſupremæ curiæ Pariſienſis Conſiliarius, propter religionem primò ſtrangulatus, deinde combuſtus; *Franciſcus Duarenus* JC. Biturigibus.

1560. *Philippus Melanchthon*, Phœnix Germaniæ, obit; *Johannes à Laſco*, Polonus; *Petrus Lotichius ſecundus*, poëta & medicus Heidelbergenſis; *Georgius Sabinus*, poëta, Francofurti in Marchiâ: 1561 *Conradus Lycoſthenes*; *Caſpar Schwenckfeldius*, eques Sileſius, & theologus; *Petrus Viretus*, theologus: 1562 *Johannes Stigelius*, poëta; *Gabriel Fallopius*, medicus Patavinus; *Petrus Martyr*, theologus; 1563 *Sebaſtianus Caſtellio*, philologus Baſilienſis; *Henricus Glareamus*, poëta, Friburgi; *Hieronymus Frobenius*, typographus Baſilienſis; 1564 *Theodorus Bibliander*, πολύγλωττος, Tiguri; *Johannes Calvinus*, Genevæ; *Andreas Gerhardus Hyperius*, theologus, Marpurgi; *Fridericus Staphylus*, apoſtata, Ingolſtadii. *Andreas Veſalius*, anatomicus: 1565 *Johannes Matheſius*, in valle Joachimicâ; *Adrianus Turnebus*, philologus Pariſienſis; *Guil. Farellus*, theologus; *Hieronymus Baumgartnerus*, patritius Noribergenſis doctiſſimus; *Conradus Geſnerus*, medicus & polyhyſtor; *Johannes Langius*, medicus: 1566 *Georgius Caſſander*, theologus Papiſta; *Johannes Draconites*, theologus Wittenbergenſis πεντάγλωττος; *Leonhardus Fuchſius*, medicus; *Carolus Molinæus* JC. Pariſienſis; *Johannes Funccius*, theologus & chronologus, truncatus capite, Regiomonti: 1567 *Wolfgangus Muſculus*, theologus Bernenſis; *Johannes Oldendorpius* JC. Hamburgenſis, Marpurgi; *Juſtus Jonas*, junior, JC. plexus capite Hafniæ: 1568 *Guil. Gratarolus*, medicus; *Johannes Oporinus*, typographus Baſilienſis; *Johannes Schneidewin* JC. 1569 *Cœlius Secundus Curio*, philoſophus

Baſilien-

Basiliensis; *Paulus Eberus*, theologus Wittenbergensis; *Victorinus Strigelius*, theologus.


1570. *Brentius* obit: 1571 *Claudius Espencæus*, Sorbonæ Parisiensis theologus; *Georgius Fabricius*, poëta: 1572 *Benedictus Arias Montanus*, author Bibliorum Regiorum Antuerpiensium; *Johannes Cnoxus*, Scotus, theologus; *Stephanus Tzegedinus*, theologus Ungarus; *Johannes Geropius Becanus*, medicus & philosophus; *Augustinus Marloratus*, Lotharingus, jussu Guisii strangulatus; *Petrus Ramus*, sicariâ manu interfectus Parisiis; *Dionysius Lambinus*, philologus Gallus, obiit paulò pòst cædem Rami: 1573 *Balduinus* JC. Parisiis; *Andreas Masius* JC. collaborator Ariæ Montani in Regio opere; *Abdias Prætorius*, theologus, Wittenbergæ: 1574 *Joachimus Westphalus*, theologus Hamburgensis; *Joachimus Camerarius*; *Paulus Manutius*, Aldi F. *Benedictus Aretius*, theologus Bernensis: 1575 *Henricus Bullingerus*; *Matthias Flacius Illyricus*; *Johannes Hospinianus*, philosophus & theologus Basiliensis; *Hadrianus Junius*, medicus & philologus; *Franciscus Maurolycus*, *Syracusanus*, mathematicus; *Josias Simlerus*, theologus; *Valentinus Erythræus*, mathematicus, primus rector academiæ Altorfinæ; *Guilielmus Xylander*, mathematicus; *Joachimus Rhœticus*, & *Johannes Stadius*, mathematicus; 1579 *Stanislaus Hosius*, Polonus, cardinalis & episcopus, præses concilii Tridentini; *Oswaldus Schreckenfuchsius*, mathematicus, Friburgi.

1580. *Laurentius Kirchovius*, JC. Rostochii; *Immanuel Tremellius*, ex Judæo Christianus, Sedani: 1581 *Johannes Fichardus* JC. *Johannes Marbachius*, theologus, Argētinæ; *Andreas Musculus*, theologus, Francofurti ad Oderam; *Franciscus Portus*, Cretensis, Genevæ: 1582 *Johannes Bauhinus*, Gallus, Basileæ; *Georgius Buchananus*: 1583 *Zacharias Ursinus*, theologus; *Thomas Erastus*, philosophus & medicus: 1584 *Johannes Sambucus*, medicus & historicus: *Abrahamus Bucholzerus*, theologus & chronologus; *Carolus Sigonius*, orator & historicus, Bononiæ: 1585 *Ludovic. Lavaterus*, theologus, Tiguri; *Ambrosius Lobwasser*, JC. Regiomonti; *Simon Sulcerus*, theologus, Basileæ; *Fridericus Widebramus*, theologus & poëta, Heidelbergæ: 1586 *Martinus Chemnitius*, theologus, Brunsvvigæ; *Rudolphus Gualtherus*, theologus, Tiguri; *Johannes Jacobus Weckerus*, medicus; *Matthæus Wesenbecius*, JC. Antuerpianus, Wittenbergæ: 1587 *Johannes Bodinus*, JC. Andegavensis; *Andreas Gail*, JC. Coloniæ; *Jacobus Schegkius*, medicus & philosophus, Tubingæ; *Marcus Antonius Muretus*, orator, Romæ; *Timotheus Kirchnerus*, theologus, Helmstadii; *Joachimus Maisterus*, philosophus & poëta; *Caspar Olevianus*, theologus Herbornæ; *Antonius Perenotus*, cardina-

lis Granvellanus; *Johannes Wigandus*, theologus Borussus: 1588 *Tilemannus Heshusius*, theologus, Helmstadii; *Joseph Mascardus*, JC. *Theodorus Zwingerus*, philosophus, medicus & polyhystor; *Joachimus Mynsinger* JC *Theodoricus Schnepfius*, theologus Tubingensis: 1589 *Henricus Mollerus*, theologus, Hamburgi; *Christophorus Plantinus*, Antuerpiæ; *Martinus Cromerus*, episcopus, historicus Polonus; *Jacobus Zabarella*, philosophus Patavinus; *Tilemannus Stella*, mathematicus, Sigenensis; *Johannes Sturmius*, philologus polyhistor, Argentinæ.

1590. *Jacobus Andreæ*, *Hieronymus Zanchius*, *Johannes Avenarius*, theologi, obeunt: item *Cujacius*, *Franciscus Hotomannus*, JCti: *Jacobus Theodorus Tabernæmontanus*, medicus, Heidelbergæ: *Nicodemus Frischlinus*, poëta, orator & philosophus, ex captivitate arcis Hohenauracensis effugere conatus, rupto funiculo in subjectam petram præcipitatus, miserè perit: *Fortunatus Crellius*, philosophus, Heidelbergæ obit: 1591 *Antonius Sadeel*, Baro Chandæus; *Hugo Donellus*, JC. *Simon Pauli*, theologus: 1592 *Nicolaus Selneccerus*, theologus Lipsiæ: 1593 *Johannes Leunclavius*, philologus & historicus, Viennæ; *Orlandus de Lasso*, musicorum sui seculi princeps, Monaci; *Martinus Mirus*, theologus: 1594 *Gerhardus Mercator*, chronologus & cosmographus; *Johannes Borcholten*, JC. 1595 *Michael Neander*, philologus Silesius; *Reinerus Reineccius*, historicus, Helmstadii: 1596 *Jacobus Kimedoncius*, theologus, Heidelbergæ; *Lambertus Danæus*; *Fridericus Sylburgius*; *Petrus Ximenius*, Lusitanus, theologus Papista: *Franciscus Drack*, in tertiâ expeditione Americanâ maritimâ moritur: 1597 *Caspar Cruciger*, junior; *Janus Douza*, F. *Johannes Posthius*, medicus & poëta; *Hieronymus Commelinus*, typographus doctissimus; *Aldus Manutius*, Pauli F. 1598 *Petrus Calaminus*, theologus, Heidelbergæ; *Nathan Chytræus*, Bremæ; *Abraham Ortelius*, Antuerpiensis, cosmographus; *Henricus Stephanus*, typographus doctissimus.

1600. *Beza*, *Tycho Brahe*, *David Chytræus*, *Theophilus Golius*, moriuntur: 1601 *Conradus Dasypodius*, mathematicus; *Philippus Glaserus*, historicus, Argentinæ: *Nicolaus Crellius* JC. & cancellarius Saxoniæ (decollatur) *Matthæus Dresserus*, historicus & philologus, Lipsiæ: 1602 *Paulus Melissus Schedius*, poëta, Heidelbergæ: 1603 *Ægidius Hunnius*; *Henricus Ranzovius*, prorex Daniæ: 1604 *Melchior Junius*, orator Argentinæ; *David Rungius*, theologus Wittenbergensis; *Petrus Wesenbecius*, JC. Coburgi: 1607 *Georgius Mylius*, theologus, Wittenbergæ; *Baronius*, cardinalis: 1608 *Valentinus Forsterus* JC. *Philippus Nicolai*; 1609 *Josephus Scaliger*: 1622 *David Paréus* theologus, & *Dionysius Gothofredus* JC.



XLVII. Chronologia præcipuarum Eclipsium.

Anno M.

Eclipses sunt præstantissimus astronomiæ & chronologiæ thesaurus, quippe bases, & characteres temporis infallibiles. Ex his præcipuæ sunt istæ.

3180. Prima eclipsis, quæ ab authoribus est adnotata, incidit in tempus concepti Romuli, fuitque *solis*. Hoc tempore cœpit declinare regnum Israëlis.

3230. Anno 28 Nabonassari contigit *eclipsis lunæ*, & an. 3235 *solis*. Hoc tempore decem tribus Israëlis in perpetuam captivitatem sunt abductæ an. M. 3228, & Romulus mortuus est an. 3235, quo ipso an. Sennacherib rex Assyrius cæsis 185000 suis militibus solvit obsidionem Hierosolymorum & fugit, paulò pòst à filiis suis occisus

3329. Anno quinto Nabopalassaris accidit *eclipsis lunæ*, & an. M. 3343. *solis*. Hoc tempore fuit corruptissimus status regni Judæ, unde illud pressuris variis affectum est. Nam an. M. 3350 cœpit captivitas Babylonica 70 annorum, & an. 3360 Hierosolyma & templum à Nabuchodonosor sunt excisa.

3427. An. 7 Cambysis fuit *eclipsis lunæ*: quo tempore Judæi à Cyro dimissi prohibentur ædificare templũ & instaurare urbẽ.

3459. Anno 31 Darii Histaspis fuit *eclipsis lunæ*. Hoc tempore Darius ad Marathonem ingenti clade fuit victus ab Atheniensibus, duce Miltiade.

3469. *Eclipsis solis* accidit in apparatu Xerxis, qui victus est ad Thermopylas & Salaminem.

3470. Conspecta fuit *eclipsis solis* ante pugnam ad Platæas, ubi Mardonius Xerxis dux iterum vincitur.

3619. *Eclipsis solis* conspicitur hoc anno, quo bellum Peloponnesiacum sive Archidamium Lacedæmoniorum cum Atheniensibus cœpit. Tanta fuit ista eclipsis, ut circa meridiem stellæ conspicerentur.

3526. *Eclipsis solis* conspicitur octavo anno belli Peloponnesiaci. Hoc tempore desiit persecutio Judæorum, Dario Notho capessente imperium.

3546. *Eclipsis solis* accidit sub finem belli Peloponnesiaci. Hoc anno Athenæ sunt captæ à Lysandro.

3619 *Eclipsis lunæ* fuit conspecta, & Darius Codomannus victus ad Arbelam ab Alexandro M. qui transtulit monarchiam à Persis ad Græcos.

3775. Magna *eclipsis solis* contigit: etiam luna interdiu cœlo sereno fuit obscurata, ludis Apollinaribus.

3776. Hoc anno *eclipsis lunæ* fuit conspecta, & sequenti anno cœpit bestia illa Antiochus Epiphanes.

Anno M.

3782. *Eclipsis lunæ*, eaque magna, conspicitur, & Perseus rex Macedoniæ vincitur ab Æmilio Cos. Atque hîc est finis regni Macedonici ad Romanos translati. Maccabæi etiam hoc tempore incipiunt.

3905. Circa tempus occisi Cæsaris contigit *eclipsis lunæ*.

An. Christi.

35. Tempore passionis Christi conspicitur *eclipsis solis*, eaque totalis: item *eclipsis lunæ. Matth.27. Marc.15.* Fuit autem hoc planè supernaturale: quia eclipses solis ordinariè contingunt tempore novilunii, ista verò plenilunio contigit, quod inde patet, quia Judæi pascha suum divino mandato celebrabant plenilunio.

45. Primo Augusti est *eclipsis solis*, & *Herodes Agrippa* percutitur ab angelo. Fames grassatur in Syriâ.

59. *Eclipsis solis* præcedit primam persecutionem sub Nerone, quæ cœpit anno 65.

317. *Eclipsis solis* est hoc anno, quo Arius cœpit.

348. Maxima *solis eclipsis* apparet, Arianis grassantibus.

360. Ab aurorâ usque ad meridiem *sol* patitur *eclipsin*.

393. *Eclipsis solis* conspicitur hoc anno, quo contigit divisio imperii sub Honorio & Arcadio.

404. *Eclipsis solis* conspicitur, & an. 410 Roma capitur ab Alarico rege Gothorum.

527. *Eclipsis solis* fuit conspecta. Hoc tempore Gothi grassantur.

592. *Eclipsis solis* conspicitur, & anno 606 Phocas confirmat primatum Papæ, & Mahomed incipit an. 622.

733. Conspicitur *eclipsis solis*, & controversia de cultu imaginum incipit, orientalibus illum impugnantibus, occidentalibus probantibus: quanquam Damascenus etiam in oriente scripsit pro imaginibus.

796. *Sol* per XVII dies obscuratus fuit, tantæque fuerunt tenebræ, ut naves quoque à cursu aberraverint.

797. *Sol* mirabili prodigio per dies septendecim obscuratus mansit. Bellarm. in Chronol.

803. *Luna* ter fuit obfuscata, & *sol* semel.

806. Fuit *eclipsis solis*.
807. Tres fuerunt eclipses, una *solis*, duæ *lunæ*.
809. Fuit *eclipsis lunæ*.
810. Tres fuerunt eclipses, una *solis*, & duæ *lunæ*.

} Hoc tempore sub Carolo M. accidit magna mutatio, diviso imperio in orientale & occidentale, Christianaq; religione longè propagatâ.

812. Hoc anno *eclipsis solis* præcessit mortem Caroli M. Fuit autem prodigiosa eclipsis: quia, ut scribit Eginhardus in vitâ Caroli M. apparuit per septem dies macula nigri coloris in sole. Hoc prodigium procul dubio significavit obscura

tionem

tionem evangelii sub Pontificibus, qui à Carolo M. ejusque parente nimis ditati cœperunt affectare regnum seculare. Cæterùm hæc eclipsis ab aliis confertur in an. Chr. 814: quod intelligendum est de verâ annorum ærâ, quæ à vulgari anticipatur biennio.

831. Tres fuerunt eclipses, una in *sole*, duæ in *lunâ*. Hoc tempore Ludovicus Pius à filiis captus in carcerem conjicitur, & ecclesiastici nimium sibi sumunt in politicis.

840. *Eclipsis solis* maxima fuit, ita ut stellæ cernerentur, ut in verissimâ nocte. Idem factum est anno 899.

1290. *Eclipsis solis* præcedit constitutionem imperii Ottomannici.

1387. Nonis decembris tanta fuit *solis defectio*, ut vix fuerit major.

1415. Septimâ Junii, feriâ sextâ, manè, tam horrenda fuit *eclipsis solis*, ut aves in terram deciderent. Hoc tempore Johannes Huss in concilio Constantiensi fuit combustus 6 Julii.

1544. Quatuor fuerunt eclipses, una in *sole*, tres in *lunâ*. Circa hoc tempus cœpit bellum Smalcaldicum & religio variè fuit jactata.



XLVIII. *Chronologia magnarum conjunctionum, sive revolutionum planetarum.*

C*Onjunctio magna* dicitur, quando Saturnus & Jupiter spatio annorum 794, dierum 214 (seu numero rotundo, spatio annorum 800) ita percurrunt duodecim Zodiaci signa, ut denuò conjungantur sub initium primi conventus sui in trigono signorum igneo. Aliâs dicitur revolutio planetarum. Hujusmodi conjunctiones sive revolutiones inde ab initio M: usque ad hunc annum currentem 1623 contigerunt septem, si numeres annum mundi conditi inclusivè, sin verò exclusivè, octo: hoc modo.

Anno M.		Numerus conjunctionis.	
1.	Mundus creatur à Deo.	1.	0.
795.	Henoch floret.	2.	1.
1590.	Diluvium incidit post hanc conjunctionem, an. M. 1656.	3.	2.
2385.	Hæc conjunctio accidit tempore servitutis Ægyptiacæ.	4.	3.
3180.	Decem tribus in perpetuam captivitatem abducuntur an. M. 3228, aliquot annis post hanc conjunctionem.	5.	4.
3975.	Christus nascitur an. M. 3949 annis 26 ante hanc conjunctionem. Annis 43 post hanc conjunctionem accidit excidium urbis & templi per Titum. Cæterùm anno M. 3980 respondet annus Christi 31, quo cœpit fungi officio suo his in terris: unde appellatur primus annus politiæ Christi.	6.	5.

Anno M.		Num. cōjun.	
4770.	Huic anno respondet annus Christi 826, cùm paulò ante, videlicet an. Christi 801, accidisset divisio imperii Rom. in orientale & occidentale sub Carolo M.	7.	6.
5552.	Huic anno respondet annus Chr. 1603, quo contigit magna conjunctio in Sagittario, 24 Decembris. Atque hæ sunt octo sive septem conjunctiones magnæ, quæ in Chronologiâ eundem habent usum cum eclipsibus, ac proinde sunt munimenta calculi astronomico-historici. Si omittatur prima conjunctio, quæ figitur in ipsâ creatione, & numerentur conjunctiones post creationem, erunt septem, de quibus teneantur hi aphorismi.	8.	7.

1. *Prima conjunctio* post creationem mundi accidit eo tempore, quo omnia fuerunt heroica.

2. *Secunda conjunctio* accidit eo tempore, quo homines primi mundi susque deque habuerunt conciones Noachi, qui cœpit concionari anno M. 1536, annis 120 ante diluvium.

3. *Tertia conjunctio* accidit tempore pressuræ sive servitutis Ægyptiacæ, à quâ liberati fuerunt Israëlitæ 69 annis pòst.

4. *Quarta con'unctio* accidit 17 annis ante Romam conditam, cùm Saturnus & Jupiter convenissent in trigono igneo.

5. *Quinta c n'unctio magna* Saturni & Jovis in principio Leonis contigit anno Chr. 26.

6. Anno Christi 800 rursus cœpit igneus trigonus, & *sexta con'unctio* accidit anno 826, quo tempore Pontifices abuti cœperunt donatione Pipini & Caroli Magni.

7. Trigonus igneus rursus cœpit anno Chr. 1600, ita ut anno 1603 contigerit *magna conjunctio* Saturni & Jovis, numero *septima*, in igneo signo Sagittarii. Hanc secuta est hoc anno 1623 conjunctio minima Saturni & Jovis in Leone signo regio & itidem igneo. Hujus conjunctionis ignis consumet omnes scorias & fæces urbis Romæ anno 1635, quo ad finem decurret revolutio Romani imperii sub trigonis. Hîc solent duo ista notare. 1. Urbs Roma octingentesimo ferè anno sub suis significatoribus igneis Phœnicis instar fuit renovata. 2. Sub initium monarchiæ Romanæ Hierosolyma fuerunt capta, & Judæi dispersi: sub finem ipsius recolligentur unà cum filiis Israël, qui anno 30 urbis Romæ conditæ fuerunt abducti in Assyriam.

8. Anno Chr. 1642 accidet conjunctio Saturni & Jovis in Ariete, quæ portendit novi alicujus imperii revolutionem.

9. Hoc loco non possum quin tradam *Speculum Mundi*, sive potiùs *Harmoniam trium voluminum*, putà voluminis

Biblici seu prophetici, Cœlestis sive astrologici, & Historici seu experimentalis. **** Tenenda sunt autem de isto Speculo hæc axiomata.

I. Solus Deus majestati suæ hoc servavit, ut puncta temporis tum præteriti, tum futuri exactè sciat. Fieri itaque non potest, ut homo, quantumvis perspicax, texat accuratam Chronologiam, nedum definiat futuri temporis momenta. Neque tamen ideò numerorum chronologicorum & propheticorum explicatio est omittenda. Nam cùm Deus numeros quosdam in historiis & prophetiis verbi sui expresserit, ingratitudinis & negligentiæ fuerit, illos non expendere in timore Domini.

II. In conjunctionibus magnis sive revolutionibus planetarum, quibus illi ad initia redeunt, ut non est probanda superstitio vel scrupulosa diligentia, ita quoque laudanda non est negligentia, vel irrisio.

III. Caput 12. Danielis debet nobis esse cynosura in explicatione numerorum propheticorum Nam illud nos à templo secundo veluti manu ducit ad excidium ipsius: & ab excidio templi an. Christi 69 usque ad terminum dierum numerat primò annos 1290, deinde 1335, hoc est, annos 2694, connumeratis annis 69, qui effluxerunt à Christo usque ad excidium templi. Ab hac summa si subducantur mille anni Apoc. 20. perveniemus ad annum Christi 1694. Unde colligimus, septem phialas inde ab anno 1517 usque ad annum 1694 effundendas, ita nempe, ut interea temporis vasa iræ armentur, animentur & exanimentur, & vasa misericordiæ premantur & à pressuris liberentur, Judæis & gentibus ex remotis mundi angulis in unum collectis, ut postea sit florentissimus ecclesiæ status per 1000 annos. De conversione Judæorum, qui abducti sunt à Salmanassare, insignis est locus *Hos. 3. v. 4. 5.*

IV. Præcipuæ mutationes ab anno 1600 ad annum 1700 colligi possunt ex conjunctionibus planetarum collatis cum numeris apocalypticis, qui nos manuducunt ad annum Christi 1622, 1625, 1636, 1642, 1694. Vide suprà Chronologiam numerorum propheticorum.

V. Historiarum collatio, novarum stellarum observatio, & denique morum hominum inspectio plurimùm conducunt ad prædictionem conversionis rerum humanarum.

VI. Philosophi rerum astronomicarum peritiores numerant quatuor monarchias non secundùm prædominium regnorum, sed secundùm quatuor cardines mundi. Prima est orientalis, Assyriorum: secunda meridionalis, Persarum & Græcorum: tertia occidentalis, Romanorum: quarta septentrionalis, sive borealis, quam Deus constituet in septentrio

ne per leonem septentrionalem, magna cum admiratione illorum, qui divinam Apocalypsin & harmoniam illam, quam hîc exserto digito monstramus, nihili faciunt.

VII. Quia video varia parata judicia meæ Chronologiæ propheticæ, visum fuit faciendum ut sequenti clypeo Sacræ Scripturæ me munirem.

1 A creatione mundi usq; ad diluvium sunt anni 1656, & *generationes decem*, hoc modo: Adam, Seth, Enos, Cainan, Malaleel, Jared, Enoch, Mathusalah, Lamech, Noë. *Genes.* 5. *&* 7. 1. *Chron.* 1.

2 A diluvio usq; ad promissionem Abrahamo factam sunt anni 367, & *generationes decem*, hoc modo: Sem, Arphaxad, Salah, Heber, Peleg, Regu, Serug, Nahor, Thara, Abraham, *Gen.* 10. *&* 12. 1. *Chron.* 1.

3 A promissione Abrahamo factâ usq; ad exitum ex Ægypto sunt anni 430, & *generationes sex* hoc modo: Isaac, Jacob, Levi, Caath, Amram, Moses, *Exod.* 12. *v.* 40. 41. *Gen.* 21. 25. 29. *Exod.* 6. 7. 1. *Chron.* 6.

4 Ab exitu ex Ægypto usq; ad fundationem templi Salomonis sunt anni 479, & *generationes undecim* hoc modo: Aharon, Eleazar, Pinehas, Abisua, Bukki, Hutzi, Zerachja, Merajoth, Amarja, Achitob, Tzadok. 1. *Reg.* 6. *v.* 1. 1. *Chron.* 6.

5 A fundatione templi usq; ad ipsius excidium per Nebucadnezarem sunt anni 426, & *generationes quindecim* hoc ordine: Salomon, Roboam, Abia, Asa, Josaphat, Joram, Ahasia, Joatham, Achaz, Ezechias, Manasse, Amon, Josias, Jechonias, Zedekias, 2 *Reg* 25. *Matth.* 1. Observa templum esse excisum anno 19 Nebucadnezaris, si numeretur initium regni ejus more Scripturæ, quæ numerat annos ejus ab anno 18 patris, qui ipsum adscivit conregem.

6 Ab excidio templi per Nebucadnezarem usque ad edictum Cyri de templo reædificando sunt anni 59 & *generatio una*, nempe Salathiel, *Esdr.* 2. *Matth.* 1.


7 Ab edicto Cyri usque ad instaurationem templi sunt anni 111 & *generatio una*, nempe Zorobabel. *Esdr.* 6. *Matthæi* 1.

8 Ab instauratione templi secundi usque ad ejus excidium per Titum sunt anni 490, & *generationes undecim*, hoc ordine: Abiud, Eliacimus, Azor, Sadocus, Achimus, Eliud, Eleazar, Matthan, Jacob, Joseph, Christus. *Dan.* 9. *Matth.* 1. Atque hic calculus colligit à creatione mundi ad excidium templi per Titum annos 4018.

9 Ab excidio templi per Titum usque ad bellum Gog & Magog sunt anni 2625. *Dan.* 12. *v.* 11. 12. *Apoc.* 20. *v.* 1. 7. 8. Anni isti terminantur anno Christi 2694: quia templum est excisum anno Christi 69. Ab hoc currente anno 1623 us-

que ad

que ad 1694 erit protasis sive præparatio ad mille annos apocalypticos, quibus elapsis incipiet bellum Gog & Magog, & hoc excipiet illustris ille adventus Domini ad judicium; quod quando sit futurum ipse solus novit. Nos ex Scripturis hoc solùm novimus, mille annos & bellum Gogiticum, ut appellatur, antecessura ultimum judicium. Quòd si quis hæc & similia primâ fronte non intelligat, hunc oro ut nobiscum conferat priùs, quàm suum judicium de rebus non intellectis ferat.



XLIX. Chronologia cometarum post Christum natum.

MUlti sunt authores, qui de cometis scripserunt historiam, idque vel ex professo, vel sparsim: nimirum, Josephus, Manilius, Xiphilinus abbreviator Dionis, Plinius, Seneca, Svetonius, Eusebius, Nicephorus, Pontanus, Amerbachius, Niphus, Apiarius, Funccius, Milychius, Carion, Cuspinianus, Funccius, Suessanus, Peucerus, Camerarius, Aretius, Garcæus, Griminæus, Prætorius, Dasypodius, Latomus, Celichius, Irenæus, Zeisius, Nageiius, Keckermannus, Puteanus, & alii. Ex quo cometographorum, ut ita dicam, catalogo quilibet per se videt, hanc historiæ partem alicujus esse momenti: utpote quam tot & tanti authores diligenter excoluerunt. Non itaque inanem operam me sumturum confido, si cometas, qui inde à Christo nato apparuerunt, historicè recitavero. Quod attinet ad illos cometas, qui ante Christi nativitatem fulserunt, vix decem vel undecim ab historicis sunt adnotati, & quidem variâ admodum chronographiâ. Quapropter illos recitare nihil attinet, si excipias eum, qui anno M. 3519 arsit, quo tempore cœpit bellum Peloponnesiacum; item istum, qui paulò ante nativitatem Christi fuit conspectus, de quo Sibylla Augusto consulenti respondit: *Hic puer te major est: hunc adora*. Eadem prædixit, cometam illum significare Christianam religionem. *Numerus cometarum.*

An. Christi.

13. *Cometa* est visus. Hoc tempore Quintilius Varus à Germanis duce Arminio est cæsus. 1.

16. Sanguinolenti *cometæ* denuntiarunt mortem Augusti Cæsaris. 2.

56. Tempore Claudii visus est *cometa*, pluitq; sanguine. Hoc anno obiit Claudius: cujus in imperio successor fuit Nero, qui matrem, uxorem & præceptorem Senecam interfecit, & perpetuum latrocinium exercuit. 3.

An. Chriſti.		*Numerus cometarum.*
57.	Viſus eſt *cometa, & tres ſoles*, ſub initium imperii Neronis, quod fuit merum latrocinium, ſi excipias vulgo jactatum quinquennium ipſius.	4.
62.	Apparuit *cometa* ſex menſibus, qui ſævitiam & tragicum exitum Neronis portendit.	5.
66.	*Cometa* arſit ſex menſibus: quem ſecutus eſt *terræmotus*, quo Laodicea, Hierapolis & Coloſſæ in Natoliâ fuerunt afflictæ.	6.
68. 69.	— *Cometa* gladio flammivomo ſimilis, & imminens urbi Hieroſolymæ, in Judæâ & alibi, eſt viſus: qui excidium urbis ſanctæ portendit.	7.
73.	*Cometa*, qui à jaculi ſimilitudine acontias dicitur, apparuit.	8.
77.	Apparuit *cometa*, quem Titus imperator carmine deſcripſit.	9.
78.	*Cometâ* facto apud Cyprum & alibi multæ urbes horribili terræmotu corruerunt.	10.
79.	*Cometam* exceperunt horribiles venti, terræmotus, & peſtis, nominatim Romæ. Hunc cometam cùm monſtrarent Veſpaſiano, ille per jocum dixit, pertinere hoc prodigium ad regem Parthorum, qui comam nutriret. Sed Veſpaſianus paulò poſt mortuus eſt.	11.
185.	Viſus eſt *cometa*, qui à barbæ ſimilitudine appellatur pogonias. Tum temporis ſubitò conflagravit templũm pacis, multa bella ſecuta ſunt, & Roma plurimis maximiſque incommodis laboravit, quorum cauſam homines in Commodi flagitioſam vitam retulerunt.	12.
190.	Viſus eſt *cometa*, quem excepit incendium Capitolii, peſtis item & bellum.	13.
195.	Tempore Severi conſpectus eſt *cometa*, de quo Romæ fuit opinio, eum magnum aliquod malum portendere.	14.
323.	*Cometæ* varii præceſſerunt peſtilentem Arii hæreſin.	15.
337.	*Cometa* denuntiavit mortem Conſtantini Magni, & infinita mala, quæ ſecuta ſunt. Nam tres ipſius filii de ſummâ imperii contenderunt, & Chriſtiani immanibus periculis fuerunt expoſiti.	16.
367.	Viſus eſt *cometa*, & Jovianus imperator à Perſis victus.	17.
377.	*Cometâ* facto, factus eſt terræmotus ferè per totum orbem, adeò ut mare egrederetur litora, & multæ urbes, innumeriq; populi opprimerentur.	18.
383.	*Cometa*, Lucifero ſimilis, qui à gladii ſimilitudine xiphias appellatur, inter alia mala invaſionem Eugenii portendit.	19.
389.	Itidem eſt viſus *cometa*, Lucifero ſimilis.	20.
405.	Sub Arcadio viſus eſt *cometa*, qui ejus mortem ſignificavit.	21.

410. Conspectus est *cometa* ensiformis, qui multa portendit mala. Nam Roma capta fuit ab Alarico rege Gothorum. Calamitates in oriente & occidente variæ acciderunt. Tanta enim eo tempore cædes hominum facta est, quantam ætas nulla à condito mundo novit. Tota Europa periit: Asiæ pars non exigua est attrita: Africa quoque non fuit horum malorum expers. Bellum, fames, siccitas & pestis certatim infestarunt orbem. Tanta etiam fuit solis eclipsis, ut stellæ medio die refulserint. 22.

418. Sub Honorio alius fulsit *cometa*, quem secuta est seditio in universâ Italiâ & Hispaniâ. 23.

443. Apparuit *cometa*, & apud Tolosam sanguis fluxit. 24.

448. *Cometâ* multis diebus micante factus est terræmotus. Attila quoque magnam partem Italiæ adflixit, & multas præclaras urbes diripuit. Exules confugiunt in eum locum, ubi hodiè sunt Venetiæ, quæ circa hoc tempus fuerunt conditæ. 25.

453. 454. — *Cometa*, terræmotus, & alia portenta apparuerunt. Attila post longam obsidionem captâ Aquileiâ, Vincentiam, Veronam, Mediolanum, Ticinum, Augustam Rauracorum, Argentinam, Vormatiam, Coloniam, & alias Rheni civitates pari terrore pervadit: tandem ab Aëtio in campis Catalaunicis magno prælio vincitur. 26.

459. *Cometa* visus est, & alia acciderunt prodigia, post quæ inguinaria pestis multos absumsit. 27.

488. Insoliti *cometæ* apparuerunt, & secta Arianorum longè lateque grassata est procurantibus Osthgothis. 28.

519. Visus est *cometa* barbatus, qui portendit terræmotum, quo multæ urbes & homines perierunt. 29.

533. Sub Justiniano ardet *cometa:* quem sequitur terræmotus decendii, seditio Constantinopoli, pestis Antiochiæ & alibi locorum. 30.

550. *Cometa* in formâ lanceæ apparet Roma capitur à Totilâ. Hunni devastant Franconiam & Thuringiam. 31.

589. Visus fuit *cometa*, & Persæ fuerunt victi à Mauritio. 32.

594. Apparuit horribilis *cometa:* quem secuta sunt multa mala, nominatim siccitas, annonæ caritas, bellum Longobardorum in Italiâ, & agmina locustarum ibidem. 33.

602. *Cometa* maximus est visus, & innumera alia eaque horrenda prodigia acciderunt, quæ cædem Mauritii Imperatoris, futuras Mahomedis calamitates, & καισαρoπαπτίαν Pontificis Romani portenderunt. Nam Bonifacius III à Phocâ impetravit, ut Roma caput ecclesiarum & diceretur & haberetur, frustrà refragante patriarchâ Constantinopolitano. 34.

620. *Cometes* apparuit. Tum Cosroës Persarum rex Hieroso- 35.

An. Christi. | *Numerus cometarum.*

lymam diripuit, & anno 622 Mahomed cœpit. Viſa ſunt hoc tempore alia etiam prodigia & horrenda tonitrua audita.

633. *Cometa* eſt viſus figurâ acinacis. Circa hoc tempus Saraceni Damaſcum, Hieroſolymam, & Syriam totam occuparunt. 36.

674. Apparuit magnus *cometa*, quem ſecuta eſt ſiccitas, peſtis, & fames. 37.

675. 676. Tribus continuis menſibus apparuit *cometa*: quo tempore Saraceni imperium Rom. vehementer adflixerunt. Nam magnâ claſſe venerunt in Siciliam. Bellarminus in Chronologiâ collocat cometam in an. 678, & addit tribus annis ſequentibus non pluiſſe. 38.

684. *Cometa* apparuit, qui peſtem, tonitrua, famem & eluviones ſubſecutas ſignificavit. 39.

729. Duo *cometæ* viſi ſunt. Ingens peſtis hoc anno orbem pervaſit, præſertim Conſtantinopolim, ubi 300000 hominum periere. Non multò poſt Luitprandus Longobardorum rex Romam obſidet, & Saraceni Carthagine ex Africâ moventes in Hiſpaniam navigant, & ejus provinciæ partem occupant. 40.

745. *Cometa* in Syriâ apparuit. Varii morbi ſubſecuti ſunt. 41.

761. Duo *cometæ*, unus in oriente, alter in occidente, fulſerunt. Turcæ in Armeniam irruperunt. 42.

763. Viſus eſt *cometa*, quem ſecutum eſt magnum frigus, & poſtea uredo. Turcarum quoque potentia crevit. 43.

814. Ante obitum Caroli M. apparuit ſingularis & terribilis *cometa*. Unde imperator attonitus cum Eginardo philoſopho contulit, dicens, quòd mutationem regni mortemque principis portenderet. Verùm philoſophus nolebat eum contriſtare, ſed locum prophetæ adducens dicebat, *A ſignis cœli nolite timere*. At imperator devotus, Non aliud, inquit, timere debemus, niſi illum, qui noſtri & ſideris illius creator eſt. Sed ejus clementiam laudare tenemur, qui noſtram inertiam, cùm peccatores ſimus, talibus admonere dignatur indiciis. Quia igitur talia portenta cùm apparent, omnes communiter tangunt, omnes pro virili feſtinare debemus, ut miſericordiam in illo dominante conſequi valeamus. Hæc in faſciculo temporum. Alii tamen hanc hiſtoriam recitant de Ludovico I. Caroli M. filio. 44.

818. Apparuit *cometa*; item anno 830. Circa hoc tempus proceres eccleſiaſtici ex odio erga Ludovicum Imp. quòd reſiſteret ipſorum faſtui, concitarunt filios ejus ad conſpirandum adverſus parentem, eumque capiendum & in vincula conjiciendum. 45.

An. Christi.		Num. com.
840. 841. 842.	— Tres *cometæ* ante dissensionem & bellum fratrum filiorum Ludovici Pii, propter divisionem regni exortum, apparuerunt. Saraceni ex Africâ in Italiam irrumpunt, & Romam diripiunt: sed reduces in itinere submerguntur.	47. 48. 49.
868.	*Cometa* apparuit, & terræmotus est factus.	50.
876.	*Cometa* apparuit, quem pestis & fames secutæ sunt.	51.
882.	*Cometa* est visus, & Treveris incendio vastata.	52.
900.	Mortuo Arnolpho Imp. visus est *cometa*: quem secuta est incursatio Hungarorum Saracenorumque in Italiam.	53.
905.	Apparuit *cometa*. Mox Hungari in Germaniam sæpe incursiones fecerunt, eamque vastarunt. Berengarius quoque imperator Italicus Ludovicum regem Longobardorum oculis privavit.	54.
906.	Arsit *cometa*, quem multiplex grando est secuta.	55.
912.	*Cometæ* aliquot sunt visi. Non ita multò post Hungari Italiam ingressi multas vicissim intulerunt acceperuntq; clades, & secuta est magna inundatio aquarum præcipuè in Saxoniâ.	56.
942.	Apparent *cometæ*, qui portenderunt bellum, famem, & mortem animalium omnis generis.	57.
945.	In Italiâ visus est *cometa* miræ magnitudinis: quem secuta est pestis, eluvio & fames.	58.
964.	*Cometa* & alia prodigia sunt visa, famem, quæ mox secuta est, præsagientia.	59.
984.	*Cometa* portendit famem, pestem & terræmotum.	60.
1000.	*Cometes* & varia prodigia apparuerunt. Otto III superavit Crescentem patritium, qui Romæ principatum occupaverat: & septem Electores instituit.	61.
1006.	Anno tertio Henrici II. *cometam* & alia prodigia exceperunt fames & pestis, è quibus hæc adeò invaluit, ut sepelientium tædio, vivi adhuc spiritum trahentes, cum mortuis sepelirentur. Pestis illa duravit triennium, & multa oppida planè exhausit.	62.
1017.	*Cometam* secuta est pestis, & bellum in Poloniâ.	63.
1031.	*Cometam* secuta est fames, eluvio & pestis.	64.
1038.	Fulsit *cometa*, & seditio in Italiâ est exorta.	65.
1043.	*Cometam* secutum est bellum in Hungariâ.	66.
1058.	*Cometam* in Poloniâ fames secuta est & mors regis.	67.
1066.	*Cometes* per totum orbem diu apparuit. Eodem anno Anglia per Wilhelmum Normannum variè afflicta, tandemq; subacta fuit. Gregorius VII sive Hildebrandus excommunicat Heuricum IV, & Rudolphum in ejus locum substituit.	68.
1067.	*Cometa* significat magnam siccitatem, pestem & famem.	69.
1068.	Apparuit *cometa* ignitissimus, eorundem malorum, quæ diximus ad duos præcedentes annos, index.	70.

An. Christi. | *Num. com.*

1071. Visus est *cometa*, eadem portendens mala, quæ diximus 71.
ad tres præcedentes, inprimis varias seditiones. Nam inde ab anno 1060 majestas Imperatoris ab Hildebrando pedibus conculcata fuit: Saxones rebellarunt: Cæsar factus est Papæ supplex: Rudolphus contra Henricum est electus,
1095. sed tandem cæsus: Papa ab Henrico IV. in maximas angu- 72.
1096. stias est redactus &c. 73.
1097. — Singulis annis singuli *cometæ* sunt visi. Conradus & Hen- 74.
1099. ricus V. se opponunt patri Henrico IV. Nominatim Hen- 75.
1101. ricus infandâ impietate parentem ab imperio remotum & 76.
1106. Bingæ captum miserè tractat. Secutum est bellum sacrum, 77.
1109. quod multis annis duravit, & toti orbi Christiano fuit in- 78.
1110. auspicatissimum. Nam magnâ Christianorum jacturâ ge- 79.
1112. stum est. Ingentia quoque & multa mala secuta esse pro- 80.
dunt historiæ: utputà fames & pestis miseranda ferè per totum orbem, item funestissimum bellum, quod Pontifex excitavit in Germaniâ, Saxones armando contra Henricum V. Quinquies in isto bello depugnatum est multo sanguine, & plurimi præstantissimi principes perierunt. Sedari tamen non potuit, donec imperator, victus pertinaci ambitione Pontificum, edictum avi sui Henrici III abolevit, quo sanxerat ille, ne quis pro Pontifice agnosceretur, nisi imperator electionem ratam habuisset.

1132. Apparuit *cometa*. Svevi & Dani deficiunt ab imperatore 81.
Lothario, à quo coguntur in ordinem.

1145. *Cometa* fulsit. Bellum oritur inter Saxones, Vandalos & 82.
Polonos. Nobiles in Hassiâ rebellant.

1211. Apparuit grandis *cometa*. Sequenti anno Tartari in Po- 83.
loniam & Silesiam irrumpentes magnam hominum multitudinem trucidarunt, & singulis absciderunt aurem, ut scirent numerum occisorum.

1223. *Cometa* fulsit in Galliâ. Friderico II. Imperatori non be- 84.
ne convenit cum Papâ. Guelfi sequuntur Papam, Gibellini stant à partibus Cæsaris.

1240. Apparuit *cometa*. Sequenti anno Tartari in Poloniam 85.
magno exercitu incursione factâ, igne & cæde omnia compleverunt: postea per Moraviam in Hungariam ingressi, eam tribus annis miserè afflixerunt. In Burgundiâ accidit horribilis terræmotus, qui duos montes loco movit & multos homines oppressit.

1254. *Cometa* portendit horribilem ventum. 86.

1264. Apparuit *cometes* magnâ caudâ. Movit è Galliis cum exer- 87.
citu Carolus, superatoque Manfredo, Siciliæ rege, regnum Neapolitanum occupavit. Biennio pòst Saraceni in Hispaniam trajiciunt, magnasque clades inferunt & accipiunt. In

Hetruriâ

Hetruriâ quoque magni tumultus excitati sunt. Anno ter-
tio ab comete Banducar Babyloniorum & Assyriorum rex
1298. Armeniam ingentibus copiis invasit, Antiochiam expu- 88.
1300. gnavit, stragemque Christianorum ingentem edidit. 89.
1301. — Singulis hisce annis singuli *cometæ* sunt visi, qui inter alia 90.
1304. mala indicarunt afflictionem Christianorum per familiam 91.
1305. Ottomannicam, quæ authore Osman sive Ottoman cœpit 92.
1307. anno Christi 1297. Pestis quoque per universum orbem 93.
1312. grassata est anno 1305. 94.
1313. — Fulsit *cometa*, & similiter quatuor annis seqq. Hoc tem- 95.
1314. pore Henricus Lutzelburgius veneno est sublatus à mona- 96.
1315. cho. De imperatore eligendo facta est contentio sive bel- 97.
lum civile, quod gravissimè Germaniam adflixit integrum
octennium. Maxima quoque hominum & jumentorum pe-
stis, itemque annonæ caritas est subsecuta.

1337. Duo *cometæ* hoc anno fuerunt conspecti. Contentio in- 98. 99.
ter Ludovicum Bavarum & Clementem VI est orta. Locu-
stæ quoque multum damni hinc inde dederunt.

1340. *Cometes* in cœlo visus est. Galli ab Anglis superati sunt, 100.
10 millibus cæsis. Pestis Florentiæ 15 millia extinxit, & per
agrum fœdâ strage desævit.

1347. *Cometa* fulsit. Mox pestis per totum ferè orbem grassa- 101.
ta est.

1351. Extincto *cometâ* hujus anni graves ventorum æstus secu- 102.
ti sunt: pestis item & raritas annonæ.

1353. *Cometam* secuta est siccitas, & incendium multiplex à 103.
fulmine ortum.

1363. Arsit *cometa*: qui significavit reformationem Johannis 104.
Wicleffi.

1375. —Duo *cometæ* fulserunt, prognostica simultatis inter prin- 105.
1380. cipes Francos exortæ. Bertholdus monachus Germanus an- 106.
no 1380 invenit bombardas.

1382. *Cometam* extinctum secuta est pestis sæva. 107.

1390. *Cometa* fulsit, quem inauditi & incurabiles morbi secu- 108.
ti sunt.

1394. *Cometa* apparuit, qui veru appellatur, quem pessimum 109.
putant astrologi. Significavit Italorum perfidiam. Nam cir-
1400. ca hæc tempora cœperunt passim excutere jugum imperii 110.
1401. Germanici. 111.
1402. — Singulis annis singuli *cometæ* fulserunt. Secutæ sunt in- 112.
1403. gentes calamitates, varii & inauditi morbi: amnes exarue- 113.
runt: pestis fuit grassata: Tamerlanes sive Tamyris, Scytha-
rum ac Parthorum rex, cum innumerabili exercitu Asiam
invasit, & seipsum appellavit iram Dei & vastitatem terræ,
quomodo de Attilâ proditum est, quòd se appellaverit fla-

gellum Dei. Hussitarum dux Zisca feliciter pugnat in Sigismundum Imp.

1425. Apparuit *cometa* maximus, quem secuta est annonæ caritas sex annorum. 114.

1434. *Cometa* fulsit, & solis eclipsis fuit. Secuta sunt varia bella, numero 8. 115.

1439. *Cometa* fulsit. Ars typographica anno seq. est inventa. 116.

1444. *Cometa* ardet. Rex Galliæ movet in Helvetiam. Vladislaus rex Hungariæ cæditur ab Amurathe ad Varnam. Seditio gliscit in Angliâ. Turca anno 1454 expugnat Constantinopolim. 117.

1456. Apparuit *cometa*, quem magnus ventus & terræmotus secutus est. Turca occupat Lemnum, Mitylenen & Euboeam. 118.

1457. *Cometes*, quem nigrum appellarunt, variè hominum mentes affecit. Eum secuta est mors Alphonsi regis Arragonum: quæ Æmiliam, Sabinam, Campaniam, universumque regnum Neapolitanum & longo & gravi bello implicavit. Secuta est & pestis aliquantò diuturnior. Turca occupat Peloponnesum. 119.

1460. Visus est *cometa*. Muhamed sive Mahomet II. inde ab anno 1451 duo imperia & duodecim regna sibi subjecit. 120.

1471. Ardet *cometa*. Multi principes hoc anno moriuntur. 121.

1472. Duo *cometæ* apparuerunt. Secuta sunt bella & epidemiæ in diversis partibus, & anno sequenti æstas ferventissima. Pestis adeò sæviit, ut cognati proximi desererent suos. Carolus Burgundiæ dux adversus finitimos eo impetu movit arma, ut multorum etiam annorum bellum excitaverit: quod finitum est ejus morte. Ussanus Cassanus Parthiæ atque Armeniæ rex dimicavit cum Mahumede, ita ut ingentem inferret & acciperet cladem. Stephanus Moldaviæ Palatinus magnâ pugnâ vicit Mahumedem ad Danubium. Posteriorem cometam Germani vocarunt caudam pavonis, & plerique judicarunt signum fuisse belli Burgundici. 122. 123.

1475. Visus est *cometa*, & Carolus Burgundus occupavit Lotharingiam. 124.

1477. Arsit *cometa*, quem excepit ferventissima æstas, adeò quidem, ut non solùm fruges fuerint exsiccatæ, sed etiam integræ sylvæ accensæ, magni fluvii exaruerint, sævaque pestis grassata sit. Carolus Burgundus cæsus fuit ab Helvetiis. Multi principes hoc anno obierunt. 125.

1491. Ardet *cometa*. Homines & bestiæ moriuntur. Turca bonam partem Dalmatiæ & Slavoniæ occupat. 126.

1500. Apparuit *cometa*. Tartari devastant Poloniam, Moscovitæ Lithvaniam. Parvæ cruces ex aëre decidunt. Bellum Bavaricum aliquantò pòst oritur. Pestis & fames grassantur. 127.

Come-

An. Christi.		*Num. com.*
1506.	*Cometa* portendit mortem Philippi regis Hispaniæ, filii Maximiliani Imp. itemque bellum Maximiliani cum Venetis & Gallis: denique inundationes, ventos & annonæ caritatem.	*128.*
1516.	*Cometam* secuta est reformatio per Lutherum, qui scripsit contra indulgentias anno 1517.	*129.*
1523.	Apparuit *cometa*, quem secuta est æstas plena cataractis nubium, terræmotibus, variisque tempestatibus. Anno 1525 exortum est bellum rusticorum, & Gallus captus à Carolo V.	*130.*
1527.	Visus est *cometa* terrificus caudâ oblongâ sanguinei coloris. Turca Ungariam vastavit. Agmina locustarum hinc inde multum damni dederunt.	*131.*
1529.	Quatuor *cometæ* hoc anno apparuerunt. Turca Viennam obsidione cinxit, multasque urbes in Hungariâ occupavit. Sudor Anglicanus hoc tempore aliquot myriadas hominum sustulit.	*132. 133. 134. 135.*
1530.	*Cometa* visitur. Multi pagi & oppida in Hollandiâ & Selandiâ aquis obruuntur. Tiberis inundat Romam.	*136.*
1531.	Illuxit *cometa* non sine clade orientis & septentrionis Etenim Turca in Hungariam & Austriam irrupit. Rex *Christianus* magna classe in Daniam proficiscitur ad repetendum regna sua. Helvetiorum bellum in negotio religionis geritur, quo bis à Tigurinis infeliciter pugnatum est. In priore prælio cæsus est Zvvinglius.	*137.*
1532.	Conspectus est *cometa* terribilis. Turca irruptionem faciens in Hungariam pellitur à Christianis.	*138.*
1533.	Arsit *cometa* xiphias seu ensiformis. Sequuti sunt terræmotus in Germaniâ, mutationes in Angliâ, & contentio inter Carolum V. cum Gallo super ducatu Mediolanensi.	*139.*
1538.	Apparuit *cometa* igneo colore. Sequuta est epidemia multis in locis.	*140.*
1539.	Iterum fulsit *cometa* Sequenti anno æstas fuit ferventissima, quæ ipsas etiam sylvas incendit, & flumina fontesq; exsiccavit.	*141.*
1541.	*Cometam* secuta est pestis & expugnatio Budæ. Carolus V infeliciter trajecit in Africam, multis navibus & militibus procellosâ tempestate pereuntibus.	*142.*
1542.	*Cometam* secuta sunt agmina noxiarum locustarum. Expeditio Christianorum in Turcam malè cessit, militibus morbo epidemico magnam partem extinctis. Vinum adeò acidum fuit, ut non fuerit potui. Appellatum est vinum Turcarum ab infelici expeditione, cujus modò facta est mentio.	*143.*
1545.	Visus est *cometa*, quem sequenti anno excepit bellum Smalcaldicum & persecutio Gallica.	*144.*

1556. Apparuit *cometa*. Decesserunt hoc anno multi viri pii & docti. In multis Germaniæ partibus de reformatione ecclesiarum anxiè laboratum est. 145.

1558. Fulget *cometa*. Carolus V. abdicat se imperio, cui succedit Ferdinandus frater. Initium belli Belgici incidit in annum 1566 ob inquisitionem Hispanicam. 146.

1572. Conspecta est *nova stella* in sidere Cassiopeiæ, quam vulgo pro cometâ habuerunt. Nuptiæ Parisinæ hoc anno celebrantur, in quibus plus sanguinis quàm vini fuit fusum. 147.

1577. 1585. 1596. 1602. 1604. 1607. — Apparuerunt singulis his annis singuli *cometæ*: quanquam tres posteriores à magnis viris habentur pro novis stellis. Quidquid hujus sit, portenderunt hæc prodigia varias mutationes in Belgio, Hungariâ, Bohemiâ & Germaniâ. 148. 149. 150. 151. 152. 153.

1618. Nemo est, qui non observaverit hujus anni *cometam*, de quo multi multa scripserunt. Præsagium ipsius jam eheu est in manibus nostris. 154.

Sed concludamus hanc cometographiam hominis ethnici Herodoti minimè ethnicâ sententiâ, quæ extat lib. 6. *Cùm Deus puniturus est gentem vel urbem, prodigiis id priùs solet significare.* Quò facit etiam pia & gravis illa Christiani hominis vox: *Loquitur cum hominibus Deus, non modò linguâ humanâ per prophetas, apostolos & pastores, sed nonnunquam etiam ipsis elementis in formas & imagines diversas compositis.* In quâ sententiâ finio, ubi illud priùs admonendum esse censeo, diversitatem calculi in historiâ cometarum sæpe inde oriri, quòd unus idemque cometa fulserit sub finem præcedentis & initium sequentis anni.

L. Chro-

L. *Chronologia quorundam memorabilium synchronismorum.*

Res memorabiles.	An. mundi.	Anni ante natum Christũ	Periodus Juliana.	Periodus seu æra mũdi Judaica.	Cyclus solis.	Cyclus lunæ.	Cyclus Indictionis	Olympiades.	Anni ab urbe conditâ.
Creatio mundi.	1	3947	765	000	1	1	1	000	0
Periodus Judaica.	90	3758	954	10	2	4	9	000	0 0
Diluvium.	1656	2292	2420	1467	12	9	5	000	000
Monarchia Assyriorũ.	1717	2231	2481	1528	17	11	6	000	000
Exitus ex Ægypto.	2453	1495	3217	2264	25	6	7	000	000
Excidium Trojæ.	2767	1181	3531	25 8	3	16	1	000	000
Templum Salomonis.	2932	1016	3696	2743	28	10	6	000	000
Olympiades.	3174	774	3938	2985	18	5	8	1	000
Roma condita.	3197	715	3961	3008	13	9	1	1. 7.	1
Deportatio X tribuũ.	3227	721	3991	3038	15	1	1	2. 14.	30
Captivitas Babylonica.	3350	598	4114	3161	26	10	4	1. 45.	15
Monarchia Persarum.	3419	529	4183	3230	11	3	13	2. 62.	222
Monarchia Græcorum.	3620	328	4384	3431	16	14	4	3. 112.	423
Nativitas Christi.	3947 } 3949 }	An. Christi.	4711 } 4713 }	3758 } 3760 }	6 } 9 }	17 } 1 }	15 } 3 }	2. 194. } 4. 194. }	750 } 752 }
Constantinus M. fit Imperator.	4266	306	5030	4077	8	3	9	2. 271.	1058
Carolus M. fit Imper.	4749	800	5513	4560	25	3	8	4. 394.	1552
Carolus V. fit Imper.	5506	1557	6270	5317	26	19	15	1. 584.	2309

Hîc notentur istæ regulæ practicæ.

I. *Dato anno mundi invenire annum periodi Julianæ.* Adjice ad annos M.764, & exurget periodus Juliana: ut 1656 annis ad diluvium adde 764, & exurgit annus periodi Julianæ 2420.

II. *Dato anno periodi Julianæ invenire annum mundi.* Abjice ab annis periodi Julianæ annos 764, & remanent anni mundi: ut abjectis 764 ab annis 2420 periodi, remanent anni M.1656.

III. *Dato anno periodi Julianæ invenire annum periodi Judaicæ.* Ab anno periodi Julianæ abjice 953: relinquetur annus periodi Judaicæ: ut abjectis 953 ab anno 2420 periodi Julianæ, relinquitur annus 1467 periodi Judaicæ.

IV. *Dato anno mundi ante Christum scire quotus sit ille ille annus ante Christum.* Ab annis mundi subtrahe annos 3948, & relinquetur annus ante Christum natum: ut subductis 1656 à 3948 relinquitur annus 2292.

V. *Dato anno periodi Julianæ scire cyclum solis.* Divide annos periodi per 28: residuum est annus cycli solaris currens. Quòd si nihil relinquatur, 28 est cyclus.

VI. *Dato anno periodi Julianæ scire cyclum lunæ.* Divide annos periodi per 19: residuum est annus currens cycli lunaris sive aurei numeri. Quòd si nihil relinquatur, 19 est cyclus. Eodem modo venamur *cyclum Indictionis:* si datum annum periodi Julianæ dividamus per 15. Nam residuum est cyclus Indictionis.

VII. *Dato anno mundi scire annum Olympiadis.* Ab anno mundi subduc 3173: residuum est annus Iphitéus. Hunc divide per 4: Quotus dabit Olympiadem elapsam, residuum erit annus istius Olympiadis. Si nihil relinquartur, est quartus annus Olympiadis.

VIII. *Datâ Olympiade invenire annum Iphitéum, & ex anno Iphitéo colligere annum mundi.* Datam Olympiadem multiplica per 4: prodibit annus Iphitéus, respondens anno quarto datæ Olympiadis. Anno Iphitéo adde 3173 (nam Olympiades cœperunt anno M.3174) & prodibit annus M. qui connexus est cum anno Iphitéo. V.g. Christus natus est Olympiade 194: quæ multiplicata per 4, exhibet 776, annum Iphitéum. Huic anno adde 3173, prodit annus M. 3949 quo Christus est natus.

IX. *Dato anno M. scire annum urbis conditæ, & vicissim.* Deduc 3197 ab anno M. currente: residuum erit annus urbis conditæ. Deinde datum annum urbis adde ad 3197: totus erit annus mundi respondens anno urbis.

X. *Dato anno Christi annum periodi Julianæ invenire.* An-

nis Chri-

nis Christi adde 413: totus exhibet annum periodi Julianæ.

XI. *Dato anno periodi Julianæ scire annum Christi.* Subductis annis 4713 à numero periodi Julianæ, relinquitur annus Christi currens.

XII. *Dato anno Christi scire annum Judaicum.* Annis Christi adde 3760.

XIII. *Dato anno Christi scire annum mundi.* Annis Christi adde 3949. *Dato anno M. scire annum Christi.* Subduc annos 3949 ab anno M.

XIV. *Dato anno Christi, scire annum Julianum.* Annis Christi adde 45.

XV. *Dato anno Christi, invenire cyclum solis, lunæ & indictionis.* Anno Christi adde 9 pro cyclo solis, 1 pro cyclo lunæ, 3 pro cyclo indictionis: postea divide. Residuum indicat cyclum. Si nihil remanserit, integri cycli sunt sumendi.

Sed manum de tabulâ: nisi fortè fuerit operæpretium capita quædam chronologica enotare ex *Tabulâ Chronicâ secundùm Mathematicorum Viennensium computationem editâ anno 1571.* In plerisque enim consentit cum nostro calculo.

An. M.		*An. M.*	
1.	Adam & Eva.	*2773.*	Samson. *Hîc XVI annis anticipat calculus Viennensis.*
1056.	Noah.	*2783.*	Troja devastata.
1556.	Sem.	*2826.*	Samuel.
1557.	Cham.	*2840.*	Saul.
1558.	Japheth.	*2863.*	Hercules Græcus.
1657.	Diluvium.	*2887.*	David.
1701.	Aureum seculum Italiæ.	*2901.*	Stanneum seculum.
1788.	Babel turris.	*2910.*	Thebæ.
1948.	Abraham.	*2930.*	Salomon.
2001.	Argēteum seculum.	*2933.*	Templum I.
2023.	Promissio Abrahæ.	*3036.*	Homerus.
2048.	Isaac.	*3140.*	Hesiodus.
2052.	Sodoma & Gomorrha.	*3151.*	Jonas, Esaias, Hoseas, Amos.
2108.	Jacob.	*3176.*	Olympiades.
2198.	Joseph.	*3194.*	Micheas.
2208.	Ægyptus.	*3197.*	Nahum.
2373.	Moses.	*3213.*	Roma.
2401.	Æneum seculum.	*3239.*	Samaria.
2443.	Exodus.	*3283.*	Habacuc.
2493.	Josua.	*3293.*	Albanum regnum.
2503.	Judices Israëlitarum.		

An. M.		An. M.	
3305.	Jeremias.	3612.	Alexander M.
3308.	Zephanias.	3628.	Monarchia Græcorum.
3349.	Ezechiel.		
3354.	Nabuchodonosor.	3701.	Ferreum seculum.
3361.	Captivitas Babylonica.	3781.	Jonathas Maccabæus.
3389.	Pythagoras.	3815.	Romani capiunt Jerusalem.
3412.	Solon.		
3430.	Cyrus: Liberatio Judæorum: Zorobabel: Templum II.	3887.	Pompejus capit Jerusalem & Syriam.
		3909.	Herodes.
3443.	Haggæus.	3913.	C. Julius Cæsar.
3445.	Zacharias.	3921.	Octavianus Augustus.
3505.	Persarũ monarchia.		
3529.	Socrates.	3931.	Herodes occupat Jerusalem.
3548.	Lacedæmonii.		
3553.	Athenienses.	3963.	Jesu Christi nativitas.

Hocloco Viennenses ista subnectunt: *Varia est supputatio annorum usque ad Messiam. Secundùm*

Chronolog.	3960.
Abbatem Ursperg. *Picum Mirandulam & Viennenses*	3962.
Theophil.	3474.
R. Nahasson.	3707.
Pantal. Basil. & Hebr.	3970.
P. Lombard.	3971.
J. Functium	3996.
R. Mosen	4058.
J. Brentium	4121.
Josephum	4163.
Origenem	4758.
Epiphan.	5029.
P. Orsium	5049.
Hieronym.	5102.
Philon. & Augustin.	5195.
Isidorum	5196.
Eusebium	5199.
Nauclerum	5201.
Bedam	5200.
Thalmudist. L. Gauric. & Petr. Aliac.	5343.
Suidam & Cuspinianum	5500.
J. Regiomontanum & Alphons.	6984.

FINIS.

INDEX RERUM MEMORABILIUM.

A

rat scri-

Conto-

ta fuit

Moses.

P

Sparta.



BREVIARIUM APOCALYPSEOS.

Ne sequentes pagellæ vacarent, placuit hoc breviarium apocalypseos adjicere, quod facit ad illustrationem pag. 47.

Apocal. 1. POST *præfationem* c.1. ad ℣.19. est propositio bipartita ℣.19. *Scribe quæ vidisti, & quæ sunt, & quæ post hæc sunt futura.* Duæ itaque sunt partes hujus libri.

2. 3. *Pars prima* est de præsentibus: putà septem ecclesiis.

Pars secunda est de futuris, à c. 4. ad finem,
4. & est tripartita hoc modo. DEUS, plenus majestate & gloriâ, ita reget ecclesiam N.T. ut magnum discrimen sit futurum inter vasa iræ & misericordiæ. Nam

5. I. *Vasa iræ* replebuntur vino excande-
6. scentiæ, eo ordine, quo *septem sigilla* aperientur.

7. *Vasa misericordiæ* replebuntur oleo pacis.

Atque hæc fient inde ab anno assumtionis Domini usque ad annum 606.

8. II. *Vasa iræ* replebuntur vino excande-
9. 10. scentiæ eo ordine, quo *septem tubæ* sonabunt.
11. *Vasa misericordiæ* post varias pressuras e-
12. 13. mergent, non aliter atque Christus & Judai-
14. ca N.T. ecclesia emerserunt.

Atque hæc fient inde ab anno 606 ad annum 1517.

Apocal.
15. III. *Vasa iræ* replebuntur vino excande-
16. scentiæ, quod Deus *septem phialis* exceptum
17. propinabit, inde ab anno 1517 ad hunc annum 1623 & aliquot sequentes.

IV. *Vasa misericordiæ* miraculosè trium-
18. phabunt. Nam meretrix Babylonica conficietur cornibus bestiæ, cui insidet; & con-
19. gregato universo Ægypti & Babylonis exercitu Christus prestò erit, qui bestiâ & pseudo-
20. prophetâ per servos suos devictis, Satanam mille annos ligabit, ut interea temporis ecclesia ab hostibus suis liberata serviat Domino Salvatori suo usque ad tempus ultimi bel-
21. li Gogici & Magogici: quo confecto, *vasa*
22. *misericordiæ* fient *vasa gloriæ* in cœlis, & *vasa iræ*, *vasa ignominiæ* in inferno.

Apoc. 22. ℣. 18. 19.

Enimverò unà testor cuivis audienti verba prophetiæ libri hujus: Si quis adjecerit ad hæc, imponet ei Deus plagas scriptas in libro isto: Et si quis abstulerit aliquid ex verbis libri prophetiæ hujus, auferet Deus partem ejus ex libro vitæ, & ex urbe illâ sanctâ, & ex iis, quæ scripta sunt in libro isto.



CORRI-

CORRIGENDA.

Pag.57. lin 20. poſt *Zacharias* lege *Malachias.*
Pag.121 lin. penult. pro *frater* lege *nepos.*
Pag.152.

pro	1195. *Innocentius III*	lege	1198.
	1198. *Honorius III*		1216.
	1216. *Gregorius IX*		1227.
	1227. *Cœleſtinus IV*		1241.

Sunt quidem & alia, præſertim in numeris, quæ ſpongiam requirunt: ſed ita comparata, ut quilibet infra mediocritatem verſatus in hiſtoriâ poſſit illa emaculare.

FINIS.